HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/operaomniagraece03aris

LGr
A717Bu

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ

ARISTOTELIS OPERA OMNIA GRAECE

AD OPTIMORUM EXEMPLARIUM FIDEM RECENSUIT,
ANNOTATIONEM CRITICAM, LIBRORUM ARGUMENTA,
ET NOVAM VERSIONEM LATINAM
ADIECIT

IO. THEOPHILUS BUHLE
PROF. PHILOS. IN ACAD. GEORG. AUGUSTA
SOC. REG. SCIENT. GOTTING. SOD. E. O.

VOLUMEN TERTIUM

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIↃIↃCCXCII

4715
b

PRAEFATIO.

EXIT iam in lucem, ipſa Bellona favente, operum Ariſtotelis volumen tertium, quod Topica una cum libro de Elenchis ſophiſticis complectitur, & quo igitur totum Organon abſolutum eſt. Praeter Codicem Guelpherbytanum, diſquiſitiones Accoramboni, Boëthii & veteris interpretis verſiones Latinas, commemorataſque in praefatione ad volumen ſecundum editiones Organi Graecas, ſedulo comparavi *Alexandri Aphrodiſienſis* in Topica & de Elenchis ſophiſticis librum commentarios [1], variaſque lectiones inde excerptas ad textus expolitionem converti. Miſit quoque mihi *Langerus* e bibliothecae Guelpherbytanae copiis primam Organi editionem Pacianam (Morgiis, 1584, 4) aegre a me deſideratam [2], & nactus inſuper ſum humanitate

1 Alexandri Aphrodiſienſis Commentarius in Ariſtotelis Topica; ed. Ald. 1513, fol. — Eiuſd. Comment. in Ariſt. Elenchos ſophiſticos; ed. Ald. 1520, fol. min.

2 Confer praef. Vol. II, pag. 9.

Niclaſii, Luneburgenſis Gymnaſii Rectoris, ſummae virtutis & doctrinae viri, editionem Organi aliam mihi adhuc incognitam, quam *Ludovicus Lucius*, Baſileenſis Academiae quondam Profeſſor, Graece & Latine (Baſil. 1619, 4) curavit, & commentario analytico & paraphraſtico tabuliſque ſynopticis perpetuis inſtruxit. Prima Organi editio Paciana, id quod nunc certum habeo, maximam partem ex ed. Iſingriniana (Baſil. 1550, fol.) expreſſa eſt, nonnullis tamen locis ad fidem unius Codicis MSti Palatini mutatis. Variae lectiones, quarum ex illa Sylburgius in notis criticis meminit, nude in margine appoſitae ſunt, praeterquam quod Pacius lectiones e Cod. MSto depromtas addita nota (MS.) diſtinxit; quare, ſi has, & lectiones, quas e margine editionis Iſingr. eum exſcripſiſſe conſtat, excipias, quibuſnam e Codicibus, vel edd. impreſſis ceterae fluxerint, plane non liquet. Ignoramus adeo, quinam e quinque Codd. Palatinis, quos in editione Organi ſecunda (Francof. 1597, 4) Pacius adhibuit, fuerit is, quem idem in editione prima excuſſit, cum hac de re nihil ab eo monitum ſit. Editio Lucii nullam dotem habet, qua librorum Organi Critico ſe commendet; nam editionem Pacii ſecundam in textu ſequitur. Ceterum equidem eadem ratione in lectione Ariſtotelica conſtituenda, in verſione Latina refingenda, & in argumentis Topicorum & libri Elenchorum ſophiſticorum concinnandis verſatus ſum, quam in Or-

gani libris, quos duo priora huius editionis volumina continent, viris doctis approbatam esse, magna cum voluptate intellexi. Libri de Elenchis sophisticis versionem Latinam Pacii fere reddidi, cum iustam eam & accuratam esse animadverterem; correxi autem & emendavi singula loca, sicubi aut lectionem a vulgata diversam in textum admisissem, aut Pacium a vero Graecorum verborum sensu aberrasse persuasum haberem.

Organo itaque absoluto, cum ad edendos reliquos Aristotelis libros opera mea progrediatur, nec mihi animus sit, eundem horum ordinem servare, quo Casaubonus & Duvallius omnes ac singulos collocarunt, sint tamen fortasse, qui pro lubitu, aut pro consiliis suis, vel hunc ipsum, vel alium ordinem malint, paucis iam indicabo, & qualem ordinem, quo singuli Aristotelis libri in sequentibus huius editionis voluminibus se excipiant, ipse elegerim, & quibus de causis hunc, nec alium, eligendum esse rear. Aristoteles fuit primus, qui disciplinas ad philosophiam & naturae historiam pertinentes secundum rationes ex singularum indole & fine petitas ita descripsit & inter se coniunxit, ut unicuique suus locus, suique certi limites assignarentur. Disposuisse eum haud minus libros, qui de omnibus his disciplinis ab eo conscripti aetatem tulere, secundum argumenti affinitatem & tractationis modum, ex plurimis locis in illis obviis manifestum fit. Quamobrem necesse est scire,

quonam ordine Ariſtotelis ſcripta ex eius mente ſe invicem ſubſequantur, & deinceps a nobis legenda ſint, ſi noſtra interfuerit, ut eorum ſenſum & nexum aſſequamur, ſive etiam totum diſciplinarum ambitum, qualem quantumque philoſophus Stagirita animo concepit, recte perſpiciamus & diiudicemus. Ordo quidem ſingulorum Ariſtotelis librorum in editionibus pleriſque, ut in Caſauboniana & Duvalliana, receptus, eatenus non reprehendendus eſt, quod libri ad doctrinas logicas, phyſicas, metaphyſicas, ethicas, & ad rerum naturalium hiſtoriam ſpectantes, in πραγματείας diſtributi ſunt, cum argumenti librorum diverſitas hanc eorum diſtributionem exigat. Verum ipſae πραγματείαι non bene in editionibus coordinatae ſunt, pluresque libri huic vel illi πραγματείᾳ vulgo accenſeri ſoliti locum ſibi debitum non tenent. Sic priores editores πραγματείᾳ phyſicae non Metaphyſicam, quod debuiſſent, adiunxerunt, ſed praeter libros de animalium hiſtoria ceteroſque cum his connexos, libros adeo ethici argumenti Metaphyſicae antepoſuerunt, quamvis facta ab Ariſtotele diviſio philoſophiae in theoreticam & practicam illis locum poſt hanc vindicet. Quam ineptus porro ſit nonnunquam ordo ſingulorum librorum ad aliquam πραγματείαν relatorum, ſatis docet vitioſa Parvorum Naturalium, quae vocant, ſeries, quae quomodo mutanda ſit, infra oſtendi, ut plura ſimilia hac in re peccata nunc quidem ſilentio praeteream. Quomodo

autem factum sit, ut omnino librorum Aristotelicorum ordo ab ipso auctore constitutus turbaretur, cum ex historia fatorum, quae philosophi MSta post eius mortem perpessa sunt, tum ex eo facile intelligitur, quod multi Aristotelis libri olim superstites postea deperditi sint; quare difficultatem habuit invenire & servare legem, qua eorum, qui temporis naufragium effugerunt, series definiatur.

Ad verum librorum Aristotelis ordinem restituendum nihil amplius opus est, quam ut rationes discutias, quibus ille possit reperiri. Codicibus quidem MStis plane nulla fides habenda est; pauciissimi enim illi, qui omnia Stagiritae opera continent, ex pluribus aliis consarcinati & nimis recentes sunt; ne moneam, eos inter se maxime discrepare. Series illa, qua Aristotelis libros Diogenes Laërtius & Anonymus apud Menagium in Vitis Aristotelis enumerarunt, re vera confusio est, nostrisque consiliis inservire nequit; Vitae autem & recensus literarii ab Hermippo Smyrnaeo, Timotheo Athenienſi, Demetrio Magnete, Aristippo, Eumelo, Apollodoro, Phavorino, & Ambryone confecti, unde Diogenes & Anonymus farraginem suam congesserunt, ad nos non pervenere. Distributionis ab Andronico Rhodio factae non nisi mancam habemus notitiam, & peculiaris operis *περὶ τῆς τάξεως τῶν τοῦ Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων*, quod Adrastus Aphrodisiensis conscripserat, pauca tantum fragmenta in Simplicii commentariis occurrunt.

Librum *Franciſci Caballi*, Aldi Manutii aequalis, *de ordine librorum Ariſtotelis*, videre mihi non contigit; cum tamen Aldus ad hunc provocaverit, eodemque tempore typis illum imprimi iuſſerit, quo maior Operum Ariſtotelis editio ſub prelo ſudaret, probabile eſt, Caballum eundem librorum Ariſtotelicorum ordinem approbaſſe, quem in editione Aldina maiori habemus, iſque non minus reprehenſionem incurrit, quam quem ſeriores Ariſtotelis editores amplexi ſunt.

Fuere, qui annos computare, quibus Ariſtoteles libros ſuos compoſuerit, hoſque ad ordinem quendam *chronologicum* revocare conarentur. Cuiuſmodi computationem, ſi ſermo ſit de ſcriptis alius indolis & argumenti ab uno eodemque auctore contextis, v. c. de carminibus, perutilem eſſe, & poſſe eam adeo fructum habere ad dilucidationem plurium locorum in Ariſtotelis libris, quae vel hiſtoriam temporis, vel aequales eius attingunt, non negaverim; verum librorum ordo, qualem Ariſtoteles ipſe haud dubie conſtituit, hinc non derivandus eſt. Primum Stagirita libros ſuos vix eodem ordine deinceps elaboravit, quo nunc ſe ſubſequi debent. Dum in aula Philippi & Alexandri, Macedoniae regum, degeret, nonnullos eorum forſitan edidit ad doctrinas encyclias pertinentes; alios, dum Athenis commoraretur; plurimi, dum viveret, non in publicam lucem emiſſi, ſed poſt eius obitum ad Theophraſtum huiuſque heredes tranſlati ſunt. Quod ſi enim omnes, vivo Ariſtotele,

editi fuiſſent, vix aſſequaris, cur inſequentibus ſtatim temporibus tam rari eſſent, ut vel in ditiſſimis bibliothecis Athenis, Pergami, Alexandriae conditis, diu deſiderarentur. Deinde fac haec omnia non ita ſe habeant, annorum tamen computatio, quibus Ariſtoteles ſingula ſcripta deinceps publici iuris fecerit, fide ſatis certa ſuperſtrui nunquam poterit, ſaltem quoad maximam librorum Ariſtotelicorum partem [1]; nam deſunt omnino veſtigia, quibus in hac diſquiſitione inſiſtamus.

Veteres interpretes Graeci ſcripta Ariſtotelica diviſerunt in τὰ μερικὰ, τὰ καθόλου, & τὰ μεταξύ. Primo genere comprehenderunt minoris ambitus libellos, epiſtolas, ſcolia, apophthegmata; ſecundo opera maiora, quibus doctrinae integrae pertractantur; & τοῖς μεταξὺ ea videntur innuiſſe, quae ad neutrum illorum generum referri poſſunt, ut rerumpublicarum deſcriptiones (πολιτείας), animalium hiſtoriam, &c. Haec quidem diſtributio apud Ammonium Hermeae, Simplicium, alios, obvia [2] parum utilitatis habet, neque recte adhiberi poteſt, quoniam exteriorem tantum librorum Ariſtotelicorum formam attinet. Si quis ſecundum eam librorum Ariſtotelis ordinem inſtitueret, coordinandi eſſent libri, qui ratione argumenti nihil inter ſe commune haberent, nec alia de cauſa coniun-

1 Conf. e. c. Sam. Petiti Miſcell. IV, 9. Ad legg. Att. pag. 64.

2 V. prolegomena Commentariorum ad Ariſtotelis lib. de Categoriis.

gerentur, quam quod vel *opuſcula*, vel *opera* eſſent, vel non niſi deſcriptiones hiſtoricas, nec continuas diſquiſitiones & argumentationes continerent.

Idem obiicere licet alii ſcriptorum Ariſtotelis diſtributioni, cuius interpretes Graeci meminerunt, in ὑπομνηματικὰ & συνταγματικά. Illa vocantur, quae ad memoriae ſubſidium ſibi confecerat philoſophus, qualia ſunt *Auſcultationes mirabiles*, & fragmenta operis *de Meliſſo*, *Xenophane*, & *Gorgia*; ſub his autem intelliguntur, quae habent dictionem compoſitioni congruam (φράσιν πρέπουσαν συντάγματι) & totam aliquam doctrinam ſevero ordine pertractant. Ammonius ſyntagmatica iterum diviſit in acroamatica & exoterica, quae quidem diviſio opinione nititur, quam ille de librorum exotericorum & acroamaticorum diverſitate habuit. Nam ſub illis complexus eſt interpres, in quibus Ariſtoteles docentis more ex propria perſona locutus eſt, ſub his autem non niſi *dialogos*, ubi plures loquentes introducuntur. Librorum exotericorum nullam amplius ſubdiviſionem Ammonius fecit; verum acroamaticos iterum in *theoreticos*, *practicos*, & *organicos* diſpeſcuit. Ad primam claſſem retulit libros ad hiſtoriam naturalem, ad matheſin, & theologiam ſpectantes; ad ſecundam libros ethicos, politicos, & oeconomicos; ad tertiam denique Organon ceteroſque libros, qui circa *methodum* eiuſque deſcriptionem verſantur. Enimvero haec poſtrema librorum Ariſtotelis ſub-

diviſio in theoreticos, practicos, & organicos quamvis non omnino repudianda ſit, magis tamen univerſaliter, quam particulariter & ad ſingulos libros applicari poteſt; praetereaque fundamentum, quo ſuperſtructa eſt, non indolem & finem, ſed exteriorem tantum formam librorum Ariſtotelicorum attinet.

Optime, ut equidem ſentio, librorum Ariſtotelis ordo, partim ex notionibus, quas de ſingularum diſciplinarum nexu ille animo informatas habuit, partim ex diſertis locis huc pertinentibus in eius ſcriptis obviis, partim vero, ſi illa adiumenta deſint vel non ſufficiant, ex tractationis ratione definietur. Cum Stagirita, ſicut iam ſupra diximus, primus fuerit, qui totum doctrinarum ambitum ad certos fines limiteſque revocaret, haud dubie etiam ſcriptorum ſuorum complexum ſerie quadam deinceps diſponi, & ſingula pro argumenti diverſitate aut affinitate aut diſcerni, aut connecti voluit. Quod ipſum ſit probabilius, ſi tibi in memoriam revocaveris, quam ſollicite ſemper caveat philoſophus, ne unam diſciplinam cum alia confundat, & quoties in uno libro ad alium provocet, aut tranſitum ab hac doctrina ad aliam patefaciat, quo ſeriem aliquam librorum ſuorum oſtenderet, quam, dum ſingulos elaboraret, ſervare fortaſſe non potuerat. Univerſum autem Ariſtotelis conſilium ex ipſis eius ſcriptis luculenter ſatis apparet, & citationes modo memoratae ab aliis iam, ut a Fran-

ciſco Patricio, etſi parum diligenter, collectae ſunt [1].

Sane longa demonſtratione non opus erit ad probandum, libros ad philoſophiam pertinentes peculiare genus conſtituere, ad quod alieni argumenti ſcripta minime referenda ſint. Ariſtoteles philoſophiae ſcientiam diviſit in *theoreticam* & *practicam*. Illa occupatur exploratione *cognitionis* humanae per ſe, & eorum, quae omnino mente cognoſci poſſint; haec tum eas animi facultates attingit, unde actiones proficiſcuntur, tum leges actionum animo inſitas. Sunt itaque primo librorum Ariſtotelis duo genera, quorum unum philoſophiam *theoreticam*, alterum *practicam* comprehendit; illud autem hoc loco anteire oportet. Diſciplinas *mathematicas* Ariſtoteles ſollicite a philoſophicis ſegregavit; locutus eſt ſemper de iis, ut de peculiari genere; licet utraſque arcto vinculo coniunctas eſſe voluerit. Libros *mathematici argumenti* ſequantur demum ſcripta *hiſtoriam naturalem* illuſtrantia, & libri *hypomnematici*, quorum quidem ordo pro lubitu inſtitui poteſt.

Opera *philoſophica* Ariſtotelis argumenti theoretici aut verſantur circa *methodum cognoſcendi*, aut circa *res*, earumque virtutes, leges, cauſas & rationes in univerſum. Illa complectuntur *philoſophiam* ſic dictam *inſtrumentalem*, & in ordine omnium ſcriptorum Ariſtotelicorum prima ſunt, quare etiam Organon in hac noſtra editione iure

1 Fr. Patric. diſc. Peripat. T. I, lib. I.

ſuo primum locum occupavit. Cum libri de Rhetorica, & Poëtices fragmentum, quod adhuc tenemus, ſint argumenti non minus *organici*, (liceat enim mihi brevitatis cauſa hoc epitheto uti,) & ad *methodum* ſpectent, propoſitum mihi eſt, locum illis Organo proximum aſſignare, quem eundem illis plures iam editores, in his magnus Sylburgius, tribuerunt. Argumentum librorum *rerum* naturam attinentium aut eſt *phyſicum*, aut *metaphyſicum*. Phyſicam apud veteres philoſophos Graecos multo latiores fines habuiſſe notum eſt, quam quibus hodie eam circumſcribere ſolemus; comprehendebat illa non ſolum, quae hodie ad Phyſicam, quam vocamus, ſed etiam, quae a noſtris philoſophis vulgo ad Ontologiam & Coſmologiam referuntur; cum contra veterum *Metaphyſica* ea tantum doctrina contineretur, quae hodie Theologia rationalis appellatur. Recte igitur libros de philoſophia inſtrumentali excipiunt in vulgatis edd. libri argumenti phyſici; verum male ab his in iiſdem divelluntur libri Metaphyſicorum, quos ſtatim phyſicos ſequi oportet. Philoſophia practica cum theoretica arcte cohaeret; quare proximus Metaphyſicis locus debetur Ethicis ad Nicomachum, Magnis Moralibus, Ethicis ad Eudemum, Politicis, & Oeconomicis.

Secundum librorum Ariſtotelicorum genus eſt argumenti mathematici, viz. lib. de Inſecabilibus lineis & Quaeſtiones Mechanicae. Has excipere oportet tertium genus librorum, quibus rerum

naturalium hiſtoria enarratur & explicatur. Quod ſi horum ipſorum ſeriem non ex argumenti indole diiudicare liceret, appareret tamen illa ex ipſis Ariſtotelis verbis. Erit nempe verus eorum ordo hic: I. Libri de hiſtoria animalium [1]; II. De partibus animalium; III. De animalium inceſſu; IV. De anima; V. De ſenſu & ſenſili; VI. De memoria & reminiſcentia; VII. De ſomno & vigilia; VIII. De inſomniis; IX. De divinatione per ſomnum; X. De communi animalium motione; XI. De animalium generatione; XII. De longitudine & brevitate vitae; XIII. De iuventute & ſenectute; XIV. De reſpiratione & de ſpiritu; XV. Libri de plantis. Agmen librorum Ariſtotelis claudere poſſunt Problemata, liber de mirabilibus Auſcultationibus, lib. de Phyſiognomonia, & ceteri. Scrib. Gottingae in Acad. Reg. Georg. Auguſta Cal. Novembr. cIↃIↃCCXCII.

1 Vide Meteorol. T. I, pag. 410. C. De partt. animal. T. I, p. 744. B. Conf. T. I, pag. 574. F. pag. 511. A. pag. 547. A. pag. 872. E. ed. Duvall.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΤΟΠΙΚΑ

ARGUMENTUM

TOPICORUM.

EXPOSITA in Analyticis prioribus & posterioribus doctrina de syllogismo demonstrativo, quo vera *scientia* gignitur, iam in libris sequentibus ad *Dialecticen* s. *artem disserendi* Aristoteles procedit, quae quidem non scientiam, sed *opinionem* tantum parit, nequaquam tamen contemnenda est, cum maxima cognitionis humanae pars intra probabilia contineatur. Inscripsit philosophus libris his *Topicorum* nomen ἀπὸ τῶν τόπων, a *locis*. Sumitur significatio vocis τόπος latissimo ambitu, ita ut innuatur illa *elementum, unde principia & argumenta disputandi de aliqua re petantur, & quo igitur nobis in quacunque disputatione uti liceat.* Sic quoque *locum* post Aristotelem Theophrastus explicavit, Alexandro Aphrodisiensi teste 1. Cicero & Alexander Aphrodisiensis ipse loci definitionem paulo arctioribus limitibus circumscripserunt: prior enim dicit locum esse *argumenti sedem*, argumentum vero ipsum *rationem, quae rei dubiae fidem faciat*, confundens in argumenti definitione doctrinam *analyticam* cum *topica*, & praetermittens in definitione loci, quod non solum ille argumentis afferendis, sed etiam inventioni principiorum argumenti, & arti bene ea collocandi inserviat; Alexander autem Aphrodisiensis locos vult esse *principia & causas ἐπιχειρημάτων*, id est, *syllogismorum dialecticorum*, quamvis sint, qui ad syllogismos etiam demonstrativos adhibeantur 2.

1 Alex. Aphrod. Comment. in Aristot. Topica pag. 5 (ed. Ald. 1513, fol.) ἔστι γὰρ ὁ τόπος, ὡς λέγει Θεόφραστος, ἀρχή τις ἢ στοιχεῖον, ἀφ' οὗ λαμβάνομεν τὰς περὶ ἕκαστον ἀρχάς.

2 Cic. Topic. cap. II, Opp. Vol. I, pag. 341 ed. Bip. Alex. Aphrod. l. l. cf. Pacii Comment. pag. 349.

Disceptarunt saepius inter se interpretes, utrum Topica antecedere Analytica, an una cum Elenchis sophisticis subsequi debeant. Cum Cicero [1] omnem differendi rationem duas habere partes pronuntiaverit, unam inveniendi, alteram iudicandi; artem vero inveniendi *Topicen* dictam, ad usum potiorem, & naturâ priorem esse; hac sententia freti Boëthius & ex recentioribus praesertim Petrus Ramus, Topica Analyticis praeponenda esse arbitrati sunt [2]. Quod si Ciceronis verba accuratius expendas, apparet, eum non ad ordinem, quo libri Aristotelici ad Organum pertinentes sese excipiant, sed ad mutuam solummodo relationem duarum artis differendi partium inter se respexisse. Miratus est Cicero, Stoicos potissimum in arte iudicandi elaboravisse, non aeque in arte inveniendi, licet haec pro indole sua prior illâ sit; de serie librorum Organi Aristotelici plane non cogitavit; quin immo non videtur eos omnes cognitos habuisse, uti iure forsitan ex initio Topicorum eius colligas, ubi reliquorum Organi librorum praeter Topica nulla mentio fit, & inducitur adeo *doctissimus rhetor Graecus* respondens Trebatio, Ciceronis familiari, se Aristotelica ignorare. Praeterea, quo minus Ciceronis iudicio, etiamsi recte de eo statuissent interpretes supra laudati, tantum tribuas, ut ad illud vulgatum librorum Organi ordinem mutandum putes, impedit ipsa totius artis logicae conditio & nexus; quomodo enim convenienter satis agere potuerit Aristoteles de ratione materiam syllogismorum inveniendi, priusquam omnino syllogismorum naturam, vim, & leges declarasset? Id vero ab eo in Analyticis factum est; quare haec utique Topicis praeire oportet [3].

Omnino autem vel propterea Aristotelis Topica digna haberi possunt, quae studiosius legantur, quod Cicero in Topicis suis, in usum Trebatii, quem librorum Aristotelicorum obscuritas ab ipsorum lectione deterruerat, conscriptis, potissima eorum capita Latine tradidit. Placuit quidem pluribus viris doctis, Topica sub Aristotelis no-

1 Cic. l. l.

2 Petri Rami animadvv. Aristot. L. II, p. 33 sq. (ed. Paris. 1556, 8). Idem cum Boëthio contendit Adrastus, ex antiquissimorum interpretum Graecorum numero, refutatus a Simplicio ad Categ. fol. 6, b. quem vide. Conf. Comment. Lovan. in Organ. p. 373.

3 Vide supra Vol. II, p. 83.

mine ad noſtra tempora ſervata eadem eſſe non poſſe, quae Ciceronis in manibus fuerint, quoniam ex comparatione illorum cum his inſtituta mox manifeſtum fiat, ea non inter ſe congruere. Enimvero Cicero Topica ſua in itinere in Graeciam ſcripſit, non eo conſilio, ut Ariſtotelica Latine redderet, ſed ut *doctrinae topicae* Trebatio notionem informaret Stagirita duce. Ipſos huius libros, dum ſcripſit, non inſpexit; ſed memoria tantum, quae antea, dum in Tuſculano verſabatur, in iis legerat, repetiit, additis inſuper illuſtrationis cauſa exemplis a iuris antiqui Romani controverſiis depromtis. Non mirum ergo eſt, quod nonnunquam alia dixit Cicero, quam ex Ariſtotelis mente dicere debuiſſet, (nam egregie memoria falli poterat) & quod Ciceronis Topica Ariſtotelicis breviora ſunt. A Patricii vero impetu ſatis bene Topica Ariſtoteli vindicavit Fabricius; nec equidem ſcio, quae ab hoc diſputatis addere poſſim. Alia enim Patricii opinio a Fabricio omiſſa, Topica noſtra aut Theophraſti, aut Eudemi, aut Phaniae, aut alius cuiuſdam Ariſtotelis diſcipuli eſſe, quia Xenocratis, Ariſtotelis aemuli atque inimici, non cum laude, ſine ulla tamen reprehenſione, paſſim in iis mentio occurrat, nude poſita, nec ullo argumento, cuius veritatem tentare poſſis, firmata eſt 1.

Etſi Trebatius apud Ciceronem Ariſtotelis Topica nimis obſcura invenit, quam ut in iis legendis deſudare auderet, ſunt tamen ea meo ſenſu ceteris Organi libris multo facilióra intellectu; nec ſunt libri Ariſtotelis alii, qui ad quale genus, ſive exotericum, ſive acroamaticum, revocandi ſint, incertior haeream. Deſcripſit in iis philoſophus methodum, qua utens aliquis de omni problemate ex rationibus probabilibus argumentari poſſit, nec diſputationem ſuſtinendo repugnans ſibi quid contendere periclitetur. Maxime enim utilem, & ad exercitationem, & ad aliorum opiniones diiudicandas, & ad ſcientiam philoſophicam exiſtimabat, hanc eſſe methodum: quippe qua in utramque partem diſputare, & in ſingulis verum & falſum perſpicere lectores edoceantur. Exotericis hominibus libros conſecratos fuiſſe, ex eorum principio forte aliquis concludat, ubi philoſophus ingenue profitetur, ſe exquiſitam dicendorum rationem non allaturum eſſe, ſed ὡς τύπῳ

1 Patricii diſc. Perip. T. I, lib. III, pag. 22. Fabricii B. Gr. Vol. II, pag. 115.

tantum res percurrere velle, ut eae quomodocunque notae fierent. Attamen cum Topica arcte cum libro Categoriarum, libro de Interpretatione, & Analyticis coniuncta sint, melius etiam cum his in librorum acroamaticorum numerum referuntur. Ceterum diligentiorem argumenti eorum enucleationem hic subiunxi.

Topicorum Lib. I, Cap. I.

De syllogismo eiusque speciebus.

Syllogismus omnino est oratio, in qua, positis quibusdam, diversum aliquid ab his accidit, propter ea, quae posita sunt.

Prima syllogismi species est *syllogismus demonstrativus*, qui *demonstrationem* parit.

Secunda syllogismi species est *syllogismus dialecticus*, non ex propositionibus necessario veris, sed ex probabilibus tantum constans.

Tertia syllogismi species est *syllogismus contentiosus*. Differt is a *sophistico* non re, sed fine argumentantis.

Duo sunt syllogismi contentiosi genera: *a*) alius est vere syllogismus, constans ex propositionibus, quae *videntur* probabiles, nec tamen probabiles sunt; *b*) alius *videtur* esse syllogismus, sed non est, quoniam regulae syllogisticae in eo non servatae sunt.

Quarta syllogismi species est *paralogismus* s. *syllogismus apatheticus*, qui in materia peccat, & ex falsis propositionibus concludit.

Cap. II. *De utilitate doctrinae topicae.*

Utilis est doctrina topica tum ad disputationes, quae exercitationis causa habentur; tum omnino ad aliorum opiniones recte diiudicandas, nova argumentorum copia probandas, aut, si falsae illae fuerint, redarguendas; tum maxime ad philosophiam ipsam, & aliam quamcunque scientiam.

Is perfectus est Dialecticus, non qui sententiam suam auditori probabilem reddit, sed qui nihil ab arte dialectica praeceptum praetermittit.

Cap. III. *De materia Dialecticae.*

Materia artis dialecticae eſt *diſputatio*, duo continens: a) *problemata*, de quibus differitur; b) *propoſitiones*, e quibus differitur.

Primum agendum eſt de *materia*; poſtea declaranda eſt *inventionis* ratio.

In omni problemate & propoſitione duo inſunt, *ſubiectum* & *praedicatum*.

Subiecto quidem nulli certo Dialecticus adſtrictus eſt; ſed praedicatum conſiderari poteſt vel ut prima, vel ut ſecunda notio.

Si ut ſecunda notio conſideretur praedicatum, ſunt in omni problemate aut propoſitione ſive *genus*, ſive *definitio*, ſive *proprium*, ſive *accidens*, non ut eius ſpecies, ſed ut partes.

Problema differt a *propoſitione*; nam in illo ſumitur utraque contradictionis pars; velut: eſtne homo immortalis, an non? in hac autem non niſi una contradictionis pars; velut: num omnis homo eſt animal?

Cap. IV. *De definitione, genere, proprio, & accidenti.*

Definitio eſt oratio ſignificans, quid res ſit.

Definitio ſemper eſt oratio; *definitum* autem modo eſt unum vocabulum, modo oratio.

Fiunt quoque *expoſitiones* per unum vocabulum, quae tamen non ſunt definitiones verae.

Niſi definitio & definitum idem ſint, non eſt bona definitio.

Proprium non declarat, quid res ſit; quo ipſo diſtinguitur a definitione.

Proprium ſoli ineſt; quo quidem ſeiungitur a genere, & accidente.

Proprium reciprocatur cum re, cuius eſt proprium.

Non vere proprium eſt, quod non eſt abſolute proprium, ſed tantum aliquo tempore, vel relatum ad aliquid.

Genus eſt, quod pluribus ſpecie differentibus attribuitur ratione eius, quid eſt.

Ad problema generis pertinet, utrum ſit aliquid in eodem, an in diverſo genere.

Accidens eſt, quod uni & eidem rei poteſt ineſſe, & non ineſſe.

Ad problema accidentis referenda eſt mutua collatio duorum inter ſe, quomodocunque ab accidente ducta.

Accidens interdum efficitur proprium, non tamen ſimpliciter & abſolute, ſed cum adiunctione temporis & relationis, adeoque non vere efficitur proprium.

Si quis obiiciat, omnia praedicata ad definitionem revocari, quare genus, proprium, accidens, male a definitione ſeiungi, ei reſpondendum eſt: *unam* quatuor illis attributivis communem methodum aut inveniri non poſſe, aut eſſe obſcuram & inutilem, quoniam, quaecunque definitioni quoquo modo aptari poſſunt, non ad definitionem referri debent, ſed ea ſola, quae non poſſunt commodius ad aliud problematum genus reduci.

Cap. V. *Quot modis* Idem *accipiatur.*

Aliquid *idem* dicitur ſecundum numerum, aut ſpeciem, aut genus.

Idem non aeque attribuitur omnibus, quibus attribuitur. Alia magis, alia minus eadem ſunt. Maxime eadem ſunt, quae ſunt eadem numero; magis eadem, quae ſunt eadem ſpecie, quam, quae ſunt eadem tantum genere.

Inſuper idem numero non aeque attribuitur: *a*) eadem numero ſunt, quae habent eandem eſſentiam; *b*) quae proprie ſunt eadem; *c*) quae ſunt eadem ratione alicuius accidentis communis.

Cap. VI. *De attributorum numero.*

Omnia praedicata ad quatuor illa, vel genus, vel definitionem, vel proprium, vel accidens, referri poſſunt. Probare hoc licet primum *inductione;* deinde adeo ſyllogiſmo disiunctivo:

Omne attributum aut reciprocatur cum ſubiecto, aut non reciprocatur, ſed latius patet; & utrumque horum vel eſſentiale eſt, vel accidentale.

Iam vero *a*) quod reciprocatur & eſt eſſentiale, id vocatur *definitio;*

b) quod reciprocatur, nec eſt eſſentiale, id vocatur *proprium;*

c) quod non reciprocatur, & eſt eſſentiale, vocatur *genus* aut *differentia;* nam quidquid eſſentiale eſt, in definitione ponitur; definitio autem non recipit niſi genus & differentias; differentiae vero ad problema generis pertinent.

d) quod non reciprocatur, nec eſt eſſentiale, dicitur *accidens.*

Ergo quatuor tantum ſunt in omni problemate aut propoſitione praedicata, definitio, proprium, genus, accidens.

Cap. VII. *De Categoriis.*

Si praedicatum ut prima notio conſideretur, tot ſunt eius differentiae, quot ſunt categoriae. Cf. cap. III.

Categoria τοῦ Eſſe non ſolum reperitur in ſubſtantia, verum etiam in accidentibus.

Cap. VIII. *De propoſitione dialectica.*

Propoſitio dialectica eſt interrogatio probabilis poteſtatem relinquens adverſario, utrum affirmare malit, an negare.

Sunt *quatuor* propoſitionum dialecticarum genera: *primum* earum, quae videntur aut omnibus, aut pleriſque; aut ſapientibus omnibus, aut pleriſque, aut nobiliſſimis; nec tamen a communi opinione abhorrent; *ſecundum* earum, quae probabilibus ſimiles ſunt; *tertium* earum, quae probabilibus contrariae per contradictionem ſumtae ſunt, propterea quod contraria contrariis modis enuntiari debent; *quartum* earum, quae ad aliquam artem pertinent, & ab huius artis peritis confirmantur.

Cap. IX. *De problemate dialectico, & theſi dialectica.*

Problema dialecticum eſt interrogatio indigens probatione.

Pertinet *a*) aut ad cognitionem & veritatem (*problema phyſicum*), aut ad electionem vel fugam (*problema morum*).

b) aut ſtruitur problema alia de cauſa, (*problema logicum*,) ſive quod nulla ſit de eo opinio; ſive quod vulgus eius reſpectu diſſentiat a ſapientibus; ſive quod ſapientes, aut homines vulgi, inter ſe de eo diſſideant; ſive quod ſint hinc inde rationes contrariae; ſive denique, quod rationes in neutram partem ſuppetant.

Theſis dialectica eſt problema contrarium opinioni pleriſque probatae.

Nititur ſive auctoritate alicuius, ſive ratione.

Theſis a problemate differt; nam illa eſt tantum ſpecies huius.

Ut bene diſputetur, problema ita debet inſtitutum eſſe, ut non ſit ſenſui manifeſtum; ut non facile nimis, nec difficile nimis ſit; ut dubitans non mereatur poenam.

Cap. X. *De ratiocinationis ſpeciebus.*

Duae ſunt ratiocinationis ſpecies, *ſyllogiſmus* & *inductio.*

Inductio eſt facilior, & ad vulgus erudiendum aptior; ſyllogiſmus eſt efficacior.

Cap. XI. *De inſtrumentis inventionis.*

Inſtrumenta ſyllogiſmorum & inductionum quatuor ſunt: *a*) ſumtio propoſitionum; *b*) ambiguorum diſtinctio; *c*) inventio differentiae; *d*) inventio ſimilitudinis.

Ad primum inſtrumentum reliqua tria referuntur.

Cap. XII. *De electione propoſitionum.*

Ad diſputationem dialecticam recte inſtituendam eligendae ſunt propoſitiones probabiles, aut probabilibus ſimiles.

Propoſitiones plerumque verae ita ſumendae ſunt, ac ſi ſimpliciter & ſemper verae eſſent.

Omnino autem propoſitiones colligendae ſunt cum ex ſermonibus, tum ex libris.

In hunc uſum loca communia conſcribenda ſunt, & quidem ita, ut diverſa rerum genera ſeparatim notentur, ab initio ſtatuatur ſubiecti univerſaliter accepti definitio, memoriae mandentur ſingulorum auctorum ſententiae; & ſeparentur tria potiſſimum propoſitionum genera, phyſicae, ethicae, & logicae.

Dialecticus differt a *philoſopho* eatenus, quatenus hic veritatem quaerit, ille probabilitatem.

Initio ſumendae ſunt propoſitiones maxime univerſales, & hinc per diviſionem progrediendum eſt ad particulares.

Cap. XIII. *De diſtinctione aequivocorum, & locis ad eam pertinentibus.*

Quae *pluribus modis* dicuntur, eorum quoque rationes exponendae & diſtinguendae ſunt.

Utrum autem aliquid ſimpliciter, an pluribus modis dicatur, videndum eſt

I. e *contrariis:*
Dicuntur pluribus modis: *a*) id, cui multa ſunt contraria ſpecie & nomine diſtincta; *b*) cuius contrarium multiplex eſt; *c*) quod uno reſpectu contrarium habet, altero non habet.

II. ex *mediis* inter duo contraria:
Dicuntur pluribus modis contraria, quae *a*) modo ſunt mediata, modo carent medio; *b*) quibus non ſemper idem medium interiicitur; *c*) quae modo plura, modo pauciora media habent.

III. ex *oppoſitis ſecundum habitum & privationem:*
Si ex duobus ita oppoſitis unum pluribus modis dicitur, etiam alterum multiplex eſt.

IV. ex *coniugatis:*
Si nomen multis modis dicitur, etiam multiplex erit caſus, & vice verſa.

V. ex *genere:*
Dicuntur pluribus modis: *a*) id, quod reducitur ad diverſas categorias; *b*) verba, quorum ſignificata continentur ſub diverſis generibus non ſubalternis; *c*) id, cuius contrarium ad diverſa genera refertur.

VI. ex *definitione*:
a) Si duo coniuncta definiantur ſeorſim, & ſublatis propriis non maneat utrobique eadem definitio; verbum eſt multiplex;
b) Si definitionis pars multiplex eſt, etiam definitum multiplex erit.

VII. e *comparatione:*
Quod duobus nec aequaliter, nec inaequaliter attribuitur, id multis modis dicitur.

VIII. e *differentiis:*
Dicuntur multis modis: *a*) quae ſignificant differentias diverſorum generum non ſubalternorum; *b*) quae modo his, modo aliis differentiis diſtinguuntur; *c*) quae modo ſpeciem, modo differentiam ſignificant.

Cap. XIV. *De differentiis inveniendis.*

Differentiae primum quaerendae ſunt eorum, quae ſub eodem genere continentur; deinde eorum, quae licet non

ſint ſub eodem genere, aliquam tamen affinitatem inter ſe habere videntur.

Cap. XV. *De ſimilitudinis contemplatione.*

Similia ex diverſis generibus aut per particulam *ad* conferenda ſunt, aut per particulam *in*.

Exerceri nos oportet in ſimilitudinibus eorum, quae maxime differunt, eruendis.

Similitudines quoque eorum notandae ſunt, quae ſub eodem genere continentur.

Cap. XVI. *De inſtrumentorum inventionis utilitate.*

Diſtinctionis (cf. cap. XIII) utilitas eſt: *a*) ut intelligatur facilius, quid ſit id, de quo diſputatur; *b*) ut differatur de rebus, non de vocabulis; *c*) ut per eam ſolvamus captioſas argumentationes; *d*) ut alium captioſa argumentatione fallamus, quod autem magis Sophiſtici eſt, quam Dialectici.

Differentiae inventae (cf. c. XIV) utilitas eſt: ut facilius probemus, aliquid eſſe idem, vel diverſum; & cognoſcamus, quid res ſit; quoniam definitio genere & differentiis conſtat.

Similitudinis inventae (cap. XV) utilitas eſt: *a*) ut ex particularibus ſimilibus colligere poſſimus univerſale per inductionem; *b*) ut, ſi quid de re ſimili rei propoſitae probare poſſumus, id ex hypotheſi de re propoſita probemus; *c*) ut ex ſimilibus colligamus genus ad rei propoſitae definitionem.

Topicorum Lib. II, Cap. I.

Praemonenda.

Problematum alia ſunt univerſalia, alia particularia, quibus indefinita quoque continentur.

Argumentorum dialecticorum alia adſtruunt, alia evertunt problema.

Qui loci ad univerſale adſtruendum vel evertendum valent, iidem quoque particulare adſtruunt, vel evertunt.

Loci univerſaliter evertentes inprimis declarandi ſunt.

Reciprocatio in pronuntiatis accidentalibus minus habet locum.

Duo ſunt problematum vitia, falſitas, & inuſitatus loquendi modus.

Cap. II. *Loci problematum de accidente univerſalium.*

I. Quod alio quopiam modo ineſt, id non eſt *accidens*; igitur *a*) genus non *accidit* ſpeciei; *b*) proprium non eſt *accidens*; *c*) definitio non *accidit* definito.

II. Quod nulli ſpeciei ineſt, aut alicui ſpeciei non ineſt, id falſo tribuitur generi; quod autem omnibus ſpeciebus ineſt, recte tribuitur generi.

III. Quod non convenit definitioni ſubiecti, falſo attribuitur ſubiecto; & id, de quo definitio attributi falſo dicitur, de eodem ipſum quoque attributum falſo dicitur.

IV. Si inſtantiam proferre volumus, tum ante omnia problema in propoſitionem convertendum eſt; (nam obiectio eſt propoſitio propoſitioni contraria;) quo facto ipſa inſtantia argumentum ſuppeditabit.

V. Loquendum eſt, ut multi loquuntur, & ſentiendum eſt, ut ſapientes ſentiunt.

Cap. III. *De locis pertinentibus ad ea, quae multis modis dicuntur.*

I. Si aliquod vocabulum in theſi ſit homonymum, nec poſſimus theſin quocunque modo acceptam infirmare, argumenta dirigenda ſunt in eam ſignificationem, quae refelli poteſt.

a) Huius loci tum demum eſt uſus, cum homonymia latet;

b) Qua non latente, diſtinctionem adhibere nos oportet, ut utrumque diſtinctionis membrum probemus aut refutemus, vel, argumentis de utroque diſtinctionis membro non ſuppetentibus, ut de uno probemus, & indicemus, alterius eſſe diverſam rationem.

II. Si aliquod vocabulum in theſi multis modis dicatur, nec tamen aequivoce diſtinguere, & ſubdiſtinguere eate-

nus nos oportet, quatenus nobis utile eſt, & tum membra inutilia praetermittere, ita ut omnia referamus ad cauſae noſtrae utilitatem.

Hic locus valet potiſſimum in relatis.

III. Si quod nomen in problemate obſcurum ſit, muretur illud in nomen notius.

Cap. IV. *Loci ad probandum, contraria eidem ineſſe.*

Contraria ineſſe poſſunt eidem *a*) *poteſtate*, non actu; *b*) *alternatim*, non coniunctim; *c*) ratione diverſarum ſpecierum generi ſubiectarum.

I. Contraria, quae inſunt generi, inſunt etiam ſpeciebus.
Hic locus fallax eſt.

II. Contraria, quae generi non inſunt, ea nec ſpeciebus inſunt.
Hic locus eſt certior.

III. Contraria, quae inſunt ſpeciei, inſunt etiam generi.
Hic locus verus eſt.

IV. Contraria, quae non inſunt ſpeciei, non inſunt generi.
Hic locus fallax eſt.

Igitur, ſi probare velimus, contraria ineſſe eidem ſubiecto, argumentandum nobis eſt a ſpecie ad genus, non a genere ad ſpeciem; ſi velimus refutare hoc, argumentandum eſt a genere ad ſpeciem, non a ſpecie ad genus.

Cap. V. *Loci pertinentes ad attributionem generis & ſpeciei.*

Cui attribuitur ſpecies, eidem attribuitur genus.

Quod habet ſpeciem, id habet quoque huius ſpeciei genus.

Quod denominatur a ſpecie, denominatur etiam a genere.

Cui nulla ſpecies attribuitur, eidem nec genus attribuitur.

Quod nullam ſpeciem habet, id nec ſpecierum genus habet.

Quod a nulla ſpecie denominatur, id nec a genere denominatur.

Cap. VI. *De locis pertinentibus ad translationem diſputationis.*

Si argumentorum copia non ſuppetit, diſputatio de ac-

cidente mutanda eſt in diſputationem de definitione. (cf. cap. II.)

Si verum eſt antecedens, verum eſt etiam conſequens; ſi hoc falſum eſt, illud quoque falſum eſt.

Quod aliquando non ineſt, id nec neceſſario, nec ſimpliciter ineſt.

Translatio diſputationis fit etiam a problemate ad propoſitionem.

Sophiſtica eſt, quando fit ſine iuſta cauſa; alioquin eſt locus dialecticus.

Translatio neceſſaria eſt:

a) cum negatur aliquid, quod ad impugnandam theſin valet;

b) cum negatur aliquid, quod ad impugnandam theſin valere *videtur;*

c) cum id negatur, quod re vera ad theſin non pertinet; inde enim non refellitur reſpondens, niſi per accidens, quatenus negavit, quod ut ad rem nihil faciens negare non debebat.

Translatio diſputationis fit denique ad ea, quae problemati conſequentia ſunt.

Diſputatio non ad ea transferenda eſt, de quibus difficilius diſputatur.

Cap. VII. *Loci a disiunctione, etymologia, diviſione temporis in quo aliquid eſt, & polyonymia.*

Si ex oppoſitis immediatis unum ineſt, non ineſt alterum.

Si alterum non ineſt, neceſſe eſt, alterum ineſſe.

Ea verbi interpretatio accipienda eſt, quae convenit etymologiae vocabuli.

I. Alia ſemper ſunt:

a) quod eſt ſemper, non eſt plerumque; *b*) quod eſt ſemper, non eſt raro; *c*) quod eſt ſemper, non temere in utramvis partem accidit.

II. Alia ſunt plerumque:

a) quod eſt plerumque, non eſt ſemper; *b*) q. e. pl. non eſt raro; *c*) q. e. pl. non aeque eſt, & non eſt.

III. Alia ſunt raro:

a) quod eſt raro, non eſt ſemper; *b*) q. e. r. non eſt plerumque; *c*) q. e. r. non aeque eſt & non eſt.

IV. Alia temere accidunt:

a) Quod ita accidit, non eſt ſemper; *b)* q. i. a. non eſt plerumque; *c)* q. i. a. non eſt raro.

Idem ſibi ipſi accidere nequit; quare cavendum eſt, ne ſubiectum & praedicatum theſeos idem ſignificent.

Cap. VIII. *Loci a contrariis.*

Contraria ſex modis coniungi poſſunt, ſed quatuor tantum modis inducitur contrarietas.

Sunt enim quatuor termini, quorum duo (amici & inimici) habent rationem ſubiecti; reliqui duo (bene mereri & male mereri) habent rationem praedicati; denique duo priores, & duo poſteriores ſunt contrarii; hinc fiunt ſex contrariorum coniunctiones. Iam vero, ſi iungas: *a*) de amicis bene mereri, & de inimicis male mereri; *b*) de inimicis bene mereri, & de amicis male mereri; in his duabus contrariorum coniunctionibus non eſt contrarietas. Ergo eſt tantum contrarietas in quatuor reliquis contrariorum coniunctionibus.

Ex variis contrariorum coniunctionibus eâ nobis utendum eſt, quae nobis eſt aptior ad confirmandum, vel infirmandum.

Contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto; nec id ineſt, quo poſito, contraria reperientur in eodem ſubiecto.

Quod non poteſt recipere unum ex contrariis, nec alterum recipere poterit.

Quod poteſt unum ex contrariis recipere, poteſt etiam recipere alterum.

Cap. IX. *Loci ab oppoſitorum conſecutione.*

Oppoſitorum quatuor ſunt genera, contradicentia, contraria, privantia, & relata.

In oppoſitorum conſecutione duplex converſio eſt: una *directa*, cum terminorum ordo non mutatur; *altera* converſa, cum terminorum ordo mutatur.

In contradicentibus obtinet converſio converſa, in contrariis plerumque directa.

In quibus terminis vera eſt negatio, in iiſdem vera eſt etiam affirmatio converſa.

In quibus terminis vera eſt affirmatio, in iiſdem vera eſt negatio inverſa.

Si contrarium contrario nec directo nec ordine inverſo eſt conſequens, etiam termini problematis ſunt tales, ut alter alteri non ſit conſequens.

Si contrarium contrario eſt conſequens, etiam praedicatum problematis ſubiecto eſt conſequens.

Privantibus privantia ſunt conſequentia (ut e. c. caecitati privatio ſenſus).

Relatis relata ſunt conſequentia.

Cap. X. *Loci a coniugatis, a caſu, a generatione & interitu, ab efficiente & corrumpente.*

Si coniugatum praedicati dicitur de coniugato ſubiecti, etiam attributum vere dicitur de ſubiecto.

Si coniugatum praedicati non dicitur de coniugato ſubiecti, etiam praedicatum non dicitur de ſubiecto.

Caſus ſunt coniugatorum ſpecies. Omnes caſus ſunt coniugati; at non omnia coniugata ſunt caſus.

* *Caſibus* intelliguntur ab Ariſtotele, quae oblique efferuntur, ut in genitivo, dativo, vel adverbialiter.

Non ſolum cognitio eorum, quae terminis problematis coniugata ſunt, ſed etiam coniugatorum contrariorum, utilis eſt. (cf. cap. VIII).

Reſpiciendum quoque nobis eſt ad ortum & interitum.

Quorum ortus in numero bonorum eſt, ea ipſa bona ſunt;

Quorum ortus in numero malorum eſt, ea ipſa ſunt mala;

Quorum interitus in numero bonorum eſt, ea ipſa ſunt mala;

Quorum interitus in numero malorum eſt, ea ipſa ſunt bona.

Eadem ratio eſt in efficientibus & corrumpentibus.

Cap. XI. *Loci a proportione & a comparatione.*

Quorum eadem eſt ratio, his proportione idem attribuitur.

Si accidens ſubiecto ineſt, intentionem ſubiecti ſequetur intentio accidentis.

In comparatione ab eo, quod magis ineſt, argumentari nos oportet negative, alterum minus ineſſe; ab eo, quod minus ineſt, affirmative, alterum magis ineſſe.

Cap. XII. *Loci ab adiectione, & ab eo, quod eſt quoquo modo, ad id, quod eſt ſimpliciter.*

Quod rei adiectum facit eam talem, qualis antea non erat, id quoque tale eſt.

* Hic locus tantum de *qualitatibus*, non de *quantitatibus* valet.

Quod *tali* rei adiectum facit eam *magis talem*, ipſum quoque tale eſt.

Quod dicitur magis vel minus tale, etiam ſimpliciter eſt tale.

Quod ex parte, aut aliquando, aut alicubi accidit, etiam ſimpliciter accidit.

* Hic locus eſt admodum infirmus, immo in fallaciam incidit.

Topicorum Lib. III, Cap. I.

De locis, ex quibus probatur, eſſe melius, vel optabilius.

Loci, quibus probatur, eſſe melius, vel optabilius, ſumendi ſunt:

a) a diuturnitate temporis, per quod res durat; *b*) ab auctoritate eligentis, vel multitudine eligentium; *c*) a genere, reſpectu ad individuum habito, (ut e. c. iuſtitia, (genus), melior eſt, actione iuſta); *d*) ab optabili propter ſe; *e*) ab eo, quod eſt per ſe; *f*) ab eo, quod eſt ſimpliciter; *g*) ab eo, quod naturâ eſt; *h*) ab eo, quod rei meliori ineſt; *i*) ab eo, quod eſt melioris proprium; *k*) ab eo, quod eſt in melioribus, vel prioribus, vel dignioribus; *l*) a fine; *m*) a poſſibili; *n*) a comparatione finium & efficientium; *o*) ab eo, quod per ſe eſt pulchrius & laudabilius.

Cap. II. *De aliis locis eodem pertinentibus.*

In iis, quae ſunt admodum inter ſe ſimilia, reſpiciendum nobis eſt ad conſequentia.

Illud eſt optabilius, cui maius bonum conſequens eſt, aut minus malum.

Plura bona ſunt magis eligenda, quam pauciora, vel ſimpliciter, vel cum haec in illis inſint.

Magis eligenda ſunt cum voluptate aut indolentia coniuncta, quam quae ſine voluptate, aut cum dolore coniuncta, ſunt.

Unumquodque tunc magis eſt eligendum, cum magis uſui eſt.

Quod ſemper vel ſaepius uſui eſt, praeferri debet illi, cuius rarior eſt uſus.

Id, quod ſi omnes habent, altero non egemus, magis eligendum eſt, quam id, quod ſi omnes habent, altero indigemus.

Quorum corruptiones ſunt magis fugiendae, ea ſunt magis eligenda.

Cuius amiſſio eſt deterior, illud eſt melius.

Cuius contrarium eſt deterius, illud eſt melius.

Cuius melior eſt ortus, id melius eſt.

Cuius ſumtio eſt melior, id quoque melius eſt.

Quod bono eſt propinquius, id optabilius eſt.

Quod bono eſt ſimilius, praeſtat minus ſimili.

Quod eſt meliori ſimilius, id alteri praeſtat.

Si duorum alterum praeſtantiori, alterum deteriori ſimilius eſt, illud huic praeſtat.

Magis inſigne praeſtat minus inſigni.

Quod difficilius acquiritur, praeferendum eſt ei, quod facilius acquiri poteſt.

Magis proprium praeſtantius eſt magis communi.

Quod magis a malo remotum eſt, id quoque magis eligendum eſt.

Si hoc ſimpliciter melius eſt illo, etiam ſimpliciter illud optimum melius eſt hoc optimo; & ſi optimum optimo eſt melius, etiam ſimpliciter hoc eſt melius.

Id eſt optabilius, quod poteſt communicari cum amicis, quam quod non poteſt communicari. Similiter optabilius eſt, quod erga amicum agere volumus, quam quod erga quemvis.

Quod eſt ex abundanti, ſemper melius eſt neceſſario; interdum eſt etiam optabilius.

E. c. melius eſt *bene vivere*, quam *vivere*.

Quod ab alio ſuppeditari non poteſt, melius eſt, quam ab alio quoque ſuppeditandum.

Si primum ſine altero eſt eligendum, alterum autem non ſine primo, primum eſt magis eligendum, quam alterum.

Si ex duobus alterum negatur, ut videatur reliquum ineſſe, illud eſt optabilius, quod videri volumus ineſſe.

Illud eſt optabilius, quo ſe carere aegre ferentes minorem reprehenſionem incurrunt.

Illud eſt optabilius, quo ſe carere aequo animo ferentes maiori reprehenſione digni ſunt.

Cap. III. *Loci alii eodem pertinentes.*

Quod propria virtute gaudet, magis eſt eligendum, quam quod eâ deſtitutum eſt.

Quod magis habet propriam virtutem, id optabilius eſt eo, quod minus habet.

Quod rem, cui ineſt, bonam efficit, optabilius eſt eo, quod non facit bonam.

Quod *magis* reddit ſubiectum bonum, optabilius eſt eo, quod *minus* reddit ſubiectum bonum.

Quod rem praeſtantiorem bonam efficit, optabilius eſt eo, quod rem deteriorem bonam reddit.

Argumentandum quoque eſt a caſu, uſu, actione, opere, ad rem, & vice verſa a re ad caſum, uſum, actionem, opus. Quod in illis optabilius eſt, etiam in his magis eligendum eſt, & reciproce.

Si primum tertio eſt melius, ſecundum autem tertio eſt deterius, primum eſt optabilius ſecundo.

Si tertium quarto, & primum tertio, ſecundum autem quarto melius eſt, certe primum eſt optabilius ſecundo.

Si primum & ſecundum tertio meliora ſunt, magis tamen tertium ſuperatur a primo, quam a ſecundo, primum eſt optabilius ſecundo.

Cuius abundantia optabilior eſt, quam alterius abundantia, id ipſum eſt optabilius.

Id, quod aliquis ſibi parare mavult per ſe, optabilius eſt eo, quod per alium parare mavult.

Quod rei adiunctum efficit, ut totum ſit optabilius, eſt magis eligendum, quam id, quod rei adiunctum facit totum minus optabile.

Id eſt optabilius, quod minori bono adiunctum facit illud melius.

Argumentandum denique eſt a detractione excellentiae maiori vel minori, & a fine magis vel minus expetendo, ad rei maiorem vel minorem praeſtantiam.

Cap. IV. *De abſolute eligendis aut fugiendis.*

Loci ſupra expoſiti utiles etiam ſunt ad probandum, quamvis rem eſſe eligendam aut fugiendam, ſive, cum detrahimus aliquid excellentiae alterius ex comparatis, ſive ut praeſtantiam unius in comparatione cum altero ſtatim eligamus.

Cap. V. *De locis univerſaliter ſumendis ad comparationem quorumvis accidentium.*

Ad diſputationem facilius inſtituendam ſumendi ſunt loci generales ad quamcunque accidentium comparationem pertinentes.

Loci ſupra expoſiti, e quibus probatur, aliquid eſſe optabilius, parva mutatione facta in generales abire poſſunt.

Cap. VI. *De locis pertinentibus ad problemata accidentis particularia.*

Loci problematum univerſalium de accidente pertinent quoque ad problemata particularia, quoniam ſub univerſali particulare continetur.

Declaratur hoc ab Ariſtotele in locis ab oppoſitis, a coniugatis, ab interimente, a generatione & corruptione, ab eo, quod vel magis, vel minus, vel aeque eſt tale, ab hyphotheſi, a diviſione ſubiecti, & a diviſione accidentis.

Topicorum Lib. IV, Cap. I.

De locis pertinentibus ad problema generis.

Quod non attribuitur omnibus eiuſdem generis, non eſt genus.

Quod non attribuitur ratione eius quid eſt, non eſt genus.

Quod adeſſe & abeſſe poteſt, non eſt genus.

Quod non eſt in ea categoria, in qua eſt ſpecies, non eſt huius ſpeciei genus.

Quod eſt ſpeciei particeps, non eſt eius genus.

De quocunque dicitur ſpecies, de eo dicitur etiam genus.

Quod nec ullius ſpeciei eſt particeps, nec eſt proxima generi ſpecies, falſo in eo genere ponitur.

Quod de paucioribus dicitur, aut de totidem, quam ſpecies, non eſt genus.

Quod unius ex iis, quae ſpecie non differunt, genus eſt, etiam reliquorum eſt genus.

Cap. II. *Loci eodem pertinentes.*

Si duo ſint diverſi generis, ſpecies unius non poteſt eſſe ſpecies alterius.

Omnia genera ſuperiora attribuuntur ſpeciei ratione eius quid eſt.

Nullum ex ſuperioribus generibus eſt ſpeciei particeps.

Si primum eſt genus ſecundi, neceſſe eſt, ut ipſum primum & omnia eius genera attribuantur ſpeciebus ſecundi ratione eius quid eſt.

Si primum eſt genus ſecundi, omnes ſuperiorum generum definitiones attribuentur ſecundi ſpeciebus ratione eius quid eſt.

Differentia non eſt genus; nec eſt particeps generis.

Genus non eſt *in* ſpecie.

Differentia non eſt *ſub* ſpecie, i. e. non eſt particeps ſpeciei.

Genus non eſt ſub differentia.

Si nulla ex generis differentiis attribuitur ſpeciei, ne genus quidem attribuetur.

Quod eſt naturâ poſterius, non poteſt eſſe genus eius, quod eſt naturâ prius.

Quod poteſt a re ſeparari & abeſſe, non poteſt eſſe rei genus, aut differentia conſtituens.

Cap. III. *Loci alii eodem pertinentes.*

Si duo ſint contraria; id, quod unius contrarii particeps eſt, aut eſſe poteſt, alterius ſpecies eſſe non poteſt.

Quod particeps eſt rei, quae cum nulla generis ſpecie communicari poteſt, non eſt huius generis ſpecies.

Genus & ſpecies ſunt *ſynonyma*, non *homonyma*; quae igitur ſunt homonyma, non ſunt genus & ſpecies.

Quod non continet plures ſpecies, non eſt genus.

Cavendum eſt, ne per translationem dictum ut genus proponatur.

e. c. animal rationale non eſt *genus* hominis, quia *ſolus homo* eſt animal rationale.

Contrariae ſpecies ſunt in contrariis generibus.

Id non eſt ſpecies, cuius contrarium nullo genere continetur.

Si quid eſt contrariis generibus interiectum, eſt etiam aliquid ſpeciebus interiectum, quae ſub illis generibus ſunt; & ſi quid ſpeciebus interiectum eſt, etiam eſt generibus aliquid interiectum.

Generibus contrariis, & horum ſpeciebus contrariis medium ſimiliter interiectum eſt, ſi utrobique vel ſecundum affirmationem, vel ſecundum negationem interiectum eſt.

In quo genere ſunt extrema, in eodem ſunt etiam media.

Si genus habet contrarium, etiam ſpecies contrarium habet.

Si nihil generi ſit contrarium, ſpeciei in eodem genere contrarium eſſe aliquid poteſt.

Genus confirmatur, ſi ſit aliquid generi contrarium, & in eo contrario genere ſit ſpecies contraria.

Cap. IV. *Alii loci.*

Coniugatorum genera ſunt coniugata. Sub coniugatis etiam caſus continentur.

Si in quatuor terminis eadem eſt ratio primi ad ſecundum, & tertii ad quartum, ſi conſtet, primum eſſe genus tertii, fatendum eſt, etiam ſecundum eſſe genus quarti.

Si duorum, quae ut habitus & privatio opponuntur, alterum ſit in aliquo, ut in genere proximo, alterum in eodem genere non erit.

Si quatuor ſunt termini, quorum ſecundum primo, & quartum tertio opponitur, ut privatio; ſi quartum non eſt ſpecies ſecundi, nec tertium erit ſpecies primi.

Si ſunt quatuor termini, quorum ſecundum primo, quartum tertio opponitur, ut privatio habitui; ſi quartum eſt ſpecies ſecundi, etiam tertium eſt ſpecies primi.

Si primum eſt ſpecies ſecundi, negatio ſecundi non eſt ſpecies primi.

Si negatio primi non ſubiicitur ſecundo, ſecundum eſt ſpecies primi.

Si ſpecies eſt ad aliquid, etiam genus eſt ad aliquid.

Si genus refertur ad aliquid, etiam ſpecies refertur ad aliquid.

Species ad idem refertur & per ſe, & ratione generis.

Species ad idem refertur & per ſe, & ratione ſuperiorum generum.

Quae non referuntur in eodem caſu, non poſſunt inter ſe eſſe affecta, ut genus & ſpecies.

Quae non ſimiliter reciprocantur, non ſunt genus & ſpecies.

Quae non ad totidem referuntur, non ſunt genus & ſpecies.

Oppoſitorum oppoſita genera ſunt.

* Intelligenda ſunt *relata* oppoſita.

In eodem relatorum genere ſunt & genus & ſpecies.

Cap. V. *Alii loci.*

Actus non eſt genus ipſius habitus.

Habitus non eſt genus ipſius actus.

Potentia, quae conſequitur habitum, non eſt genus ipſius habitus.

Conſequens, quod non eſt ſemper cum antecedente, non eſt huius antecedentis genus.

In eodem ſubiecto ſunt genus & ſpecies accidentis.

* Hic locus ad problemata ſpectat, quorum uterque terminus accidens eſt.

Genus non communicatur cum ſpecie ex parte; ſive, ſpecies non eſt particeps generis ex parte.

Pars non eſt genus totius.

Id, quod fugiendum ſeu reprehendendum eſt, non eſt ſpecies facultatis, nec alicuius, quod eſt facultate praeditum.

Quod eligendum eſt per ſe, non eſt ſpecies facultatis, vel eius, quod facultate praeditum eſt, vel eius, quod efficiendi vim habet; quoniam haec tria non ſunt eligenda per ſe, ſed propter aliud.

Quod duobus generibus continetur, non recte ſub uno genere ponitur.

Falsa est propositio, in qua genus & differentia transponuntur, ita ut differentia sumatur pro genere, & genus pro differentia.

Subiectum non est genus suae affectionis.

Cap. VI. *Alii loci.*

Quod non communicatur cum rebus specie differentibus, non est genus.

Quod omnibus rebus attribuitur, non est genus.

v. c. quod decem summis generibus attribuitur, ut *ens*.

Quod est in subiecto, non est eius subiecti genus.

Quod non attribuitur aequivoce, non est genus.

Quod ad duo genera videtur aeque referri posse, debet potius referri ad melius genus, quam ad deterius.

Si genus recipit intentionem, necesse est, etiam speciem, & quod a specie denominatur, intentionem recipere; alioquin non erit genus.

Si duorum alterum, quod magis vel aeque videtur esse genus, non est genus; certe nec alterum est genus.

Si duorum alterum, quod magis, vel quod aeque videtur esse species, non est species; certe nec alterum est species.

Abstracti & concreti par est ratio.

Quod alicui semper consequens est, nec reciprocatur, sed latius patet, est genus.

Topic. Lib. V, Cap. I.

De problemate proprii.

Proprium aut est per se, aut per comparationem cum altero.

Proprium aut semper est, aut aliquando.

Tria potissimum problemata proprii sunt dialectica, quia de his multae esse possunt argumentationes.

Loci de problemate proprii ex comparatione cum altero, hic non sunt quaerendi, quia proprium per comparationem sumtum non est vere proprium, sed potius accidens.

Cap. II. *De locis pertinentibus ad problema, an proprium ſit rectè expoſitum?*

Ex notioribus rectè exponitur proprium; male ex minus notis.

Si dictio ſit aequivoca, vel oratio ambigua, proprium male expoſitum eſt.

Si ſubiectum eſt multiplex, male eſt expoſitum proprium.

Proprium eſt male expoſitum, in quo idem ſaepius repetitur.

Quod omnibus ineſt, male ponitur in explicando proprio.

Si plura propria ponantur quaſi unum, propoſitio male concepta eſt.

Si una proprietas tradita eſt, rectè quoad hanc proprium eſt expoſitum.

Cap. III. *Alii loci.*

Si in proprio explicando adhibeatur ſubiectum, vel pars ſubiecti, proprium rectè expoſitum non eſt.

Quod eſt ſimul naturâ cum ſubiecto, non rectè ponitur tanquam proprium ſubiecti.

e. c. contrarium non eſt proprium contrarii, quia contraria ſimul naturâ ſunt; ut album & nigrum.

Quod eſt ſubiecto poſterius, male ponitur, quaſi eius proprium; ſive, proprium eſt naturâ prius ſubiecto.

Quod non ſemper ineſt, non eſt verum proprium, ſeu ſimpliciter proprium.

Quod eſt proprium *nunc*, male ponitur tanquam proprium *ſimpliciter*, & ſine temporis circumſcriptione.

Quod ſenſu tantum cognoſcitur, non rectè affertur, quaſi proprium.

Definitio non eſt proprium; nam illa ad eſſentiam rei ſpectat, hoc verò non.

Quod non conſtat ex genere & differentiis non eſſentialibus, non eſt proprium.

Cap. IV. *De locis pertinentibus ad problema, an ſit proprium, necne.*

Quod nulli rei ſub ſubiecto contentae ineſt, huius ſubiecti proprium non eſt.

Quod rebus ſub ſubiecto contentis non attribuitur ratione ipſius ſubiecti, non eſt ſubiecti proprium.

Quod non reciprocatur cum ſubiecto, non eſt proprium.

Subiectum non poteſt dici proprium eius, quod in ipſo ineſt.

Id, cuius particeps eſt ſubiectum, non eſt proprium.

Quod non eſt ſimul cum re, ſed prius, vel poſterius; id non eſt eius rei proprium.

Quod ſimul cum re eſt, neque eſt rei definitio, neque differentia, id rei eſt proprium.

Si duo ſint eadem numero; quod non eſt unius horum proprium, nec eſt alterius proprium.

Si duo ſint ſubiecta ſpecie eadem, & duo ſint propria ſimiliter eadem ſpecie, unum autem ex his propriis non ſemper ſit unius ex illis ſubiectis proprium, neque alterum erit proprium alterius.

Quod attribuitur ſubiecto per ſe conſiderato, non eſt proprium ſubiecti cum accidente conſiderati.

Quod attribuitur ſubiecto accidente affecto, non eſt proprium ſolius ſubiecti.

Quod convenit etiam abſtracto, non eſt proprium concreti, & quod convenit etiam concreto, non eſt proprium abſtracti.

Subiectum per ſe, & ſubiectum cum accidente, ſunt idem re, licet ratione differant.

Quod eſt proprium ſubiecti, eſt etiam proprium ſubiecti cum accidente.

Abſtractum & concretum re idem ſunt, licet ratione differant.

Quod eſt proprium abſtracti, eſt etiam proprium concreti, & vice verſa.

Cap. V. *Alii loci.*

Quod natura ineſt, male proponitur ſimpliciter, quaſi ſemper inſit.

Quod & aliis convenit, non eſt primi proprium; & quod etiam primo competit, non eſt aliorum proprium.

Idem non eſt proprium ſui ipſius.

Si res conſtat ex partibus ſimilaribus, quod non eſt proprium totius, non eſt proprium partis, & quod non eſt proprium partis, non eſt proprium totius.

Cap. VI. *Loci ab oppoſitis.*

Sint ex quatuor terminis ſecundus contrarius primo, & quartus contrarius tertio; iam vero ſi tertium non eſt proprium primi, quartum non erit proprium ſecundi.

Si ex quatuor terminis ſecundus refertur ad primum, & quartus ad tertium; tum ſi tertium non eſt proprium primi, quartum non erit proprium ſecundi.

Si ex quatuor terminis primus & ſecundus ſignificant habitum, tertius & quartus privationem; tum, ſi ſecundum non eſt proprium primi, quartum non eſt proprium ſecundi.

Si id, quod affirmatur, ſubiecti proprium eſt; id, quod negatur, huius ſubiecti proprium non erit.

viz. ſi proprium concipitur affirmative.

Si id, quod negatur, eſt proprium; id, quod affirmatur, non eſt proprium.

Si ex quatuor terminis primus ſit ſubiectum affirmative, ſecundus ſubiectum negative, tertius praedicatum affirmative, quartus praedicatum negative conceptum; tum ſi tertium non eſt proprium primi, nec quartum erit proprium ſecundi.

Si attributum eſt proprium ſubiecti affirmative concepti, non erit proprium eiuſdem ſubiecti negative concepti, & vice verſa.

Si ex quatuor terminis primus & ſecundus ponantur in eadem diviſione alicuius rei, tertius autem & quartus ponantur in alia diviſione; tum ſi tertium non eſt proprium primi, nec quartum erit proprium ſecundi.

Cap. VII. *Alii loci.*

Si ex quatuor terminis duo priores ſint inter ſe coniugati, item duo poſteriores; tum, ſi tertium non eſt proprium primi, etiam quartum non eſt proprium ſecundi.

Si ex quatuor terminis duo priores, & duo poſteriores ſint inter ſe oppoſiti; tum, ſi tertium non eſt proprium primi, nec quartum erit proprium ſecundi.

Si ex quatuor terminis primus ponatur ſubiectum, ſecundus attributum huius ſubiecti, tertius aliud ſubiectum, quartus attributum huius; tum, ſi ſecundum non eſt proprium primi, etiam quartum non erit proprium tertii.

Si ex tribus terminis primus & ſecundus ſint duo ſubiecta, tertius attributum, quod aeque de utroque dici poteſt, tum, ſi tertium non eſt proprium primi, ſimiliter non erit proprium ſecundi.

Argumentari poſſumus ab *Eſſe* ad *Fieri*, aut ab *Eſſe* ad *Corrumpi*; rurſus a *Fieri* ad *Eſſe*, aut a *Fieri* ad *Corrumpi*; denique a *Corrumpi* ad *Eſſe*, aut a *Corrumpi* ad *Fieri*. Iam vero ſi ex ſex terminis ſumantur tria ſubiecta & tria praedicata, & quidem ita, ut in primo ſubiecto & praedicato ponatur verbum *Eſſe*, in ſecundo ſubiecto & praedicato verbum *Fieri*, in tertio utroque verbum *Corrumpi*, eadem autem res ſit ſubiectum in tribus primis, & idem praedicatum in tribus poſterioribus terminis; tum, ſi primum attributum non eſt proprium primi ſubiecti, nec ſecundum attributum erit proprium ſecundi ſubiecti, & ſic porro.

Cap. VIII. *Loci a comparatione.*

Sint duo termini, ſubiectum & praedicatum. Uterque conſiderari poteſt quinque modis, *magis*, *minus*, *maxime*, *minime*, *ſimpliciter*.

Conferri poſſunt unum praedicatum cum uno ſubiecto, aut duo attributa cum duobus ſubiectis, aut unum attributum cum duobus ſubiectis, aut duo attributa cum uno ſubiecto.

Ab attributione unius praedicati de uno ſubiecto argumentari licet ad reliquas attributiones.

Cap. IX. *Loci a poteſtate & hyperbole.*

Si proprium in *poteſtate* conſiſtat, male attribuitur ei, quod non eſt, niſi ei quoque poſſit ineſſe.

* Proprium conſiſtit in poteſtate, ſi ſubiectum propriam habet poteſtatem aliquid faciendi.

Proprium *enti* recte tribuitur.

Proprium recte tribuitur *non enti*, cui convenit.

* *Non ens* eſt Ariſtoteli materia prima omnium formarum capax.

Quod in *hyperbole* conſiſtit, non eſt verum Proprium.

* Dicitur in hyperbole conſiſtere id, quod nomine ſuperlativi gradus exprimitur.

Topicorum Lib. VI, Cap. I.

De locis ad impugnandam definitionem.

Definitio impugnari potest: *a*) si non dicitur de omni definito; *b*) si in definitione omissum est genus, aut saltem proprium genus; *c*) si definitio non convenit soli definito; *d*) si non explicat rei definitae essentiam; *e*) si non est recte concepta.

Primus disputandi modus sumendus est ex locis de accidente; secundus pertinet ad locos de genere; tertius & quartus ad locos de proprio.

Definitionis male conceptae duo esse possunt vitia, aut obscuritas, aut exsuperantia.

Nonnunquam haec vitia coniuncta sunt.

Cap. II. *De obscuritate definitionis.*

Quod est homonymum, est obscurum; homonymia vero inest vel in definitione, vel in definito.

Homonyma sunt prius distinguenda, quam definiantur.

Quod per translationem s. metaphoram dicitur, obscurum est.

Omne verbum inusitatum in definitione est obscurum, uti etiam omne verbum improprium.

Definitio rei recte tradita patefacit etiam definitionem rei contrariae.

Quaecunque definitio non per se ostendit, quam rem declaret, ea obscura est.

Cap. III. *De exsuperantia definitionis.*

Omne verbum, quod vel est commune omnibus rebus, vel est commune omnibus sub eodem genere contentis, sub quo definitum est, in definitione superfluit.

Id in definitione supervacaneum est, quo detracto reliqua definitio est propria & perfecta.

Quod non omnibus in definito contentis convenit, id in definitione abundat.

Superfluit definitio, quando in ea fit tautologia, aut manifesta, aut latens.

Cap. IV. *De locis pertinentibus ad quaeſtionem: an definitum ſit ex prioribus & notioribus.*

Omnis definitio non ſumta ex prioribus & notioribus prava eſt.

Alia ſunt notiora, vel minus nota ſecundum naturam, alia quoad nos; igitur definitio aut ex illis, aut ex his ſumenda eſt.

Non ſunt tamen verae definitiones, quae ſumuntur ex notioribus nobis, niſi ſint haec ſimul etiam notiora ſecundum naturam.

Quod permanet, eſt prius & notius illo, quod in motu conſiſtit.

Quod eſt definitum, eſt prius & notius indefinito.

Igitur ſi permanens definiatur per id, quod eſt in motu, definitur ex poſteriori & ignotiori.

Quod definitur per oppoſitum, non definitur ex priori & notiori; nam oppoſita ſunt ſimul naturâ.

Oppoſita relata per ſe invicem definiri poſſunt.

Idem per ſe ipſum definiri non debet, quoniam idem ſe ipſo non eſt prius.

Quae in eadem diviſione ponuntur, ex iis alterum per alterum definiri non debet, quoniam illa ſimul naturâ ſunt.

Quod in categoria eſt ſuperius, non debet per inferius definiri.

Cap. V. *De locis a genere, & ab iis, ad quae definitum refertur.*

Nulla definitio genere caret.

Si definitum ad plura refertur, ea omnia in definitione ponenda ſunt.

Si definitum ad plura reduci poſſit, non debet ad deterius referri.

Omnis bona definitio continet proprium genus rei definitae.

Omnis bona definitio continet proximum genus rei definitae.

Cap. VI. *De locis a differentiis.*

Oratio non continens generis differentias, non eſt definitio.

Omnis differentia habet aliquid in eâdem diviſione ſibi oppoſitum.

Omnis differentia habet differentiam oppoſitam, quae de genere dicitur.

Si ex duabus differentiis oppoſitis una generi adiecta non conſtituit ſpeciem, certe neutra eſt generis differentia.

Negatio non eſt differentia. In definitione privationis tamen per negationem tanquam per differentiam definitur.

Quod negationi in diviſione generis opponitur, non eſt differentia.

Nec genus, nec ſpecies ſunt differentiae.

Quod ſignificat, quid res ſit, non eſt differentia.

Quod per accidens ineſt, non eſt differentia.

Si differentia, vel ſpecies, vel aliquid ſpeciei ſubiectum, attribuitur generi; non eſt bona definitio.

Genus non attribuitur differentiae; nec ſpecies.

Differentia eſt prior ſpecie; ſive, quod eſt ſpecie poſterius, non eſt differentia.

Eadem differentia non eſt duorum generum non ſubalternorum, nec quae ambo ſub uno quodam communi genere continentur.

Quod ſignificat *Ubi*, non eſt differentia ſubſtantiae.

Id, ratione cuius variari res dicitur, non eſt differentia; ſive, affectio ſeu perturbatio non eſt differentia.

Relatorum differentiae referri debent ad aliquid.

Differentia petenda eſt ex eo, ad quod res per ſe refertur, non ex eo, ad quod refertur per accidens.

Differentia ex eo ſumenda eſt, ad quod primum res refertur.

Si id, cuius affectio vel diſpoſitio eſſe dicitur res, quae definitur, non recipit hanc affectionem ſeu diſpoſitionem, definitio prava eſt.

Quod certo tempore limitatur, non eſt differentia.

Cap. VII. *De locis a comparatione, a disiunctione, & a definitione.*

Si definitum magis dicitur ratione alterius cuiuſdam, quam ratione eius, quod in definitione poſitum eſt; certe non eſt bona definitio.

Si res definita recipit intentionem, definitio vero non recipit, falſa eſt definitio.

Si definitio recipit intentionem, definitum autem non recipit, falsa est definitio.

Si uni definitio, alteri definitum magis convenit, definitio prava est.

Si duobus definitum aeque attribuitur, vel definitio aeque attribuitur, non vero definitum, certe definitio prava est.

Definitum male in definitione ad duas res disiunctive accommodatur.

Quaelibet partes definitionis, nec non harum partium definitiones vere definito attribui debent.

Cap. VIII. *De locis ab omissione.*

Omissione eius, ad quod res definita refertur, vitiosa fit definitio.

Omissione finis vitiatur definitio rei, quae ad finem refertur.

Definitio est imperfecta, in qua circumstantia omittitur ad essentiam rei pertinens.

Omissio eius, quod videtur, vitiat definitionem.

* Hic locus pertinet tantum ad ea, in quibus spectatur id, quod nobis videtur.

Cap. IX. *De locis ab abstractis, concretis, & oppositis.*

Abstracti & concreti par est ratio, ita ut ex definitione unius facile cognoscatur definitio alterius.

Si primum genus refertur ad secundum genus, etiam prima species referri debet ad secundam speciem.

Oppositorum definitiones sunt oppositae.

Privatio definiri debet per habitum; at habitus non definitur per privationem.

Contrarium non definitur per suum contrarium.

In definitione eius, quod secundum privationem dicitur, explicari oportet, cuius rei privatio sit, & quodnam sit subiectum, quo ea privatur.

Quod non dicitur secundum privationem, male definitur per privationem.

Cap. X. *De locis a casibus, ab idea, & ab homonymia.*

Similibus definiti casibus similes definitionis casus convenire debent.

Definitio debet ideae convenire.

* Hic locus non valet, niſi adverſus eos, qui ponunt (cum Platone), eſſe ideas.

Quorum una eſt definitio, ea ſunt ſynonyma, non homonyma.

Cap. XI. *De verborum coniunctorum definitione.*

Sublata definitionis parte, quae reſpondet parti rei definitae, reliqua pars definitionis reſpondere debet reliquae parti definiti; alioqui non eſt bona definitio.

Definitio aequimembris, id eſt, quae totidem membris conſtat, quot definitum, prava eſt; nam tum non definitio eſt, ſed nominum permutatio.

Cap. XII. *Alii loci.*

Quod eſt, male definitur per id, quod non eſt.

Definitio, in qua non ponitur proprium obiectum rei definitae, ſed aliquid magis univerſale, prava eſt.

Definitio rei, quatenus eſt res optima, non eſt definitio eiuſdem rei ſimpliciter conſideratae.

Quod eſt per ſe eligendum, male definitur per activum, vel effectivum, vel aliud quidpiam, quod alterius cauſa eſt eligendum.

Cap. XIII. *De definitione, in qua dicitur, eſſe haec, vel ex his, vel hoc cum illo.*

Definitio, quae dicit, definitum eſſe plura, vel eſſe hoc & illud, prava eſt.

Definitio, quae ait, definitum ex multis conſtare, prava eſt; non omnino tamen; ſed

a) ſi ex his, quae in definitione ponuntur, non fit unum, viz. definitum.

b) ſi definitum eſt in primo ſubiecto, poſita autem in definitione ſunt in diverſis ſubiectis.

c) ſi partes quidem definitionis ſunt in uno primo ſubiecto, non tamen in eodem, in quo eſt totum, viz. definitum.

d) ſi ſublato toto definito tolluntur neceſſario omnes & ſingulae partes in definitione poſitae.

e) ſi totum vel bonum, vel malum eſt, partes autem neutrum ſunt.

f) ſi altera pars eſt bona, altera mala, ita ut magis illa ſit bona, quam haec mala, totum autem non ſit magis bonum, quam malum.

g) ſi una pars eſt melior alterâ, totum autem non eſt melius parte deteriori, nec deterius parte meliori.

h) ſi totum eſt cum altera parte ſynonymum.

i) ſi in definitione ſimpliciter dictum eſt, rem ex his eſſe compoſitam, nec declaratum eſt, quomodo ex his compoſita ſit.

Definitio, quae ponit, definitum eſſe hoc cum illo, prava eſt.

Cap. XIV. *Reliqui loci.*

Definitio, quae ait, totum eſſe compoſitionem partium, prava eſt.

Subiectum duo contraria ſuſcipiens male definitur per unum ex illis contrariis.

Si non ſuppetant argumenta contra totam definitionem, argumentari debemus contra aliquam eius partem.

Eiuſdem rei non ſunt plures definitiones.

Antequam impugnemus aliquam definitionem, habeamus ipſi neceſſe eſt veram eius rei definitionem.

Topicorum Lib. VII, Cap. I.

De locis pertinentibus ad quaeſtionem, utrum ſit idem, an diverſum.

Si primum & tertium (ex quatuor terminis) ſunt eadem, etiam ſecundum & quartum eadem erunt.

Si duo termini idem ſunt, etiam duo his oppoſiti idem erunt.

Quae ſunt ſimpliciter eadem, eorum ſunt iidem ortus & interitus, eadem efficientia & interimentia.

Ea, quibus idem ſuperlativum attribuitur, ſunt eadem.

* Excipienda tamen ſunt ea, quorum unum ſub altero continetur.

Si primum eſt idem cum tertio, ſecundum autem non eſt idem cum tertio, certe primum & ſecundum non ſunt idem.

Quae non recipiunt eadem accidentia, non ſunt eadem.

Quae non accidunt eidem ſubiecto, non ſunt eadem.

Quae ſunt in diverſis categoriis, non ſunt eadem.

Quae genere differunt, non ſunt eadem.

Quae non conſtituuntur iiſdem differentiis, non ſunt eadem.

Si alterum intenditur, alterum intendi non poteſt, non ſunt eadem.

Quae non ſimul intenduntur, non ſunt eadem.

Si duo eidem rei adiecta non faciunt idem totum; certe illa duo differunt.

Si eadem re detracta a duobus, id, quod ſupereſt, non manet idem, certe etiam totum non erat idem.

Si ex hypotheſi quamvis falſa, non tamen impoſſibili, colligatur, duo quaedam non eſſe idem, ſimpliciter fatendum eſt, ea non eſſe idem.

Quae vel ſubiecto, vel attributo differunt, non ſunt eadem.

Quod alio modo eſt idem, non eſt numero idem.

Quae a ſe invicem ſeiungi poſſunt, ita ut unum eſſe poſſit ſine altero, haec non ſunt idem.

Cap. II. *De locis, quibus definitio confirmatur.*

Definitiones accipi poſſunt tanquam principia; poſſunt etiam probari ſyllogiſmo; vel ex locis analyticis; vel ex *locis dialecticis*, de quibus hîc ſermo eſt.

Oppoſitorum oppoſitae ſunt definitiones; igitur ex unius oppoſiti definitione colligitur definitio alterius oppoſiti.

Coniugatorum coniugatae ſunt definitiones.

Si quatuor termini ad ſe invicem affecti ſunt ita, ut quomodo affectus ſit ſecundus ad primum, non aliter ſit affectus quartus ad tertium; tum, ſi ſecundum eſt definitio primi, etiam quartum eſt definitio tertii.

Si ſecundum minus videtur eſſe definitio primi, quam quartum tertii, & ſecundum eſt definitio primi, etiam quartum eſt definitio tertii.

Si ſecundum aeque eſt definitio primi, & quartum ter-

tii; ſi altera definitio eſt alterius definiti definitio, etiam reliqua definitio erit reliqui definiti definitio.

Cap. III. *De locis praecipuis, & maxime utilibus.*

Ii potiſſimum loci memoriae mandandi ſunt, qui ſunt maxime univerſales, quia ad diſputationes de plurimis quaeſtionibus valent; quales ſunt e. c. loci a proportione, a coniugatis, alii.

Cap. IV. *De facilitate, vel difficultate argumentandi.*

Definitio facilius evertitur, quam confirmatur: *a*) quia difficilius eſt ſumere propoſitiones definitionem confirmantes; *b*) quia opponenti ſufficit unam definitionis partem evertere; dum confirmanti omnes partes probandae ſunt; *c*) quia neceſſe eſt probari, definitionem attribui omni definito & ſoli.

Et proprium & genus facilius evertuntur, quam probantur, ob eaſdem rationes.

Problema de accidente univerſale facilius evertitur, quam confirmatur; particulare vero facilius confirmatur, quam evertitur.

Topicorum Lib. VIII, Cap. I.

De propoſitionibus neceſſariis, vel non neceſſariis.

Qui diſputaturus eſt, primo locum invenire debet, ex quo contra theſin argumentetur, tum adverſarium interrogare, & ſingula bene ſecum diſponere ac proferre.

Propoſitiones, quibus Dialecticus utitur, aut ſunt neceſſariae, aut non neceſſariae.

Poſteriores adiunguntur aut inductionis, aut ornatus, aut occultationis, aut perſpicuitatis gratia.

Propoſitiones neceſſariae non ſtatim proponendae ſunt, ſed eorum loco aliae, quas adverſarius facilius concedat, & e quibus tamen illae colligi poſſint.

Propoſitionibus non neceſſariis eatenus nobis utendum eſt, quatenus neceſſariis inſerviunt, eaſque iuvant.

In inductione a particularibus ad univerſalia, a notis ad ignota progrediendum eſt.

In occultatione incipiendum eſt a proſyllogiſmis, aut ab horum proſyllogiſmis; praetermittendae ſunt concluſiones proſyllogiſmorum; obſervanda ſunt omnia, quae poſſint efficere, ut non ſtatim appareat conſecutio; miſcendae ſunt propoſitiones diverſorum proſyllogiſmorum &c.

In propoſitionibus ornatus cauſa adhibitis utendum nobis eſt inductione & diviſione.

Ad perſpicuitatem adhibere nos oportet exempla, & rerum ſimilium collationes.

Cap. II. *De argumentatione.*

Syllogiſmi adhibendi ſunt apud viros doctos, inductiones apud vulgus & imperitos.

Si univerſale, quod per inductionem probare volumus, nomine careat, nos ipſos nomen fingere oportet.

Opponens non petere debet obiectionem a reſpondente, antequam ipſe propoſitionem ſuam inductione confirmaverit.

Melius eſt, ſi ſyllogiſmo argumentamur oſtenſive ſive categorice, quam ſi per impoſſibile.

Interrogandae ſunt propoſitiones, quae vel non patiuntur ullam obiectionem, vel habent obiectiones obſcuras, & paucis cognitas.

Ita nobis interrogandum eſt, ut demus adverſario optionem affirmandi vel eligendi.

Cap. III. *De facilitate aut difficultate argumentandi.*

Eaedem theſes facile defenduntur, & difficile impugnantur. Pertinent huc maxime prima principia, primae concluſiones, quae primis principiis proximae ſunt, & ultimae concluſiones.

Definitiones difficile impugnantur, cum dubitamus, *a*) an verba definitionis ſint homonyma; *b*) utrum proprie accipiantur, an per metaphoram.

Multae theſes non facile impugnari poſſunt, niſi commoda definitio afferatur.

Cap. IV. *De officio interrogantis & respondentis.*

Triplex est omnis disputationis finis: aut enim disseritur docendi & discendi causa; aut certandi studio, & victoriae obtinendae gratia; aut denique mutuae exercitationis causa.

Si discendi causa disputatur, concedendae sunt propositiones, quae videntur verae, & negandae sunt, quae videntur falsae esse.

Si disputatur victoriae causa, tum opponens omnia facere debet, ut videatur aliquid colligere contra respondentem; & respondens, ne videatur aliquid pati.

Si disputatur exercitationis causa, tum alia quaedam praecepta, ab Aristotele fuse exposita, observanda sunt.

Praecepta, si disputandum sit contra thesin absolutam, vel probabilem, vel improbabilem, vel neutram.

Capp. V & VI.

Praecepta, si sit disputandum aut de propositione ad rem propositam pertinente, vel non pertinente, aut de propositione obscura, vel multiplici, vel perspicua & simplici.

Cap. VII. *De responsione ad inductionem.*

Si singula probabilia sint, concedantur, non negentur, quamvis inde per inductionem colligatur aliquid universale thesi nostrae contrarium.

Dirigenda est responsio ad illud universale, aut, ut asseramus instantiam, sive obiectionem; aut, ut contrarium argumentum opponamus.

Cap. VIII. *De praeexercitatione.*

Qui thesin aliquam defensurus est, prius secum ipse disputet, & tam rationes contrarias, quam earum solutiones inquirat.

Thesis improbabilis non defendenda est.

Capp. IX. X. XI.

Praecepta de solutione argumentorum, de conclusione impedienda, de reprehensione rationis, vel ratiocinantis, de perspicua & de falsa ratione.

Cap. XII. *De petitione quaesiti.*

Petitio quaesiti, qua argumentatio fit vitiosa, est:

a) cum hoc ipsum petitur, quod est probandum;
b) cum universaliter petitur, quod probandum est in parte;
c) cum sigillatim per partes petitur, quod est probandum in universum;
d) cum quis ex duobus se mutuo consequentibus unum probare debet, & alterum sibi concedi postulat.
e) cum quis contraria sibi concedi postulat.

Cap. XIII. *De exercitatione dialectica.*

Exercere nos debemus in syllogismis convertendis; quacunque thesi proposita, quaerere debemus argumenta in utramque partem, & eorum solutionem; in promtu habenda sunt argumenta de his thesibus, de quibus maxime disputari solet; comparanda nobis copia definitionum, quia nobis saepe ex his ratiocinandum est; memoriae mandandi loci communes dialectici &c.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ
ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ΚΕΦ. α'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΘΕΣΕΩΣ ΤΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΥΤΟΥ.

Ἡ μεν πρόθεσις τῆς πραγματείας, μέθοδον εὑρεῖν, ἀφ' ἧς δυνησόμεθα συλλογίζεσθαι περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος προβλήματος ἐξ ἐνδόξων, καὶ αὐτοὶ λόγον ὑπέχοντες μηθὲν ἐροῦμεν ὑπεναντίον. 2 Πρῶτον οὖν ρη-

ARISTOTELIS
TOPICORUM
LIBER I.

CAP. I.

De argumento huius tractationis, & de syllogismo, eiusque differentiis.

In hac tractatione propositum nobis est, methodum invenire, ex qua poterimus differere de omni quaestione proposita argumentatione probabili, ipsique disputationem sustinentes, nihil afferemus repugnans. 2 Pri-

τέον, τί ἐστι συλλογισμὸς, καὶ τίνες αὐτοῦ διαφοραὶ, ὅπως ληφθῇ ὁ διαλεκτικὸς συλλογισμός· τοῦτον γὰρ ζητοῦμεν κατὰ τὴν προκειμένην πραγματείαν. 3 Ἔστι δὴ συλλογισμὸς λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. 4 Ἀπόδειξις δέ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων ὁ συλλογισμὸς ᾖ, ἢ ἐκ τοιούτων, ἃ διά τινων πρώτων καὶ ἀληθῶν τῆς περὶ αὐτὰ γνώσεως τὴν ἀρχὴν εἴληφε. 5 Διαλεκτικὸς δὲ συλλογισμὸς ὁ ἐξ ἐνδόξων συλλογιζόμενος. 6 Ἔστι δὲ ἀληθῆ μὲν καὶ πρῶτα τὰ μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν ἔχοντα τὴν πίστιν. οὐ δεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διὰ τί· ἀλλ' ἑκάστην τῶν ἀρχῶν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πιστήν. 7 Ἔνδοξα δὲ τὰ δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς· καὶ τούτοις ἢ τοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις, καὶ ἐνδό-

mum quidem dicendum eſt, quid ſit ſyllogiſmus, & quae ſint eius differentiae, ut intelligatur ſyllogiſmus dialecticus; hunc enim in tractatione ſequenti inveſtigamus. 3 Eſt autem ſyliogiſmus oratio, in qua poſitis quibuſdam, aliud quiddam a poſitis diverſum neceſſario efficitur per ea, quae poſita ſunt. 4 Demonſtratio vero eſt, quando ex veris & primis concluſio fit, aut e talibus, quae per prima quaedam & vera principium cognitionis ſui ſumſerunt. 5 Dialecticus autem ſyllogiſmus ex probabilibus concluditur. 6 At vera quidem ſunt & prima, quae non ab aliis, ſed a ſe ipſis fidem habent. Non oportet enim in principiis ſcientiae quaerere rationem; ſed unumquodque principium per ſe ipſum certum eſſe debet. 7 Probabilia autem ſunt, quae videntur omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus; & horum aut omnibus, aut plurimis, aut celeberrimis & clariſſimis. 8 Sophiſti-

ξοις. 8 Ἐριστικὸς δέ ἐστι συλλογισμὸς ὁ ἐκ φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δὲ, [καὶ ὁ ἐξ ἐνδόξων [δὲ], ἢ φαινομένων ἐνδόξων,] φαινόμενος. οὐ γὰρ πᾶν τὸ φαινόμενον ἔνδοξον καὶ ἔστιν ἔνδοξον. οὐδὲν γὰρ τῶν λεγομένων ἐνδόξων ἐπιπόλαιον ἔχει παντελῶς τὴν φαντασίαν, καθάπερ περὶ τὰς τῶν ἐριστικῶν λόγων ἀρχὰς συμβέβηκεν ἔχειν. παραχρῆμα γὰρ καὶ [ὡς] ἐπιτοπολὺ τοῖς καὶ σμικρὰ συνορᾶν δυναμένοις καταδηλος ἐν αὐτοῖς ἡ τοῦ ψεύδους ἐστὶ φύσις. ὁ μὲν οὖν πρότερος τῶν ῥηθέντων ἐριστικῶν συλλογισμῶν καὶ συλλογισμὸς λεγέσθω· ὁ δὲ λοιπὸς ἐριστικὸς μὲν συλλογισμὸς, συλλογισμὸς δ' οὔ· ἐπειδὴ φαίνεται μὲν συλλογίζεσθαι, συλλογίζεται δ' οὔ. 9 Ἔτι δὲ παρὰ τοὺς εἰρημένους ἅπαντας συλλογισμοὺς οἱ ἐκ τῶν περί τινας ἐπιστήμας οἰκείων γινόμενοι παραλογισμοὶ, καθάπερ ἐπὶ τῆς γεωμετρίας, καὶ τῶν ταύτης συγγενῶν συμ-

cus vero ſyllogiſmus eſt, qui ex iis, quae probabilia videntur, at non ſunt, [& qui ex probabilibus [vero], aut ex iis, quae videntur probabilia] videtur (*colligi*). Non enim omne, quod videtur probabile, etiam probabile eſt. Nihil enim eorum, quae probabilia dicuntur, extrinſecus omnino habet apparentiam (*probabilitatis*), quemadmodum in principiis concluſionum fallacium contingere ſolet. Nam confeſtim & [plerumque] iis, qui etiam parva cernere poſſunt, manifeſta eſt in illis falſi natura. Prior quidem ex dictis ſyllogiſmis ſophiſticis *ſyllogiſmus* quoque vocetur; alter vero *ſophiſticus* eſt *ſyllogiſmus*, at non ſyllogiſmus; quoniam concludere videtur, neque tamen concludit. 9 Porro vero praeter memoratos omnes ſyllogiſmos (*ſunt*) etiam, qui ex iis, quae nonnullis ſcientiis peculiaria ſunt, exſiſtunt, paralogiſmi, quemadmodum accidit in Geometria & huic

βέβηκεν ἔχειν. ἔοικε γὰρ ὁ τρόπος οὗτος διαφέρειν τῶν εἰρημένων συλλογισμῶν. οὔτε γὰρ ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων συλλογίζεται ὁ ψευδογραφῶν, οὔτε ἐξ ἐνδόξων. εἰς γὰρ τὸν ὅρον οὐκ ἐμπίπτει. οὔτε γὰρ τὰ πᾶσι δοκοῦντα λαμβάνει, οὔτε τὰ τοῖς πλείστοις, οὔτε τὰ τοῖς σοφοῖς· καὶ τούτοις οὔτε τοῖς πλείστοις, οὔτε τοῖς ἐνδοξοτάτοις· ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων μὲν τῇ ἐπιστήμῃ λημμάτων, οὐκ ἀληθῶν δε, τὸν συλλογισμὸν ποιεῖται. τῷ γὰρ ἢ τὰ ἡμικύκλια περιγράφειν μὴ, ὡς δεῖ, ἢ γραμμάς τινας ἄγειν μὴ, ὡς ἂν ἀχθείησαν, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖται. 10 Εἰδη μὲν οὖν τῶν συλλογισμῶν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ἔστω τὰ εἰρημένα. καθόλου δ' εἰπεῖν περὶ πάντων τῶν εἰρημένων, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων, ἐπὶ τοσοῦτον [ἡμῖν] διορίσθω· διότι περὶ οὐδενὸς αὐτῶν τὸν ἀκριβῆ λόγον ἀποδοῦναι προαιρούμεθα, ἀλλ' ὅσον τύπῳ περὶ αὐτῶν βου-

affinibus ſcientiis. Videtur enim hic modus differre a dictis ſyllogiſmis. Nam neque ex veris & primis ratiocinatur falſo deſcribens, neque ex probabilibus. Nam in definitionem non incidit. Neque enim ſumit, quae videntur omnibus, nec quae plurimis, nec quae ſapientibus; & horum neque plurimis, neque ſpectatiſſimis; ſed ex propriis quidem ſcientiae ſumtionibus, non veris tamen, ſyllogiſmum efficit. Nam ſemicirculos deſcribendo, non, quemadmodum illi deſcribendi ſunt, aut lineas quaſdam ducendo, non quomodo ducendae ſunt, paralogiſmum facit. 10 Species igitur ſyllogiſmorum, ut ſummatim complectar, hae ſunto. Ut univerſe autem loquar de omnibus tam dictis, quam poſt haec dicendis, eatenus [nobis] definitum eſto, quoniam de nulla harum rerum exquiſitam rationem afferre animus eſt, ſed adumbrando tantum ea perſtringere volumus, omnino ſuf-

λόμενα διελθεῖν· παντελῶς ἡγούμενοι ἱκανὸν κατὰ τὴν προκειμένην μέθοδον τὸ δύνασθαι γνωρίζειν ὁπωσοῦν ἕκαστον αὐτῶν.

ΚΕΦ. β'.

ΟΤΙ ΠΡΟΣ ΤΡΙΑ ΧΡΗΣΙΜΟΣ Η ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗ, ΚΑΙ ΤΙΣ Ο ΤΕΛΕΙΟΣ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΟΣ.

Ἑπόμενον δ' ἂν εἴη τοῖς εἰρημένοις, εἰπεῖν, πρὸς πόσα τε καὶ τίνα χρήσιμος ἡ πραγματεία. 2 Ἔστι δὴ πρὸς τρία, πρὸς γυμνασίαν, πρὸς τὰς ἐντεύξεις, πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας. 3 Ὅτι μὲν οὖν πρὸς γυμνασίαν χρήσιμος, ἐξ αὐτῶν καταφανές ἐστι· μέθοδον γὰρ ἔχοντες ῥᾴων περὶ τοῦ προτεθέντος ἐπιχειρεῖν δυνησόμεθα. 4 Πρὸς δὲ τὰς ἐντεύξεις· διότι τὰς τῶν πολλῶν κατηριθμημένοι δόξας οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων ὁμιλήσομεν πρὸς αὐτούς, μεταβιβάζοντες, ὅ, τι ἂν μὴ καλῶς φαίνωνται

ficere rati ad methodum noſtram, ſi innoteſcat, quomodo ſingula illorum ſe habeant.

CAP. II.

De utilitate Dialectices, & quis ſit perfectus Dialecticus.

Sequitur deinceps, ut dicamus, ad quot & quae utilis ſit haec tractatio. 2 Eſt autem (*utilis*) ad tria, ad exercitationem, ad congreſſus, ad ſcientias philoſophicas. 3 Quod igitur ad exercitationem utilis ſit, hinc perſpicuum eſt; nam methodo inſtructi facilius de re propoſita argumentari poterimus. 4 Ad congreſſus autem; quoniam enumeratis multorum opinionibus non ex alienis, ſed ex propriis ſententiis cum iis agemus, refellentes, quod non

λέγειν ἡμῖν. 5 Πρὸς δὲ τὰς κατὰ Φιλοσοφίαν ἐπιστήμας, ὅτι δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι ῥᾷον ἐν ἑκάστοις κατοψόμεθα τἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος. 6 Ἔτι δὲ πρὸς τὰ πρῶτα τῶν περὶ ἑκάστην ἐπιστήμην ἀρχῶν· ἐκ μὲν γὰρ τῶν οἰκείων τῶν κατὰ τὴν προτεθεῖσαν ἐπιστήμην ἀρχῶν ἀδύνατον εἰπεῖν τι περὶ αὐτῶν, ἐπειδὴ πρῶται αἱ ἀρχαὶ ἁπάντων εἰσί. διὰ δὲ τῶν περὶ ἕκαστα ἐνδόξων ἀνάγκη περὶ αὐτῶν διελθεῖν. τοῦτο δ' ἴδιον ἢ μάλιστα οἰκεῖον τῆς διαλεκτικῆς ἐστιν. ἐξεταστικὴ γὰρ οὖσα πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων
Cap. III ed. Duvall. ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. 7 Ἕξομεν δὲ τελέως τὴν μέθοδον, ὅταν ὁμοίως ἔχωμεν, ὥσπερ ἐπὶ ῥητορικῆς, καὶ ἰατρικῆς, καὶ τῶν τοιούτων δυνάμεων. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ποιεῖν, ἃ προαιρούμεθα. οὔτε γὰρ ὁ ῥητορικὸς ἐκ παντὸς τρόπου πείσει, οὔθ' ὁ ἰατρικὸς

bene nobis videantur dicere. 5 Ad scientias vero philosophicas, quod, cum in utramque partem disputare possimus, facilius in singulis assequemur verum & falsum. 6 Porro autem ad prima cuiusque scientiae principia (*cognoscenda utilis haec tractatio est*); nam ex propriis quidem propositae scientiae principiis impossibile est de iis aliquid dicere, quandoquidem prima principia omnium sunt. Necesse autem est de iis per ea differere, quae circa singula probabilia sunt. Hoc vero proprium & maxime peculiare est Dialecticae. Cum enim sit indagatrix, ad principia omnium scientiarum viam munit. 7 Habebimus autem methodum perfectam, quando similiter eam habebimus, quam rhetorica, & arte medica, & talibus facultatibus instructi. Hoc vero est, ex contingentibus efficere, quae volumus. Neque enim rhetoricus omni modo persuadebit, nec medicus sanabit. Ve-

ὑγιάσει. ἀλλ' ἐὰν τῶν ἐνδεχομένων μηδὲν παραλίπῃ, ἱκανῶς αὐτὸν ἕξειν τὴν ἐπιστήμην φήσομεν.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΙΔΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΟΥ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΟΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΡΟΤΑΣΕΩΣ.

Πρῶτον οὖν θεωρητέον, ἐκ τίνων ἡ μέθοδος. εἰ δὴ λάβοιμεν, πρὸς πόσα, καὶ ποῖα, καὶ ἐκ τίνων οἱ λόγοι, καὶ πῶς τούτων εὐπορήσομεν· ἔχοιμεν ἂν ἱκανῶς τὸ προκείμενον. 2 Ἔστι δὲ ἀριθμῷ ἴσα καὶ τὰ αὐτὰ, ἐξ ὧν τε οἱ λόγοι, καὶ περὶ ὧν οἱ συλλογισμοί. γίνονται μὲν γὰρ οἱ λόγοι ἐκ τῶν προτάσεων· περὶ ὧν δὲ [γίνονται] οἱ συλλογισμοὶ, τὰ προβλήματά ἐστι. πᾶσα δὲ πρότασις, καὶ πᾶν πρόβλημα, ἢ γένος, ἢ ἴδιον, ἢ

Cap. IV ed. Duvall.

rum si nihil praetermiserit eorum, quae adhibere posse ipsi contingit, satis eum scientiae peritum esse iudicabimus.

CAP. III.

De problematum speciebus, & de differentia problematis & propositionis.

Primum igitur considerandum est, ex quibus haec methodus (*constet*). Quod si exposuerimus, ad quot, & ad quae, & ex quibus disputatio (*instituatur*), & quemadmodum haec nobis suppetant; sufficienter id, quod volumus, consequemur. 2 Sunt autem numero paria & eadem, ex quibus argumentationes, & circa quae syllogismi conficiuntur. Fiunt enim argumentationes ex propositionibus; circa quae autem syllogismi conficiuntur, ea problemata sunt. Omnis vero propositio, & omne problema, aut genus, aut proprium, aut accidens

συμβεβηκὸς δηλοῖ. καὶ γὰρ τὴν διαφορὰν, ὡς οὖσαν γενικὴν, ὁμοῦ τῷ γένει τακτέον. ἐπεὶ δὲ τοῦ ἰδίου τὸ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνει, τὸ δὲ οὐ σημαίνει· διῃρήσθω τὸ ἴδιον εἰς ἄμφω τὰ προειρημένα μέρη· καὶ καλείσθω τὸ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι σημαῖνον, ὅρος· τὸ δὲ λοιπὸν κατὰ τὴν κοινὴν περὶ αὐτῶν ἀποδοθεῖσαν ὀνομασίαν προσαγορευέσθω, ἴδιον. δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι κατὰ τὴν νῦν διαίρεσιν τέτταρα τὰ πάντα συμβαίνει γίνεσθαι, ἢ ἴδιον, ἢ ὅρον, ἢ γένος, ἢ συμβεβηκός. 3 Μηδεὶς δὲ ἡμᾶς ὑπολάβῃ λέγειν, ὅτι ἕκαστον τούτων καθ' αὑτὸ λεγόμενον πρότασις, ἢ πρόβλημά ἐστιν, ἀλλ', ὅτι ἀπὸ τούτων καὶ τὰ προβλήματα, καὶ αἱ προτάσεις γίνονται. 4 Διαφέρει δὲ τὸ πρόβλημα καὶ ἡ πρότασις τῷ τρόπῳ. οὕτω μὲν γὰρ ῥηθέντος, ἆρά γε τὸ ζῶον πεζὸν δίπουν ὁρισμός ἐστιν ἀνθρώπου; καὶ, ἆρά γε τὸ ζῶον γένος [ἐστὶ] τοῦ ἀν-

significat. Nam & differentiam, quia generalis eſt, in eodem cum genere numero ponere oportet. Quoniam vero proprium aliud eſt, quod rei naturam explanat, aliud, quod non explanat; dividatur proprium in duas partes ante dictas, & appelletur unum quidem rei naturam explanans, *Definitio;* alterum ſecundum commune nomen his impoſitum vocetur *Proprium.* Manifeſtum ergo ex dictis eſt, ſecundum hancce diviſionem quatuor omnia fieri, aut Proprium, aut Definitionem, aut Genus, aut Accidens. 3 Nemo autem nos dicere exiſtimet, quodvis horum per ſe dictum propoſitionem, aut problema eſſe, ſed, ex his & problemata, & propoſitiones enaſci. 4 Differunt vero problema & propoſitio hoc modo. Nam ſi quaeratur ſic: an ſit animal gradiens bipes definitio hominis? &, ſitne animal hominis ge-

ἀνθρώπου; πρότασις γίνεται· ἐὰν δὲ, πότερον τὸ ζῶον πεζὸν δίπουν ὁρισμός ἐστιν ἀνθρώπου, ἢ οὔ; [καὶ πότερον τὸ ζῶον γένος ἐστὶν ἀνθρώπου, ἢ οὔ;] πρόβλημα γίνεται. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥστ' εἰκότως ἴσα τῷ ἀριθμῷ τὰ προβλήματα, καὶ αἱ προτάσεις εἰσίν· ἀπὸ πάσης γὰρ προτάσεως πρόβλημα ποιήσεις, μεταβάλλων τῷ τρόπῳ.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΡΟΥ, ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ, ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΤΟΣ.

Λεκτέον δὲ, τί ὅρος, τί γένος, τί ἴδιον, τί συμβεβηκός. 2 Ἔστι δὲ ὅρος μὲν λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. ἀποδίδοται δὲ ἢ λόγος ἀντ' ὀνόματος, ἢ λόγος ἀντὶ λόγου· δυνατὸν γὰρ καὶ τῶν ὑπὸ λόγου τινὰ σημαινομένων ὁρίσασθαι. 3 Ὅσοι δ' ὁπωσοῦν ὀνόματι τὴν ἀπόδοσιν ποιοῦνται, δῆλον, ὡς οὐκ ἀποδιδόασιν οὐ- Cap. V ed. Duvall.

nus? fit propositio; si vero (*quaeratur*), utrum animal gradiens bipes sit definitio hominis, necne? [& utrum animal genus sit hominis, necne?] fit problema. Similiter vero etiam in aliis. Quare merito paria sunt numero problemata & propositiones; nam ex omni propositione facies problema, si modum mutaveris.

CAP. IV.

De definitione, genere, proprio & accidente.

Dicendum autem est, quid sit definitio, quid genus, quid proprium, quid accidens. 2 Definitio quidem est oratio significans, quid res sit. Adhibetur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione; possunt enim nonnulla eorum, quae oratione exprimuntur, definiri. 3 Qui autem quoquo modo nomen pro nomine reddunt, manifestum est, hos non explicare rei defini-

τοι τὸν τοῦ πράγματος ὁρισμόν· ἐπειδὴ πᾶς ὁρισμὸς λόγος τίς ἐστιν. ὁρικὸν μέντοι καὶ τὸ τοιοῦτον θετέον· οἷον, ὅτι καλόν ἐστι τὸ πρέπον. 4 Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ, πότερον ταὐτὸν αἴσθησις καὶ ἐπιστήμη, ἢ ἕτερον; καὶ γὰρ περὶ τοὺς ὁρισμούς, πότερον ταὐτὸν, ἢ ἕτερον; ἡ πλείστη γίνεται διατριβή. ἁπλῶς δὲ ὁρικὰ πάντα λεγέσθω τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν ὄντα μέθοδον τοῖς ὁρισμοῖς. ὅτι δὲ πάντα τὰ νῦν ῥηθέντα τοιαῦτά [ἐστι], δῆλον ἐξ αὐτῶν. δυνάμενοι γὰρ, ὅτι ταὐτὸν, καὶ ὅτι ἕτερον, διαλέγεσθαι, τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ πρὸς τοὺς ὁρισμοὺς ἐπιχειρεῖν εὐπορήσομεν. δείξαντες γὰρ, ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστιν, ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα τὸν ὁρισμόν. οὐ μὴν ἀντιστρέφει τὸ νῦν ῥηθέν· οὐ γὰρ ἱκανὸν πρὸς τὸ κατασκευάσαι τὸν ὁρισμὸν τὸ δεῖξαι ταὐτὸν ὄν· πρὸς μέντοι τὸ ἀνασκευάσαι αὐτάρκες τὸ δεῖξαι, ὅτι οὐ ταὐτόν. 5 Ἴδιον

tionem; quandoquidem omnis definitio oratio quaedam eſt. Attamen tale quoque ut ad definitionem pertinens ponendum eſt; veluti, honeſtum eſſe, quod decet. 4 Similiter vero etiam hoc, utrum idem ſint ſenſus & ſcientia, an diverſum. Nam & in definitionibus circa hoc, utrum idem an diverſum ſit, plurimum verſamur. Simpliciter autem dicantur omnia ad definitionem pertinentia, quae eadem via & ratione tractantur, qua definitio. Omnia autem iam dicta talia eſſe, ex ipſis patet. Nam ſi poſſimus, quod hoc idem, & quod diverſum ſit, diſſerere, eodem modo etiam argumentis ad definitiones abundabimus. Oſtendentes enim, hoc non eſſe idem, infirmabimus definitionem. Attamen iam dictum non converti debet; non enim ſufficit ad confirmandam definitionem, ſi oſtendatur, idem eſſe; ſed ad eam evertendam ſufficiens eſt, ſi oſtendatur, non eſſe idem. 5 Proprium

δέ ἐστιν, ὃ μὴ δηλοῖ μὲν τὸ τί ἦν εἶναι, μόνῳ δὲ ὑπάρχει, καὶ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος. οἷον, ἴδιον ἀνθρώπου τὸ γραμματικῆς εἶναι δεκτικόν. εἰ γὰρ ἄνθρωπός ἐστι, γραμματικῆς δεκτικός ἐστι· καὶ εἰ γραμματικῆς δεκτικός ἐστιν, ἄνθρωπός ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ ἴδιον λέγει τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλῳ ὑπάρχειν· οἷον, τὸ καθεύδειν ἀνθρώπῳ· οὐδ' ἂν τύχῃ κατά τινα χρόνον μόνῳ ὑπάρχον. εἰ δ' ἄρα τι καὶ λέγοιτο τῶν τοιούτων ἴδιον, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλά ποτε, ἢ πρός τι, ἴδιον ῥηθήσεται. τὸ μὲν γὰρ ἐκ δεξιῶν εἶναι, ποτὲ ἴδιόν ἐστι· τὸ δὲ δίπουν, πρός τι ἴδιον τυγχάνει λεγόμενον, οἷον, τῷ ἀνθρώπῳ πρὸς ἵππον καὶ κύνα. ὅτι δὲ τῶν ἐνδεχομένων [καὶ] ἄλλῳ ὑπάρχειν οὐδὲν ἀντικατηγορεῖται, δῆλον· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, εἴ τι καθεύδει, ἄνθρωπον εἶναι. 6 Γένος δέ ἐστι τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει ἐν τῷ

autem est, quod non explicat, quid res sit, soli vero inest, & cum re reciprocatur. Velut, proprium est hominis, ut grammaticam percipiat. Nam si homo est, grammaticam percipere potest; & si grammaticam percipere potest, homo est. Nemo enim proprium dicit id, quod alii inesse contingit; ut, dormire homini (*proprium non est*); etiamsi ad quoddam tempus in solum hominem cadat. Si vero aliquid talium dicatur proprium, non simpliciter, sed aliquando, aut (*per relationem*) ad aliquid proprium dicetur. Nam esse a dextra, aliquando proprium est; esse autem bipedem, (*per relationem*) ad quid proprium dicitur, velut, homini (*per relationem*) ad equum & canem. Quod autem nihil eorum, quae alii [quoque] inesse contingit, reciproce attribuitur, manifestum est; non enim necessarium est, si quid dormit, id hominem esse. 6 Genus vero est id, quod de pluribus & specie

τί ἐστι κατηγορούμενον. ἐν τῷ τί ἐστι δὲ κατηγορεῖσθαι τοιαῦτα λεγέσθω, ὅσα ἁρμόττει ἐρωτηθέντα ἀποδοῦναι, τί ἐστι τὸ προκείμενον. καθάπερ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου ἁρμόττει ἐρωτηθέντα τί ἐστι τὸ προκείμενον, εἰπεῖν, ὅτι ζῷον. 7 Γενικὸν δὲ καὶ τὸ, πότερον ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἄλλο ἄλλῳ, ἢ ἐν ἑτέρῳ. καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον ὑπὸ τὴν αὐτὴν μέθοδον πίπτει τῷ γένει. διαλεχθέντες γὰρ, ὅτι τὸ ζῷον γένος τοῦ ἀνθρώπου, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ βοὸς, διειλεγμένοι ἐσόμεθα, ὅτι ταῦτα ἐν τῷ αὐτῷ γένει. ἐὰν δὲ τοῦ μὲν ἑτέρου δείξωμεν, ὅτι γένος ἐστὶ, τοῦ δὲ ἑτέρου, ὅτι οὐκ ἔστι, διειλεγμένοι ἐσόμεθα, ὅτι οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ γένει ταῦτά ἐστι. 8 Συμβεβηκὸς δέ ἐστιν, ὃ μηδὲν μὲν τούτων ἐστὶ, μήτε ὅρος, μήτε ἴδιον, μήτε γένος, ὑπάρχει δὲ τῷ πράγματι· καὶ ὃ ἐνδέχεται ὑπάρχειν ὁτῳοῦν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπάρχειν· οἷον, τὸ καθῆσθαι ἐνδέχεται ὑπάρχειν τινὶ τῷ

differentibus ratione eius quid sit praedicatur. Ratione eius quid sit praedicari talia dicantur, quae apte respondentur, cum rogatur, quid sit id, de quo agitur. Quemadmodum in homine apte respondet interrogatus, quid sit res proposita, si dicat, esse animal. 7 Ad genus autem pertinet & hoc, utrum alterum in eodem genere sit cum altero, an in diverso. Nam & tale eadem ratione tractatur, qua genus. Etenim si differendo probaverimus, animal esse genus hominis, similiter vero etiam bovis, ostenderimus, haec in eodem genere esse. Si vero alterius quidem hoc genus esse, alterius autem non esse, probaverimus, haec non esse in eodem genere, ostenderimus. 8 Accidens autem est, quod nihil quidem horum est, nec definitio, nec proprium, nec genus, inest vero rei, & quod contingit inesse alicui uni & eidem, & non inesse; ut, sedere contingit inesse alicui

αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπάρχειν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λευκόν. τὸ γὰρ αὐτὸ οὐδὲν κωλύει ὁτὲ μὲν λευκὸν, ὁτὲ δὲ μὴ λευκὸν εἶναι. 9 Ἔστι δὲ τῶν τοῦ συμβεβηκότος ὁρισμῶν ὁ δεύτερος βελτίων. τοῦ μὲν γὰρ πρώτου ῥηθέντος, ἀναγκαῖον, εἰ μέλλει τις συνήσειν, προειδέναι, τί ποτέ ἐστιν ὅρος, καὶ γένος, καὶ ἴδιον. ὁ δὲ δεύτερος αὐτοτελής ἐστι πρὸς τὸ γνωρίζειν, τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον καθ' αὐτό. 10 Προσκείσθωσαν δὲ τῷ συμβεβηκότι καὶ αἱ πρὸς ἄλληλα συγκρίσεις ὁπωσοῦν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος λεγόμεναι. οἷον, πότερον τὸ καλὸν, ἢ τὸ συμφέρον, αἱρετώτερον· καὶ πότερον ὁ κατ' ἀρετὴν, ἢ ὁ κατ' ἀπόλαυσιν, ἡδίων βίος, καὶ εἴτι ἄλλο παραπλησίως τυγχάνει τούτοις λεγόμενον. ἐπὶ πάντων γὰρ τῶν τοιούτων, ποτέρῳ μᾶλλον τὸ κατηγορούμενον συμβέβηκεν, ἡ ζήτησις γίνεται. 11 Δῆλον δὲ ἐξ αὐτῶν, ὅτι τὸ συμβεβηκὸς οὐδὲν κωλύει ποτὲ καὶ πρός τι ἴδιον γίνεσθαι.

eidem, & non ineſſe. Similiter vero etiam album. Nam idem nihil impedit modo album, modo non album eſſe. 9 Eſt autem ex definitionibus accidentis altera melior. Nam priore quidem propoſita, neceſſe eſt, ſi quis eam ſit intellecturus, ut prius cognoſcat, quid tandem ſit definitio, & genus, & proprium. Altera vero ſibi ipſa ſufficiens eſt ad cognoſcendum, quid tandem ſit dictum per ſe. 10 Adiungantur autem accidenti etiam mutuae (*rerum*) inter ſe comparationes quomodocunque ab accidente ductae. Veluti, utrum pulchrum, an utile magis ſit eligendum; & utrum vita iucundior, quae virtute, an, quae voluptate dirigitur, & ſi quid aliud ſimiliter his dicitur. Nam in omnibus talibus, utri magis praedicatum accidit, quaeſtio inſtituitur. 11 Paret autem ex his, accidens nihil prohibere, quo minus interdum & (*per relationem*) ad aliquid proprium fiat. Velut, τὸ ſede-

per autem, velut, Dei, animal (*eum esse*) immortale; *interdum* denique, velut, cuiusdam hominis, deambulare in gymnasio. 3 Nascuntur autem ex eo, quod collatum cum altero proprium explicatur, aut duae quaestiones, aut quatuor. Nam si (*aliquis*) huius quidem (*proprium*) posuerit; alterius vero idem hoc negaverit esse; duae tantummodo quaestiones exsistunt; quemadmodum hominis respectu ad equum proprium est, bipedem esse. Nam possit aliquis concludere, & hominem non esse bipedem, & equum esse bipedem; utroque autem modo proprium forte tolleretur. Quod si autem utrumque de utroque affirmaverit, & de utroque (*utrumque idem*) negaverit, quatuor quaestiones exsistent; quemadmodum hominis proprium (*est*) respectu ad equum; quod illud quidem bipes; hoc vero quadrupes sit. Nam concludere (*possit quispiam*), & hominem non esse bipedem, & naturâ comparatum esse, ut quadrupes sit; licet quoque argumentando probare, equum

διότι οὐ τετράπουν, οἷόν τε ἐπιχειρεῖν. ὅπως δ' οὖν δειχθέντος, ἀναιρεῖται τὸ προκείμενον. 4 Ἔστι δὲ τὸ μὲν καθ' αὑτὸ ἴδιον, ὃ πρὸς ἅπαντα ἀποδίδοται, καὶ παντὸς χωρίζει· καθάπερ ἀνθρώπου τὸ ζῷον θνητὸν [καὶ] ἐπιστήμης δεκτικόν. τὸ δὲ πρὸς ἕτερον, ὃ μὴ ἀπὸ παντὸς, ἀλλ' ἀπό τινος τακτοῦ διορίζει· καθάπερ ἀρετῆς τὸ πρὸς ἐπιστήμην· ὅτι τὸ μὲν ἐν πλείοσι· τὸ δ' ἐν λογιστικῷ μόνῳ, καὶ τοῖς ἔχουσι λογιστικὸν πέφυκε γίνεσθαι. τὸ δ' ἀεὶ, ὃ κατὰ πάντα χρόνον ἀληθεύεται, καὶ μηδέποτε ἀπολείπεται· καθάπερ τοῦ ζώου τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκείμενον. τὸ δὲ ποτὲ, ὃ κατά τινα χρόνον ἀληθεύεται, καὶ μὴ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ παρέπεται· καθάπερ τοῦ τινος ἀνθρώπου τὸ περιπατεῖν ἐν ἀγορᾷ. 5 Ἔστι δὲ τὸ πρὸς ἄλλο ἴδιον ἀπο-

esse bipedem & non esse quadrupedem. Quovis autem modo probatum fuerit, evertitur propositum. 4 Est autem proprium quidem per se, quod respectu ad omnia (*alia rei*) attribuitur, & ab omni separat; quemadmodum hominis (*proprium est*), animal (*esse*) mortale [&] scientiae capax. Respectu vero ad aliud (*proprium est*), quod non ab omni, sed ab aliquo posito separat; quemadmodum virtutis respectu ad scientiam; quod illud quidem in pluribus, hoc vero in solo rationali sit, & in facultate rationali praeditis. Semper autem (*proprium est*), quod omni tempore verum est, nec unquam dimittitur; quemadmodum animalis ex anima & corpore compositum esse. Interdum denique (*proprium est*), quod certo quodam tempore verum est, nec tamen necessario semper est consequens; quemadmodum cuiusdam hominis deambulare in foro. 5 Licet autem proprium respectu ad aliud explicare, dum differentiam tra-

δοῦναι τὸ διαφορὰν εἰπεῖν ἢ ἐν ἅπασι καὶ ἀεὶ, ἢ ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ ἐν τοῖς πλείστοις. οἷον, ἐν ἅπασι μὲν καὶ ἀεὶ, καθάπερ τὸ ἀνθρώπου ἴδιον πρὸς ἵππον, ὅτι δίπουν· ἄνθρωπος μὲν γὰρ καὶ πᾶς καὶ ἀεί ἐστι δίπους· ἵππος δ' οὐδείς ἐστι δίπους οὐδέποτε. ὡς ἐπιτοπολὺ δὲ καὶ ἐν τοῖς πλείστοις, καθάπερ τοῦ λογιστικοῦ ἴδιον τὸ ἄρχειν πρὸς ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμικόν· τῷ τὸ μὲν προστάττειν· τὸ δ' ὑπηρετεῖν· οὔτε γὰρ τὸ λογιστικὸν πάντοτε προστάττει, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ προστάττεται· οὔτε τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμικὸν ἀεὶ προστάττεται, ἀλλὰ καὶ προστάττει ποτὲ, ὅταν ᾖ μοχθηρὰ ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου. 6 Τῶν δ' ἰδίων ἐστὶ λογικὰ μάλιστα τά τε καθ' αὑτὰ καὶ ἀεὶ, καὶ τὰ πρὸς ἕτερον. τὸ μὲν γὰρ πρὸς ἕτερον ἴδιον πλείω προβλήματά ἐστι, καθάπερ εἴπομεν καὶ πρότερον· ἢ γὰρ δύο, ἢ τέτταρα ἐξ

dimus aut in omnibus & ſemper, aut plerumque & in plurimis. Velut, in omnibus quidem & ſemper, quemadmodum hominis proprium eſt reſpectu ad equum, bipedem eſſe; nam homo quidem & omnis eſt bipes & ſemper; equus autem nullus eſt bipes unquam. Plerumque vero & in plurimis, quemadmodum rationalis proprium eſt imperare reſpectu ad animi partes circa cupiditates & perturbationes; quoniam illud quidem imperat; hae vero ſerviunt; neque enim rationale ſemper imperat, ſed nonnunquam etiam paret; neque partes animi, in quibus cupiditates & perturbationes habitant, ſemper parent, ſed interdum imperant quoque, quando anima hominis prava ſit. 6 Propriorum autem ſunt maxime logica (*ad diſſerendum apta*), & quae per ſe & ſemper, & quae reſpectu ad aliud (*propria ſunt*). Nam proprium quidem reſpectu ad aliud plura problemata efficit, ſicut & antea diximus; aut enim duo, aut qua-

ἀνάγκης γίνεται τὰ προβλήματα. πλείους οὖν οἱ λόγοι γίνονται πρὸς ταῦτα. τὸ δὲ καθ' αὑτὸ καὶ ἀεὶ πρὸς πολλά ἐστιν ἐπιχειρεῖν, ἢ πρὸς πλείους χρόνους παρατηρεῖν· τὸ μὲν καθ' αὑτὸ πρὸς πολλά· πρὸς ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων δεῖ ὑπάρχειν αὐτῷ τὸ ἴδιον· ὥστ', εἰ μὴ πρὸς ἅπαντα χωρίζεται, οὐκ ἂν εἴη καλῶς ἀποδεδομένον τὸ ἴδιον. τὸ δ' ἀεὶ πρὸς πλείους χρόνους παρατηρεῖν· κἂν εἰ μὴ ὑπάρχῃ, κἂν εἰ μὴ ὑπῆρξε, κἂν εἰ μὴ ὑπάρξῃ, οὐκ ἔσται ἴδιον. τὸ δὲ ποτὲ [οὐκ ἐν ἄλλοις, ἢ] πρὸς τὸν νῦν λεγόμενον χρόνον ἐπισκοποῦμεν. οὐκ οὖν εἰσι λόγοι πρὸς αὐτὸ πολλοί. λογικὸν δὲ τοῦτ' ἐστὶ πρόβλημα, πρὸς ὃ λόγοι γίνονται καὶ συχνοὶ, καὶ καλοί. 7 Τὸ μὲν οὖν πρὸς ἕτερον ἴδιον ῥηθὲν ἐκ τῶν περὶ τὸ συμβεβηκὸς τόπων ἐπισκεπτέον ἐστίν· εἰ τῷ

tuor neceſſario fiunt problemata. Plures igitur argumentationes fiunt huc pertinentes. (*Proprium*) autem per ſe & ſemper ratione multarum rerum in argumentationem venit, aut ad plura tempora trahi poteſt; (*proprium*) per ſe quidem multa attinet; nam ſeparatis omnibus aliis, quae ſunt, ei debet eſſe proprium, (*cui proprium eſt*); quamobrem, niſi ab omnibus ſeparatum ſit, non fuerit bene attributum proprium. (*Proprium*) autem ſemper in pluribus temporibus obſervari debet; niſi enim conveniat, & niſi convenerit, & niſi conveniet, non erit proprium. (*Proprium*) vero interdum [non in aliis, niſi] in tempore, quod nunc dicitur, ſpectandum eſt. Ergo paucae argumentationes ex eo ducuntur. Illud autem eſt problema logicum, ratione cuius argumentationes fiunt & crebrae & ſcitae. 7 Quod igitur proprium reſpectu ad aliud vocatur, ex locis de accidente conſiderandum eſt; an huic quidem accidit, illi

μὲν συμβέβηκε· τῷ δ' οὔ. περὶ δὲ τῶν ἀεὶ, καὶ τῶν καθ' αὑτὸ, διὰ τῶνδε θεωρητέον.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΡΟΒΛΗΜΑ ΤΗΣ ΑΠΟΔΟΣΕΩΣ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ.

Πρῶτον μὲν, εἰ καλῶς ἀποδέδοται τὸ ἴδιον, ἢ μὴ
Loc. 202. καλῶς. 2 Τοῦ δὲ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς, ἐστὶν ἓν μὲν, εἰ μὴ διὰ γνωριμωτέρων, ἢ [διὰ] γνωριμωτέρων κεῖται τὸ ἴδιον· ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ μὴ διὰ γνωριμωτέρων·
Loc. 203. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ διὰ γνωριμωτέρων. 3 Τοῦ δὲ μὴ διὰ γνωριμωτέρων ἐστὶ τὸ μὲν, εἰ ὅλως ἀγνωστότερόν ἐστι τὸ ἴδιον, ὃ ἀποδίδωσι, τούτου, οὗ τὸ ἴδιον εἴρηκεν· οὐ γὰρ ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. γνώσεως γὰρ ἕνεκα τὸ ἴδιον ποιοῦμεν. τοῦ γὰρ μανθάνειν ἕνεκεν

vero non (*accidit*). De propriis autem & ſemper, & per ſe, ex locis ſequentibus videndum eſt.

CAP. II.

De locis ad problema, an proprium bene expoſitum ſit.

Primum quidem (*conſiderare nos oportet*), utrum recte ſit explicatum proprium, an non recte. 2 Eſſe autem recte, aut non recte (*explicatum*), ex uno quidem loco intelligemus, ſi non per notiora, vel [per] notiora poſitum ſit proprium; refellentes nempe, ſi non per notiora; affirmantes vero, ſi per notiora. 3 Eſſe autem non expoſitum per notiora intelligere licet *primum*, ſi omnino minus notum ſit proprium, quod (*aliquis*) proponit, quam id, cuius (*hoc*) eſſe proprium dixerit; tum enim non bene poſitum erit proprium. Nam cognitionis cauſa proprium facimus. Diſcendi enim cauſa & pro-

καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τοὺς ὁρισμοὺς ποιοῦμεν· διὰ γνωριμωτέρων οὖν ἀποδοτέον· οὕτω γὰρ ἔσται καταιοεῖν ἱκανῶς μᾶλλον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς, πυρὸς ἴδιον εἶναι τὸ ὁμοιότατον ψυχῇ, ἀγνωστοτέρῳ κέχρηται τοῦ πυρὸς τῇ ψυχῇ, (μᾶλλον γὰρ ἴσμεν, τί ἐστι πῦρ, ἢ ψυχὴ,) οὐκ ἂν εἴη καλῶς κείμενον ἴδιον πυρὸς τὸ ὁμοιότατον ψυχῇ.
4 Τὸ δὲ, εἰ μὴ γνωριμώτερόν ἐστι τόδε τῷδ' ὑπάρχον. Loc. 204.
δεῖ γὰρ μὴ μόνον εἶναι γνωριμώτερον τοῦ πράγματος· ἀλλὰ καὶ τῷδ' ὑπάρχειν, γνωριμώτερον εἶναι. ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς, εἰ τῷδ' ὑπάρχει, οὐδ', εἰ τῷδ' ὑπάρχει μόνῳ, γνωρίσει· ὥσθ' ὁποτέρου τούτων συμβάντος, ἀσαφὲς γίνεται τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς, πυρὸς ἴδιον τὸ ἐν ᾧ πρώτῳ ψυχὴ πέφυκεν εἶναι, ἀγνωστοτέρῳ κέχρηται τοῦ πυρὸς τῷ εἰ ἐν τούτῳ ὑπάρχει ψυχὴ, καὶ εἰ ἐν [αὐτῷ] πρώτῳ ὑπάρχει· οὐκ ἂν εἴη καλῶς κείμενον ἴδιον πυρὸς τὸ ἐν ᾧ πρώτῳ ψυχὴ πέφυκεν εἶναι.

prium, & definitiones conficimus; per notiora igitur explicandum eſt (*proprium*); ſic enim melius intelligere illud licebit. Velut, ſi ponens, ignis proprium eſſe ſimillimum animae, uſus eſt anima, quae minus nota eſt, quam ignis, (magis enim ſcimus, quid ſit ignis, quam quid ſit anima,) non fuerit bene poſitum proprium ignis ſimillimum animae. 4 *Deinde*, ſi non ſit notius, hoc illi ineſſe. Non ſolum enim oportet (*proprium*) eſſe notius re; ſed etiam, quod huic inſit, notius eſſe. Nam qui neſcit, an huic inſit, neque ſciet, an huic inſit ſoli; quare, utrumvis horum contigerit, obſcurum fit proprium. Velut, ſi ponens, ignis proprium eſſe id, in quo primo naturâ anima eſt, uſus eſt eo, quod in hoc inſit anima, & quod in eo ipſo primo inſit, ut minus noto, quam ignis; in quo primo naturâ anima eſt, non recte poſitum eſt quaſi ignis proprium. Affirmans autem (*intel-*

Loc. 205. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ διὰ γνωριμωτέρων κεῖται τὸ ἴδιον, καὶ εἰ διὰ γνωριμωτέρων καθ' ἑκάτερον τῶν τρόπων. ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. (τῶν γὰρ κατασκευαστικῶν τόπων τοῦ καλῶς οἱ μὲν κατὰ τοῦτο μόνον· οἱ δ' ἁπλῶς δείξουσιν, ὅτι καλῶς.) οἷον, ἐπεὶ ὁ εἰπὼν, ζώου ἴδιον τὸ αἴσθησιν ἔχειν, διὰ γνωριμωτέρων καὶ γνωριμώτερον ἀπέδωκε τὸ ἴδιον καθ' ἑκάτερον τῶν τρόπων· εἴη ἂν καλῶς ἀποδεδομένον κατὰ
Loc. 206. τοῦτο ἴδιον τοῦ ζώου τὸ αἴσθησιν ἔχειν. 5 Ἔπειτα ἀνασκευάζοντα μὲν, εἴ τι τῶν ὀνομάτων τῶν ἐν τῷ ἰδίῳ ἀποδεδομένων πλεοναχῶς λέγεται, ἢ καὶ ὅλως ὁ λόγος πλείω σημαίνει. οὐ γὰρ ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ τὸ αἰσθάνεσθαι πλείω σημαίνει· ἓν μὲν τὸ αἴσθησιν ἔχειν· ἓν δὲ τὸ αἰσθήσει χρῆσθαι· οὐκ ἂν εἴη τοῦ ζώου ἴδιον καλῶς κείμενον τὸ αἰσθάνεσθαι

liget, utrum recte an non explicatum sit proprium), si per notiora positum sit proprium, & si per notiora secundum utrumque modum. Erit enim secundum hoc bene positum proprium. (Nam ex locis ad confirmandum (*problema, an*) recte (*positum sit proprium*), alii quoad hoc tantum; alii autem simpliciter ostendent, (*positum esse*) recte). Velut, si dicens, animalis proprium esse, sensum habere, per notiora & notius explicavit proprium secundum utrumque modum; bene fuerit expositum secundum hoc animalis proprium, sensum habere. 5 Deinde refellenti quidem (*videndum est*), an nomen aliquod ex iis, quae in proprio posita sunt, pluribus modis dicatur, aut etiam tota oratio plura significet. Nam tum non erit bene positum proprium. Velut, si sentire plura significat; primum quidem, sensum habere; alterum vero, sensu uti; naturâ sentire non fuerit bene positum animalis pro-

πεφυκός. διὰ τοῦτο δὲ οὐ χρηστέον ἐστὶν οὔτ' ὀνόματι πλεοναχῶς λεγομένῳ, οὔτε λόγῳ τῷ τὸ ἴδιον σημαίνοντι· διότι τὸ πλεοναχῶς λεγόμενον ἀσαφὲς ποιεῖ τὸ ῥηθὲν, ἀποροῦντος τοῦ μέλλοντος ἐπιχειρεῖν, ὁπότερόν ποτε λέγει τῶν πλεοναχῶς λεγομένων. τὸ γὰρ ἴδιον τοῦ μαθεῖν χάριν ἀποδίδοται. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἔλεγχόν τινα γίνεσθαι τοῖς οὕτως ἀποδιδοῦσι τὸ ἴδιον, ὅταν ἐπὶ τοῦ διαφωνοῦντος ποιῇ τις τὸν συλλογισμὸν τοῦ πλεοναχῶς λεγομένου. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μὴ πλείω σημαίνει μήτε τῶν ὀνομάτων μηδὲν, μήθ' ὅλος ὁ λόγος· ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ οὔτε τὸ σῶμα πολλὰ δηλοῖ, οὔτε τὸ εὐκινητότατον εἰς τὸν ἄνω τόπον, οὔτε τὸ σύνολον τὸ ἐκ τούτων συντιθέμενον· εἴη ἂν καλῶς κείμενον κατὰ τοῦτο πυρὸς ἴδιον σῶμα τὸ εὐκι-

prium. Idcirco autem non eſt utendum aut nomine pluribus modis dicto, aut (*eiuſmodi*) oratione ut proprium ſignificante; quia id, quod multis modis dicitur, obſcurum facit dictum, cum dubitet argumentaturus, utrum tandem (*alter*) dicat ex iis, quae pluribus modis dicuntur. Nam proprium diſcendi cauſa proponitur. Praeterea vero neceſſarium eſt, eos quodammodo reprehenſionem incurrere, qui ita proprium explicant, quando aliquis in ea ſignificatione, in qua propoſitum verum non ſit, ſyllogiſmum conficiat de eo, quod pluribus modis dicitur. Confirmanti autem (*videndum eſt*), an non plura ſignificet ullum nomen, aut tota oratio; erit enim ſecundum hoc bene poſitum proprium. Velut, ſi neque corpus multa declarat, neque quod facillime ſurſum fertur, neque totum id, quod ex his componitur; fuerit ſane bene poſitum quoad hoc ignis proprium cor-

Loc. 207. νητότατον εἰς τὸν ἄνω τόπον. 6 Ἔπειτα, ἀναισκευάζοντα μὲν, εἰ πλεοναχῶς λέγοιτο τοῦτο, οὗ τὸ ἴδιον ἀποδίδωσι, μὴ διώρισται δὲ τὸ, τίνος αὐτῶν ἴδιον τίθησιν· οὐ γὰρ ἔσται καλῶς ἀποδεδομένον τὸ ἴδιον. δι' ἃς δ' αἰτίας, οὐκ ἄδηλόν ἐστιν ἐκ τῶν πρότερον εἰρημένων· τὰ γὰρ αὐτὰ συμβαίνειν, ἀναγκαῖόν ἐστιν. οἷον, ἐπεὶ τὸ ἐπίστασθαι τοῦτο πολλὰ σημαίνει· τὸ μὲν γὰρ, ἐπιστήμην ἔχειν αὐτό· τὸ δ', ἐπιστήμῃ χρῆσθαι αὐτό· τὸ δ', ἐπιστήμην εἶναι αὐτοῦ· τὸ δ', ἐπιστήμῃ χρῆσθαι αὐτοῦ· οὐκ ἂν εἴη τοῦ ἐπίστασθαι τοῦτο καλῶς ἴδιον ἀποδεδομένον οὐδὲν, μὴ διορισθέντος τοῦ, τίνος τίθησιν αὐτῶν τὸ ἴδιον. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μὴ λέγοιτο πολλαχῶς τοῦτο, οὗ τὸ ἴδιον τίθησιν, ἀλλ' ἔστιν ἓν καὶ ἁπλοῦν· ἔσται γὰρ καλῶς κατὰ τοῦτο κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ ἄνθρωπος λέγεται ἁπλῶς, εἴη ἂν καλῶς κείμενον κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον

pus, quod facillime ſurſum fertur. 6 Deinde, refellenti quidem (*videndum eſt*), an pluribus modis dicatur hoc, cuius proprium declarat (*aliquis*), cum tamen non definitum ſit, quo ſignificatu proprium ponat; non enim bene tum erit propoſitum proprium. Ob quas autem cauſas, non obſcurum eſt ex ſupra dictis; nam eadem accidere, neceſſarium eſt. Velut, ſi ſcire hoc multa ſignificat; modo enim, ſcientiam habere; modo, ſcientiâ uti; modo, ſcientiam eſſe alicuius; modo, ſcientiâ uti alicuius; non fuerit τοῦ ſcire id bene propoſitum proprium, cum non definitum ſit, quo ſignificatu ponat (*aliquis*) proprium. Confirmanti vero (*videndum eſt*), an non dicatur multis modis id, cuius proprium ille ponit, ſed ſit unum & ſimplex; erit enim bene quoad hoc poſitum proprium. Velut, ſi homo dicitur ſimpliciter, fuerit bene poſitum de homine animal naturâ man-

ἥμερον Φύσει. 7 Ἔπειτα ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ πλεονάκις εἴρηται τὸ αὐτὸ ἐν τῷ ἰδίῳ. πολλάκις γὰρ λανθάνουσι τοῦτο ποιοῦντες καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ὅροις. οὐκ ἔσται [δὲ] καλῶς κείμενον τὸ τοῦτο πεπονθὸς ἴδιον· ταράττει γὰρ τὸν ἀκούοντα τὸ πλεονάκις λεχθέν. ἀσαφὲς οὖν ἀναγκαῖόν ἐστι γίνεσθαι· καὶ πρὸς τούτοις ἀδολεσχεῖν δοκοῦσιν. ἔσται δὲ συμπίπτον τὸ πλεονάκις εἰπεῖν τὸ αὐτὸ κατὰ δύο τρόπους· καθ' ἕνα μὲν, ὅταν ὀνομάσῃ πλεονάκις τὸ αὐτό· καθάπερ, εἴ τις ἀποδοίη ἴδιον πυρὸς σῶμα τὸ λεπτότατον τῶν σωμάτων· οὗτος γὰρ πλεονάκις εἴρηκε τὸ σῶμα. δεύτερον δὲ, ἐάν τις μεταλαμβάνῃ τοὺς λόγους ἀντὶ τῶν ὀνομάτων· καθάπερ, εἴ τις ἀποδοίη γῆς ἴδιον, οὐσία ἡ μάλιστα κατὰ Φύσιν φερομένη τῶν σωμάτων εἰς τὸν κάτω τόπον· ἔπειτα μεταλαμβάνοι ἀντὶ τῶν σωμάτων τὸ οὐσιῶν τοιωνδί. ἓν γὰρ καὶ ταὐ- Loc. 208.

suetum. 7 Deinde, refellenti quidem (*videndum est*), an saepius dictum sit idem in proprio. Saepe enim fallimur hoc facto etiam in propriis, quemadmodum & in definitionibus. Non erit [autem] bene positum proprium, cui hoc accidit; turbat enim audientem (*idem*) saepius dictum. Obscurum igitur necesse est fieri propositum; & insuper nugari videntur (*proponentes*). Accidet autem duobus modis, ut idem saepius dicamus; uno quidem, si quis idem saepius nominaverit; quemadmodum, si quis tradiderit proprium ignis corpus tenuissimum corporum; nam hic saepius dixit corpus. Altero vero, si quis accipiat definitiones pro nominibus; quemadmodum, si quis tradiderit terrae proprium, (*quod ea sit*) substantia, quae secundum naturam suam maxime inter corpora deorsum feratur; deinde sumat pro corporibus substantias huiuscemodi. Unum enim & idem est cor-

τόν ἐστι σῶμα καὶ οὐσία τοιαδί. ἔσται γὰρ οὕτω τὸ οὐσία πλεονάκις εἰρηκός. ὥστ' οὐδέτερον καλῶς ἂν εἴη κείμενον τῶν ἰδίων. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μηδενὶ χρῆται πλεονάκις ὀνόματι τῷ αὐτῷ· ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς ἀποδεδομένον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἴπας ἀνθρώπου ἴδιον ζῶον ἐπιστήμης δεκτικὸν οὐ κέχρηται τῷ αὐτῷ πολλάκις ὀνόματι· εἴη ἂν κατὰ τοῦτο καλῶς
Loc. 209. ἀποδεδομένον τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἴδιον. 8 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τοιοῦτόν τι ἀποδέδωκεν ἐν τῷ ἰδίῳ ὄνομα, ὃ πᾶσιν ὑπάρχει· ἀχρεῖον γὰρ ἔσται τὸ μὴ χωρίζον ἀπό τινων. τὸ δ' ἐν τοῖς ἰδίοις λεγόμενον χωρίζειν δεῖ, καθάπερ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὅροις· οὐκ οὖν ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ἐπιστήμης ἴδιον ὑπόληψιν ἀμετάπειστον ὑπὸ λόγου, ἓν ὄν, τοιούτῳ τινὶ κέχρηται ἐν τῷ ἰδίῳ, τῷ ἑνὶ, ὃ πᾶσιν ὑπάρ-

pus & ſubſtantia huiuſcemodi. Nam erit ſic τὸ ſubſtantia ſaepius dictum. Quare neutrum propriorum bene fuerit poſitum. Confirmanti vero (*videndum eſt*), an nullo eodem nomine ſaepius utatur; erit enim quoad hoc bene propoſitum proprium. Velut, quia dicens hominis proprium animal ſcientiae capax non uſus eſt eodem ſaepius nomine; fuerit quoad hoc bene propoſitum hominis proprium. 8 Deinde, refellenti quidem (*videndum eſt*), an tale poſuerit in proprio (*adverſarius*) nomen, quod omnibus inſit; inutile enim erit, quod a nullis (*rebus*) ſeparat. Quod autem in propriis dicitur, id ſeparare (*proprium ab aliis*) oportet, quemadmodum etiam quae in definitionibus (*dicuntur*); ergo non bene erit poſitum proprium. Velut, ſi ponens ſcientiae proprium opinionem a ratione immutabilem, cum (*illa*) una ſit, tali quodam in proprio uſus eſt, ut uno, quod tamen

χει· οὐκ ἂν εἴη καλῶς κείμενον τὸ τῆς ἐπιστήμης ἴδιον. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μηδενὶ κέχρηται κοινῷ, ἀλλ' ἀπό τινος χωρίζοντι· ἔσται γὰρ καλῶς κείμενον κατὰ τοῦτο τὸ ἴδιον. [οἷον, ἐπεὶ ὁ εἰπὰς ζῴου ἴδιον τὸ ψυχὴν ἔχειν οὐδενὶ κέχρηται κοινῷ· εἴη ἂν κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον] ζῴου [ἴδιον], τὸ ψυχὴν ἔχειν. 9 Ἔπειτα, Loc. 210.
ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ πλείω ἴδια ἀποδίδωσι τοῦ αὐτοῦ, μὴ διορίσας, ὅτι πλείω τίθησιν· οὐ γὰρ καλῶς ἔσται κείμενον τὸ ἴδιον. καθάπερ γὰρ οὐδ' ἐν τοῖς ὅροις δεῖ παρὰ τὸν δηλοῦντα λόγον τὴν οὐσίαν προσκεῖσθαί τι πλέον· οὕτως οὐδ' ἐν τοῖς ἰδίοις παρὰ τὸν ποιοῦντα λόγον ἴδιον τὸ ῥηθὲν οὐδὲν προσαποδοτέον· ἀχρεῖον γὰρ γίνεται τὸ τοιοῦτον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἰπὼν ἴδιον πυρὸς σῶμα τὸ λεπτότατον καὶ κουφότατον πλείω ἀποδέδωκεν ἴδια· ἑκάτερον γὰρ κατὰ μόνου τοῦ πυρὸς ἀληθές ἐστιν

omnibus ineſt; non fuerit bene poſitum ſcientiae proprium. Confirmanti vero (*videndum eſt*), an nullo uſus ſit communi (*verbo*), ſed eo, quod ab aliqua re ſeparet; erit enim tum bene poſitum quoad hoc proprium. [Velut, ſi dicens, animalis proprium (*eſſe*) animam habere, nullo uſus eſt communi (*verbo*); fuerit quoad hoc bene poſitum] animalis [proprium], habere animam. 9 Deinde, refellenti quidem (*videndum eſt*), an plura (*aliquis*) propria tradiderit eiuſdem, cum non definiiſſet, ſe plura ponere; non enim bene poſitum erit proprium. Nam quemadmodum neque in definitionibus oportet nos praeter orationem ſubſtantiam declarantem aliquid amplius addere; ſic neque in propriis praeter orationem, qua dictum proprium efficitur, aliquid adiungendum eſt; inutile enim tale fit. Velut, ſi dicens ignis proprium corpus tenuiſſimum & leviſſimum plura propria tradidit; utrumque enim de ſolo igne vere dici-

εἰπεῖν· οὐκ ἂν εἴη καλῶς κείμενον ἴδιον πυρὸς σῶμα τὸ λεπτότατον καὶ κουφότατον. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μὴ πλείω τοῦ αὐτοῦ ἰδια ἀποδέδωκεν, ἀλλ' ἕν. ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἰπὼν ὑγροῦ ἴδιον σῶμα τὸ εἰς ἅπαν σχῆμα ἀγόμενον ἓν ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, ἀλλ' οὐ πλείω· εἴη ἂν κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ τοῦ ὑγροῦ ἴδιον.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΑΛΛΩΝ.

Cap. II edd. Sylb. & Casaub. Loc. 211.

Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ αὐτῷ προσκέχρηται, οὗ τὸ ἴδιον ἀποδίδωσιν, ἢ τῶν αὐτοῦ τινι. οὐ γὰρ ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον· τοῦ γὰρ μαθεῖν χάριν ἀποδίδοται τὸ ἴδιον. αὐτὸ μὲν οὖν αὐτῷ ὁμοίως ἄγνωστόν ἐστι· τὸ δὲ τινὶ τῶν αὐτοῦ ὕστερον, οὐκ οὖν ἐστι γνωριμώτερον. ὥστ' οὐ γίνεται διὰ τούτων μᾶλλόν τι

tur; non fuerit bene positum proprium ignis corpus tenuissimum & levissimum. Confirmanti vero (*videndum est*), an non plura eiusdem propria tradiderit, sed unum. Nam erit quoad hoc bene positum proprium. Velut, si dicens humidi proprium esse corpus omni formae idoneum unum tradidit proprium, sed non plura; fuerit quoad hoc bene positum humidi proprium.

CAP. III.

De aliis locis.

Praeterea, refellentem quidem (*considerare oportet*), an eo usus sit (*proponens*), cuius proprium tradit, an eorum aliquo, quae illi subiecta sunt. Nam non erit bene positum proprium; discendi enim causa traditur proprium. Etenim idem aeque est ignotum atque ipsummet; quod autem alicui (*tributum est*), quoniam eo est posterius, non est notius. Quare non licet per haec ma-

μαθεῖν· οἷον, ἐπεὶ ὁ εἰπὼν ζώου ἴδιον οὐσίαν, ἧς ἐστιν εἶδος ἄνθρωπος, τινὶ προσκέχρηται τῶν τοῦ ζώου· οὐκ ἂν εἴη καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. κατασκευάζοντα δε, εἰ μήτε αὐτῷ, μήτε τῶν αὐτοῦ μηδενὶ χρῆται. ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ζώου ἴδιον τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συγκείμενον, οὔτε αὐτῷ, οὔτε τῶν αὐτοῦ οὐδενὶ κέχρηται· εἴη ἂν καλῶς κατὰ τοῦτο ἀποδεδομένον τὸ τοῦ ζώου ἴδιον.

2 Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων σκεπτέον Loc. 212.
ἐστὶ τῶν μὴ ποιούντων [ἢ ποιούντων] γνωριμώτερον· ἀνασκευάζοντα μὲν, εἴ τινι προσκέχρηται ἢ ἀντικειμένῳ, ἢ ὅλως ἅμα τῇ φύσει, ἢ ὑστέρῳ τινί. οὐ γὰρ ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. τὸ μὲν γὰρ ἀντικείμενον ἅμα τῇ φύσει· τὸ δ' ἅμα τῇ φύσει καὶ τὸ ὕστερον οὐ ποιεῖ γνωριμώτερον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἰπὰς ἀγαθοῦ ἴδιον,

gis aliquid discere; velut, si dicens animalis proprium substantiam, cuius est species homo, usus est aliquo eorum, quae animali subiecta sunt; non fuerit bene positum proprium. Confirmanti vero (*videndum est*), an neque ipso (*cuius proprium explicatur*), neque aliquo eorum, quae ei subiecta sunt, utatur. Erit enim quoad hoc bene positum proprium. Velut, si ponens animalis proprium ex anima & corpore constare, neque ipso, neque eorum aliquo, quae ei subiecta sunt, usus est; bene fuerit quoad hoc propositum animalis proprium. 2 Eodem vero modo etiam in aliis considerandum est, quae non faciunt [aut faciunt] notius; refellenti quidem, an aliquo usus sit vel opposito, vel omnino quod est simul naturâ, vel posteriori aliquo. Non enim erit bene positum proprium. Nam oppositum quidem est simul naturâ; quod autem simul naturâ est & posterius non facit notius. Velut, si dicens boni proprium (*esse*),

ὁ κακῷ μάλιστα ἀντίκειται, τῷ ἀντικειμένῳ προσκέχρηται τοῦ ἀγαθοῦ· οὐκ ἂν εἴη τοῦ ἀγαθοῦ καλῶς ἀποδεδομένον τὸ ἴδιον. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μηδενὶ προσκέχρηται μήτ' ἀντικειμένῳ, μήτε ὅλως ἅμα τῇ Φύσει, μήθ' ὑστέρῳ· ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς ἀποδεδομένον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ἐπιστήμης ἴδιον ὑπόληψιν τὴν πιστοτάτην, οὐδενὶ προσκέχρηται οὔτε τῷ ἀντικειμένῳ, οὔτε ὅλως ἅμα τῇ Φύσει, οὔθ' ὑστέρῳ· εἴη ἂν κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ τῆς ἐπιστήμης
Loc. 213. ἴδιον. 3 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τὸ μὴ ἀεὶ παρεπόμενον ἴδιον ἀποδέδωκεν, ἀλλὰ τοῦτο, ὃ γίνεταί ποτε μὴ ἴδιον· οὐ γὰρ ἔσται καλῶς εἰρημένον τὸ ἴδιον. οὔτε γὰρ, ἐΦ' ᾧ καταλαμβάνομεν ὑπάρχον αὐτὸ, κατὰ τούτου καὶ τοὔνομα ἐξ ἀνάγκης ἀληθεύεται· οὔτε, ἐΦ' ᾧ καταλαμβάνεται μὴ ὑπάρχον, κατὰ τούτου ἐξ ἀνάγκης οὐ ῥηθήσεται τοὔνομα. ὥστ' οὐκ ἂν εἴη

quod malo maxime oppositum sit, utitur opposito boni; non fuerit bene explicatum boni proprium. Confirmanti autem (*videndum est*), an nullo usus sit neque opposito, neque omnino quod simul naturâ sit, neque posteriori; nam erit quoad hoc bene propositum proprium. Velut, si ponens scientiae proprium opinionem maxime fidem facientem, nullo usus est neque opposito, neque omnino quod simul sit naturâ, neque posteriori; recte quoad hoc positum fuerit scientiae proprium. 3 Deinde, refellenti quidem (*videndum est*), an id, quod non semper est consequens, proprium tradiderit, sed id, quod fit interdum non proprium; non enim erit recte dictum proprium. Nam neque, in quo intelligimus ipsum inesse, de eo etiam nomen necessario vere dicitur; neque, in quo intelligitur non inesse, de eo necessario non dicetur nomen. Quare non fuerit recte positum pro-

καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις οὔθ', ὅτε ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, ἔσται φανερὸν, εἰ ὑπάρχει· εἴπερ τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον, ἀπολείπειν. οὐκ οὖν ἔσται σαφὲς τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ζώου ἴδιον τὸ κινεῖσθαί ποτε, ἢ ἑστᾶναι, τοιοῦτον ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, ὃ γίνεταί ποτε μὴ ἴδιον· οὐκ ἂν εἴη καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ τὸ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ ὂν ἴδιον ἀποδέδωκεν· ἔσται γὰρ καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον κατὰ τοῦτο. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ἀρετῆς ἴδιον, ὃ τὸν ἔχοντα ποιεῖ σπουδαῖον, τὸ ἀεὶ παρεπόμενον ἴδιον ἀποδέδωκεν· εἰ γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς ἀποδεδομένον τὸ τῆς ἀρετῆς ἴδιον. 4 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τὸ νῦν ἴδιον ἀποδιδοὺς Loc. 214.
μὴ διωρίσατο, ὅτι τὸ νῦν ἴδιον ἀποδίδωσιν· οὐ γὰρ ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ παρὰ τὸ ἔθος γινόμενον ἅπαν διορισμοῦ προσδεῖται· εἰώθασι δ'

prium. Praeterea nec, quando proprium tradidit, manifeſtum erit, an inſit; ſiquidem tale eſt, ut abeſſe poſſit. Ergo non erit perſpicuum proprium. Velut, ſi ponens, animalis proprium eſſe τὸ moveri interdum vel ſtare, tale proprium tradidit, quod fit interdum non proprium; non fuerit recte poſitum proprium. Confirmanti autem (*videndum eſt*), an id, quod neceſſario ſemper eſt, proprium tradiderit; erit enim recte poſitum proprium quoad hoc. Velut, ſi ponens virtutis proprium, ut faciat ea honeſtum eum, in quo inſit, id quod ſemper eſt conſequens proprium tradidit; fuerit quoad hoc recte propoſitum virtutis proprium. 4 Deinde refellenti quidem (*videndum eſt*), an (*aliquis*) quod nunc proprium eſt tradens, non definierit, ſe id, quod nunc proprium eſt, tradere; non enim erit recte poſitum proprium. Nam primum quidem omne id, quod praeter morem fit, declaratione indiget; ſolent autem utplurimum omnes id,

ὡς ἐπιτοπολὺ πάντες τὸ ἀεὶ παρακολουθοῦν ἴδιον ἀποδιδόναι. δεύτερον δὲ ἄδηλός ἐστιν ὁ μὴ διορισάμενος, εἰ τὸ νῦν ἴδιον ἐβούλετο θεῖναι. οὐκ οὖν δοτέον ἐστὶν ἐπιτιμήσεως σκῆψιν. οἷον, ἐπεὶ ὁ θέμενος τοῦ τινὸς ἀνθρώπου ἴδιον τὸ καθῆσθαι μετά τινος ἀνθρώπου τὸ νῦν ἴδιον τίθησιν· οὐκ ἂν εἴη καλῶς τὸ ἴδιον ἀποδεδωκὼς, εἴπερ μὴ διορισάμενος εἶπεν, ὅτι νῦν. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ τὸ νῦν ἴδιον ἀποδιδοὺς διορισάμενος ἔθηκεν, ὅτι τὸ νῦν ἴδιον τίθησιν· ἔσται γὰρ καλῶς κείμενον κατὰ τοῦτο τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἴπας τινὸς ἀνθρώπου ἴδιον τὸ περιπατεῖν νῦν [που] διαστειλάμενος ἔθηκε τοῦτο· καλῶς
Loc. 215. ἂν εἴη κείμενον τὸ ἴδιον. 5 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τοιοῦτον ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, ὃ φανερὸν μή ἐστιν ἄλλως ὑπάρχον, ἢ αἰσθήσει. οὐ γὰρ ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. ἅπαν γὰρ τὸ αἰσθητὸν ἔξω γινόμε-

quod ſemper conſequens eſt, proprium tradere. Deinde vero incertum eſt, an is, qui non declaravit id, quod nunc proprium eſt, ponere voluerit. Non igitur danda eſt reprehenſionis cauſa. Velut, ſi ponens cuiuſdam hominis proprium τὸ ſedere cum aliquo homine id, quod nunc proprium eſt, ponit; non recte proprium tradidit, niſi declaraverit, ſe tradere, quod nunc (*eſt proprium*). Confirmanti vero (*videndum eſt*), an tradens quod nunc proprium eſt ſimul definiens tradiderit, ſe id, quod nunc proprium eſt, ponere; erit enim recte poſitum quoad hoc proprium. Velut, ſi dicens cuiuſdam hominis proprium τὸ deambulare nunc (*aliquo in loco*) diſtinctione uſus hoc poſuit; recte fuerit poſitum proprium. 5 Deinde, refellenti quidem (*videndum eſt*), an tale (*aliquis*) tradidit proprium, quod non aliter manifeſtum fit ineſſe, niſi ſenſu. Non enim erit bene poſitum proprium. Omne enim ſenſibile extra ſenſum con-

νον τῆς αἰσθήσεως ἄδηλον γίνεται· ἀφανὲς γάρ ἐστιν, εἰ ἔτι ὑπάρχει, διὰ τὸ τῇ αἰσθήσει μόνον γνωρίζεσθαι. ἔσται δ' ἀληθὲς τοῦτο ἐπὶ τῶν μὴ ἐξ ἀνάγκης [ἀεὶ] παρακολουθούντων. οἷον, ἐπεὶ ὁ θέμενος ἡλίου ἴδιον ἄστρον [τὸ] φερόμενον ὑπὲρ γῆς τὸ λαμπρότατον τοιούτῳ κέχρηται ἐν τῷ ἰδίῳ, τῷ ὑπὲρ γῆς φέρεσθαι, ὃ τῇ αἰσθήσει γνωρίζεται· οὐκ ἂν εἴη καλῶς τὸ τοῦ ἡλίου ἀποδεδομένον ἴδιον· ἄδηλον γὰρ ἔσται, ὅταν δύῃ ὁ ἥλιος, εἰ φέρεται ὑπὲρ γῆς, διὰ τὸ τὴν αἴσθησιν τότε ἀπολείπειν ἡμᾶς. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ τοιοῦτον ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, ὃ μὴ τῇ αἰσθήσει φανερόν ἐστιν· ἢ ὃ, αἰσθητὸν ὄν, ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχον δῆλόν ἐστιν· ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θέμενος ἐπιφανείας ἴδιον, ὃ πρῶτον κέχρωσται, αἰσθητῷ μέν τινι προσκέχρηται, τῷ κεχρῶσθαι· τοιούτῳ δὲ, ὃ φανερόν ἐστιν ὑπάρχον ἀεί· εἴη ἂν κατὰ τοῦτο καλῶς

ſtitutum ſit incertum; nam non perſpicuum eſt, an adhuc inſit, propterea quod ſenſu tantum cognoſcatur. Erit autem verum hoc in iis, quae non neceſſario [ſemper] conſequuntur. Velut, ſi ponens ſolis proprium aſtrum, quod ſupra terram fertur, ſplendidiſſimum, tali uſus eſt in proprio (*explicando*), τῷ ferri ſupra terram, quod ſenſu cognoſcitur; non fuerit recte ſolis propoſitum proprium; nam incertum erit, cum ſol occiderit, an feratur ſupra terram, quia tunc ſenſus nos deficit. Confirmanti vero (*videndum eſt*), an tale tradiderit proprium, quod non ſenſu manifeſtum eſt; aut quod, cum ſenſibile ſit, neceſſario ineſſe manifeſtum eſt; nam erit quoad hoc recte poſitum proprium. Velut, ſi ponens ſuperficiei proprium, quod primum colore inficitur, ſenſibili quidem aliquo uſus eſt, τῷ colore infici; tali vero, quod manifeſtum eſt ſemper ineſſe; fuerit quoad

Loc. 216. ἀποδεδομένον τὸ τῆς ἐπιφανείας ἴδιον. 6 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τὸν ὅρον ὡς ἴδιον ἀποδέδωκεν. οὐ γὰρ ἔσται καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον· οὐ γὰρ δεῖ δηλοῦν τὸ τί ἦν εἶναι τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἴπας ἀνθρώπου ἴδιον ζῶον πεζὸν δίπουν, τὸ τί ἦν εἶναι σημαῖνον, ἀποδέδωκε τοῦ ἀνθρώπου ἴδιον· οὐκ ἂν εἴη τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἴδιον καλῶς ἀποδεδομένον. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ ἀντικατηγορούμενον μὲν ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, μὴ τὸ τί ἦν εἶναι δὲ δηλοῦν. ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς ἀποδεδομένον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ἀνθρώπου ἴδιον τὸ ζῶον ἥμερον φύσει, ἀντικατηγορούμενον μὲν ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον, οὐ τὸ τί ἦν εἶναι δὲ δηλοῦν· εἴη ἂν κατὰ τοῦτο καλῶς ἀπο-

Loc. 217. δεδομένον τὸ ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου. 7 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ μὴ εἰς τὸ τί ἐστιν ὁ θεὶς ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον. δεῖ γὰρ τῶν ἰδίων, καθάπερ τῶν ὅρων, τὸ πρῶτον ἀπο-

hoc recte propositum superficiei proprium. 6 Deinde, refellenti (*videndum est*), an (*aliquis*) definitionem ut proprium tradiderit. Non enim erit recte positum proprium; quandoquidem non debet proprium rei naturam declarare. Velut, si dicens hominis proprium animal pedestre bipes, quid sit, indicans, tradidit hominis proprium; non fuerit hominis proprium recte propositum. Confirmanti vero (*videndum est*), an tradiderit proprium, quod reciprocatur quidem, at non, quid res sit, indicat. Erit enim quoad hoc bene propositum proprium. Velut, si ponens hominis proprium animal natura manſuetum, tradidit quidem proprium, quod reciprocatur; nec tamen, quid sit, indicat; fuerit quoad hoc recte propositum hominis proprium. 7 Deinde, refellenti quidem (*videndum est*), an proponens non explicaverit proprium ratione eius quid sit. Oportet enim, ut in definitionibus, sic in propriis, primum genus ex-

δίδοσθαι γένος, ἔπειθ' οὕτως ἤδη προσάπτεσθαι τὰ λοιπὰ, καὶ χωρίζειν. ὥστε τὸ μὴ τοῦτον τὸν τρόπον κείμενον ἴδιον οὐκ ἂν εἴη καλῶς ἀποδεδομένον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἰπας [τοῦ] ζώου ἴδιον τὸ ψυχὴν ἔχειν οὐκ ἔθηκεν εἰς τὸ τί ἐστι τὸ ζῶον· οὐκ ἂν εἴη καλῶς κείμενον τὸ τοῦ ζώου ἴδιον. κατασκευάζοντα δε, εἴ τις εἰς τὸ τί ἐστι θεὶς, οὗ τὸ ἴδιον ἀποδίδωσι, τὰ λοιπὰ προσάπτει. ἔσται γὰρ κατὰ τοῦτο καλῶς ἀποδεδομένον τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ θεὶς ἀνθρώπου ἴδιον τὸ ζῶον ἐπιστήμης δεκτικὸν εἰς τὸ τί ἐστι θεὶς ἀπέδωκε τὸ ἴδιον· εἴη ἂν κατὰ τοῦτο καλῶς κείμενον τὸ ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου. πότερον μὲν οὖν καλῶς, ἢ οὐ καλῶς, ἀποδέδοται τὸ ἴδιον, διὰ τῶνδε σκεπτέον.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΡΟΒΛΗΜΑ, ΠΟΤΕΡΟΝ ΕΣΤΙΝ ΙΔΙΟΝ, Η ΟΥΚ ΕΣΤΙΝ.

Cap. III edd. Sylb. & Caſaub.

Πότερον δ' ἴδιόν ἐστιν ὅλως τὸ εἰρημένον, ἢ οὐκ ἴδιον,

primi, deinde iam hoc pacto cetera adiungenda ſunt, atque ſeparanda. Quare proprium non iſto modo poſitum non fuerit recte explicatum. Velut, ſi dicens animalis proprium animam habere non poſuit ratione eius quid ſit animal; non recte fuerit propoſitum animalis proprium. Confirmantem autem (*conſiderare oportet*), an ponens illud ratione eius quid ſit, cuius proprium explicat, reliqua adiungat. Nam erit quoad hoc recte propoſitum proprium. Velut, ſi ponens hominis proprium animal ſcientiae capax ratione eius quid ſit ponens declaravit proprium; fuerit quoad hoc recte propoſitum hominis proprium. Utrum igitur recte, an non recte, traditum ſit proprium, ex his conſiderandum eſt.

CAP. IV.

De locis ad problema, an ſit proprium, necne.

Utrum autem id, quod dictum eſt, proprium ſit omni-

ἐκ τῶνδε θεωρητέον. οἱ γὰρ ἁπλῶς κατασκευάζοντες τὸ ἴδιον, ὅτι καλῶς κεῖται, τόποι οἱ αὐτοὶ ἔσονται τοῖς τὸ ἴδιον ὅλως ποιοῦσιν· ἐν ἐκείνοις οὖν ῥηθήσονται. 2 Loc. 218. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνασκευάζοντα ἐπιβλέπειν ἑφ' ἕκαστον, οὗ τὸ ἴδιον ἀποδέδωκεν. οἷον, εἰ μηδενὶ ὑπάρχει, ἢ εἰ μὴ κατὰ τοῦτο ἀληθεύεται, ἢ εἰ μή ἐστιν ἴδιον ἑκάστου αὐτῶν κατ' ἐκεῖνο, οὗ τὸ ἴδιον ἀποδέδωκεν· οὐ γὰρ ἔσται ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ κατὰ τοῦ γεωμετρικοῦ οὐκ ἀληθεύεται τὸ ἀνεξαπάτητον εἶναι ὑπὸ λόγου· ἀπατᾶται γὰρ ὁ γεωμετρικὸς ἐν τῷ ψευδογραφεῖσθαι· οὐκ ἂν εἴη τοῦτο ἐπιστήμονος ἴδιον τὸ μὴ ἀπατᾶσθαι ὑπὸ λόγου. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ κατὰ παντὸς ἀληθεύεται, καὶ κατὰ τοῦτ' ἀληθεύεται· ἔσται γὰρ ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ τὸ ζῷον ἐπιστήμης δεκτικὸν κατὰ παντὸς ἀνθρώπου ἀλη-

no, an non proprium, ex hiſce conſiderandum eſt. Nam cum ſimpliciter confirmantibus, proprium recte poſitum eſſe, loci iidem erunt proprium omnino efficientes; proinde in illis dicentur. 2 Primum igitur refellenti (*problema*) reſpiciendum eſt ad ſingula (*eius*), cuius proprium (*aliquis*) explicavit. Veluti, an nulli inſit, aut an non ratione huius vere dicatur, aut an non ſit proprium cuique eorum ratione eius, cuius proprium explicavit; non enim erit proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Velut, ſi de geometrico non vere dicitur, eum ratione falli non poſſe; fallitur enim geometricus falſa deſcriptione uſus; non fuerit hoc ſcientis proprium, non falli ratione. Confirmanti vero (*videndum eſt*), an de omni vere dicatur, & de hoc vere dicatur; erit enim proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Velut, ſi animal ſcientiae capax de omni ho-

θεύεται, καὶ ἡ ἄνθρωπος· εἴη ἂν ἀνθρώπου ἴδιον τὸ ζῷον ἐπιστήμης δεκτικόν. ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος ἀνασκευάζοντι μέν, εἰ μὴ καθ' οὗ τοὔνομα, καὶ ὁ λόγος ἀληθεύεται· καὶ εἰ μὴ καθ' οὗ ὁ λόγος, καὶ τοὔνομα. κατασκευάζοντι δὲ, εἰ καθ' οὗ τοὔνομα, καὶ ὁ λόγος [ἀληθεύεται]· καὶ εἰ καθ' οὗ ὁ λόγος, καὶ τοὔνομα κατηγορεῖται. 3 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ μὴ καθ' οὗ ὁ λόγος, καὶ τοὔνομα [ἀληθεύεται]· καὶ εἰ μὴ καθ' οὗ τοὔνομα, καὶ ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἔσται ἴδιον τὸ κείμενον ἴδιον εἶναι. οἷον, ἐπεὶ τὸ μὲν ζῷον ἐπιστήμης δεκτικὸν ἀληθεύεται κατὰ [τοῦ] θεοῦ, ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐ κατηγορεῖται· οὐκ ἂν εἴη τοῦ ἀνθρώπου ἴδιον [τὸ] ζῷον ἐπιστήμης δεκτικόν. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ καθ' οὗ ὁ λόγος, καὶ τοὔνομα κατηγορεῖται· καὶ καθ' οὗ τοὔνομα, καὶ ὁ λόγος [κατηγορεῖται]. ἔσται γὰρ ἴδιον Loc. 219.

mine vere dicitur, & quatenus homo est; fuerit hominis proprium animal scientiae capax. Est autem huius loci utilitas refellenti quidem, si, de quo nomen, non etiam oratio vere dicitur; & si, de quo oratio, non etiam nomen. Confirmanti autem, si, de quo nomen, etiam oratio [vere dicitur]; & si, de quo oratio, etiam nomen praedicatur. 3 Deinde, refellentem quidem (*videre oportet*), si non, de quo oratio, etiam nomen [vere dicitur]; & si, de quo nomen, non etiam oratio. Non enim erit proprium id, quod positum est proprium esse. Velut, si animal quidem scientiae capax vere dicitur de Deo, homo autem (*de Deo*) non praedicatur; non fuerit hominis proprium animal scientiae capax. Confirmanti autem (*videndum est*), si (*de eo*), de quo oratio, etiam nomen praedicatur; & de quo nomen, etiam oratio [praedicatur]. Erit enim proprium id, quod

τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ καθ' οὗ τὸ ψυχὴν ἔχειν, τὸ ζῶον ἀληθεύεται· καὶ καθ' οὗ τὸ ζῶον, τὸ ψυχὴν ἔχειν· εἴη ἂν τὸ ψυχὴν ἔχειν τοῦ ζώου ἴδιον. 4
Loc. 220. Ἔπειτ', ἀνασκευάζοντα μέν, εἰ τὸ ὑποκείμενον ἴδιον ἀποδέδωκε τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ λεγομένου. οὐ γὰρ ἔσται ἴδιον τὸ κείμενον ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ ἀποδιδοὺς ἴδιον τοῦ λεπτομερεστάτου σώματος τὸ πῦρ, τὸ ὑποκείμενον ἀποδέδωκε τοῦ κατηγορουμένου ἴδιον· οὐκ ἂν εἴη τὸ πῦρ σώματος τοῦ λεπτομερεστάτου ἴδιον. διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἔσται τὸ ὑποκείμενον τοῦ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ [λεγομένου] ἴδιον, διότι τὸ αὐτὸ πλειόνων ἔσται καὶ διαφόρων τῷ εἴδει ἴδιον. τῷ γὰρ αὐτῷ πλείω τινὰ διάφορα τῷ εἴδει ὑπάρχει κατὰ μόνου λεγόμενα, ὧν ἔσται πάντων ἴδιον τὸ ὑποκείμενον, ἐάν τις οὕτω τιθῆται τὸ ἴδιον. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ τὸ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἀπέδωκεν ἴδιον

positum est esse proprium. Velut, si, quod (*dicitur*) animam habere, (*de eo*) animal vere dicitur; & de quo animal, (*de eo*) animam habere; fuerit τὸ animam habere animalis proprium. 4 Deinde, refellentem quidem (*considerare oportet*), an subiectum (*ut*) proprium (*eius*), quod in subiecto inesse dicitur, aliquis tradiderit. Nam non erit proprium id, quod positum est proprium. Velut, si quis declarat, proprium corporis subtilissimis partibus constantis ignem esse, subiectum declaravit praedicati proprium; ergo non fuerit ignis corporis subtilissimis partibus constantis proprium. Propterea autem non erit subiectum eius, quod in subiecto dicitur proprium, quia idem proprium erit plurium & specie differentium. Nam eidem plura quaedam specie differentia insunt, quae de eo solo dicuntur, quorum erit omnium proprium subiectum, si quis ita posuerit proprium. Confirmantem vero (*considerare oportet*), an id, quod in sub-

τοῦ ὑποκειμένου. ἔσται γὰρ ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον, ἐάνπερ κατὰ μόνου κατηγορῆται, οὗ εἴρηται τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἶπας γῆς ἴδιον σῶμα τὸ βαρύτατον τῷ εἴδει τοῦ ὑποκειμένου ἀπέδωκε τὸ ἴδιον κατὰ μόνου λεγόμενον τοῦ πράγματος, καὶ ὡς τὸ ἴδιον κατηγορεῖται· εἴη ἂν τὸ τῆς γῆς ἴδιον ὀρθῶς κείμενον. 5 Ἔπειτα, Loc. 221.
ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ κατὰ μέθεξιν ἀποδέδωκε τὸ ἴδιον· οὐ γὰρ ἔσται ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. τὸ γὰρ κατὰ μέθεξιν ὑπάρχον εἰς τὸ τί ἦν εἶναι συμβάλλεται· εἴη δ' ἂν τὸ τοιοῦτον διαφορά τις κατά τινος εἴδους λεγομένη. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἶπας ἀνθρώπου ἴδιον τὸ πεζὸν δίπουν κατὰ μέθεξιν ἀπέδωκε τὸ ἴδιον· οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπου ἴδιον τὸ πεζὸν δίπουν. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ μὴ κατὰ μέθεξιν ἀπέδωκε τὸ ἴδιον, μήτε τὸ τί ἦν εἶναι δη-

iecto eſt, ut proprium ſubiecti tradiderit. Erit enim proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium, ſi quidem de eo ſolo praedicatur, cuius proprium dictum eſt. Velut, ſi quis dixerit, terrae proprium eſſe corpus ſpecie graviſſimum, declaravit is ſubiecti proprium, quod de ſola re dicitur, & ut proprium praedicatur; ergo fuerit terrae proprium recte propoſitum. 5 Deinde, refellenti quidem (*videndum eſt*), an ſecundum participationem (*aliquis*) tradiderit proprium; non enim erit proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Nam quod ſecundum participationem ineſt, ad eſſentiam rei pertinet; eſſet autem tale differentia quaedam de aliqua ſpecie dicta. Velut, ſi quis dicens, hominis proprium eſſe pedeſtre bipes, ſecundum participationem proprium tradidit; non fuerit hominis proprium pedeſtre bipes. Confirmanti vero (*videndum eſt*), an non ſecundum participationem proprium tradiderit, nec (*per id*), quod rei

λοῦν, ἀντικατηγορουμένου τοῦ πράγματος· ἔσται γὰρ ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. [οἷον,] ἐπεὶ ὁ θεὶς ζώου ἴδιον τὸ αἰσθάνεσθαι πεφυκὸς οὔτε κατὰ μέθεξιν ἀπέδωκεν ἴδιον, οὔτε τὸ τί ἦν εἶναι δηλοῦν, ἀντικατηγορουμένου τοῦ πράγματος, εἴη ἂν ζώου ἴδιον τὸ αἰσθάνε-
Loc. 222. σθαι πεφυκός. 6 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ μὴ ἐνδέχεται ἅμα ὑπάρχειν τὸ ἴδιον, ἀλλ' ἢ ὕστερον, ἢ πρότερον, ἢ οὗ τοὔνομα. οὐ γὰρ ἔσται ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον, ἢ οὐδέποτε, ἢ οὐκ ἀεί. οἷον, ἐπεὶ ἐνδέχεται καὶ πρότερόν τινι ὑπάρξαι καὶ ὕστερον τὸ βαδίζειν διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἢ τὸν ἄνθρωπον· οὐκ ἂν εἴη τὸ βαδίζειν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἴδιον ἀνθρώπου ἢ οὐδέποτε, ἢ οὐκ ἀεί. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ ἅμα ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ ὑπάρχει μήτε ὅρος ὤν, μήτε διαφορά. ἔσται γὰρ ἴδιον τὸ κεί-

essentiam declarat, cum res ipsi vicissim attribuatur; erit enim proprium id, quod positum est esse proprium. [Velut], si ponens animalis proprium naturalem facultatem habere sentiendi neque secundum participationem proprium declaravit, neque per id, quod rei essentiam declarat, cum res ipsi vicissim attribuatur, fuerit animalis proprium naturalem habere sentiendi facultatem. 6 Deinde, refellenti quidem (*videndum est*), an non contingat simul inesse proprium, sed vel posterius, vel prius sit, eo, cuius est nomen. Etenim erit proprium id, quod positum est esse proprium, aut nunquam, aut non semper. Velut, si contingit & prius alicui inesse & posterius τὸ deambulare in foro, quam τὸ hominem esse; fuerit τὸ deambulare in foro aut nunquam proprium hominis, aut non semper. Confirmanti vero (*videndum est*), an simul necessario semper insit, cum neque sit definitio, neque differentia. Erit enim proprium id, quod

μενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ τὸ ζῶον ἐπιστήμης δεκτικὸν ἅμα ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ ὑπάρχει καὶ τὸ ἄνθρωπος, οὔτε διαφορὰ ὂν, οὔθ' ὅρος· εἴη ἂν τὸ ζῶον ἐπιστήμης δεκτικὸν τοῦ ἀνθρώπου ἴδιον. 7 Ἔπειτ', ἀνασκευάζοντα μὲν, Loc. 223.
εἰ τῶν αὐτῶν, ᾧ ταὐτά ἐστι, μή ἐστι τὸ αὐτὸ ἴδιον. οὐ γὰρ ἔσται ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ οὐκ ἔστι διωκτοῦ τὸ φαίνεσθαί τισιν ἀγαθὸν ἴδιον· οὐδ' ἂν αἱρετοῦ εἴη ἴδιον τὸ φαίνεσθαί τισιν ἀγαθόν. ταὐτὸν γάρ ἐστι τὸ διωκτὸν καὶ τὸ αἱρετόν. κατασκευάζοντα δὲ, εἰ τοῦ αὐτοῦ, ᾧ ταὐτόν ἐστι, τὸ αὐτὸ ἴδιον· ἔσται γὰρ ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ἀνθρώπου, ᾧ ἄνθρωπός ἐστι, [λέγεται] ἴδιον τὸ τριμερῆ ψυχὴν ἔχειν· καὶ βροτοῦ, ᾧ βροτός ἐστιν, εἴη ἂν ἴδιον τὸ τριμερῆ ψυχὴν ἔχειν. χρήσιμος δ' ὁ τόπος οὗτος καὶ ἐπὶ τοῦ συμ-

positum eſt eſſe proprium. Velut, ſi animal ſcientiae capax ſimul ex neceſſitate ſemper ineſt una cum homine, cum nec ſit differentia, neque definitio; fuerit animal ſcientiae capax hominis proprium. 7 Deinde, refellenti quidem (*videndum eſt*), an eorundem, quatenus eadem ſunt, non ſit idem proprium. Non enim erit proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Velut, ſi perſequendi non eſt proprium τὸ videri quibuſdam bonum; neque eligendi fuerit proprium τὸ videri quibuſdam bonum. Idem eſt enim perſequendum & eligendum. Confirmanti vero (*videndum eſt*), an eiuſdem, quatenus idem eſt, idem ſit proprium; erit enim proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Velut, cum hominis, quatenus homo eſt, [dicatur] proprium habere animam tripertitam; etiam mortalis, quatenus mortalis eſt, fuerit proprium tripertitam animam habere. Utilis vero hic locus eſt etiam in accidente. Nam iiſ-

βεβηκότος. τοῖς γὰρ αὐτοῖς, ἢ ταὐτά ἐστι, ταὐτὰ δεῖ
Loc. 224. ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν. 8 Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τῶν αὐτῶν τῷ εἴδει μὴ ταὐτὸν ἀεὶ τῷ εἴδει τὸ ἴδιόν ἐστιν· οὐδὲ γὰρ τοῦ εἰρημένου ἔσται ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ταὐτόν ἐστι τῷ εἴδει ἄνθρωπος καὶ ἵππος· οὐκ ἀεὶ δὲ τοῦ ἵππου ἐστὶν ἴδιον τὸ ἑστάναι ὑφ' ἑαυτοῦ· οὐδ' ἂν εἴη τοῦ ἀνθρώπου ἴδιον ἀεὶ τὸ κινεῖσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ· ταὐτὸν γάρ ἐστι τῷ εἴδει τὸ κινεῖσθαι, καὶ [τὸ] ἑστάναι ὑφ' ἑαυτοῦ, ἢ ζῴῳ ἐστὶν, ἑκατέρῳ αὐτῶν τῷ συμβεβηκέναι. κατασκευάζοντα δέ, εἰ τῶν αὐτῶν τῷ εἴδει ταὐτὸν ἀεὶ [τῷ εἴδει] τὸ ἴδιον· ἔσται γὰρ ἴδιον τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ἀνθρώπου ἐστὶν ἴδιον τὸ εἶναι πεζὸν δίπουν· καὶ ὄρνιθος ἂν εἴη ἴδιον τὸ εἶναι πτηνὸν δίπουν. ἑκάτερον γὰρ τούτων ἐστὶ ταὐτὸν τῷ εἴδει· ἢ τὰ μὲν, ὡς ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος,

dem, quatenus eadem ſunt, eadem oportet ineſſe, aut non ineſſe. 8 Deinde, refellenti quidem (*videndum eſt*), an eorundem ſpecie non idem ſemper ſpecie proprium ſit; neque enim propoſiti erit proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Velut, ſi idem ſunt ſpecie homo & equus; non ſemper autem equi proprium eſt ſtare a ſemetipſo; neque fuerit ſemper hominis proprium moveri a ſemetipſo; nam idem ſunt ſpecie τὸ moveri & τὸ ſtare a ſemetipſo, quoniam accidant illorum utrique, quatenus animalia ſunt. Confirmantem vero (*conſiderare oportet*), an eorundem ſpecie idem ſemper [ſpecie] proprium ſit; erit enim proprium id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Velut, ſi hominis eſt proprium eſſe pedeſtre bipes; etiam avis fuerit proprium eſſe alatum bipes. Nam utrumque horum idem eſt ſpecie; quatenus alia quidem, ut ſub eodem genere, ſunt

ἐστὶν [εἴδη] ὑπὸ τὸ ζῶον [ὄντα]· τὰ δὲ, ὡς γένους, διαφοραὶ τοῦ ζώου. οὗτος δὲ ὁ τόπος ψευδής ἐστιν, ὅταν τὸ μὲν ἕτερον τῶν λεχθέντων ἑνί τινι μόνῳ ὑπάρχει εἴδει, τὸ δ' ἕτερον πολλοῖς· καθάπερ τὸ πεζὸν τετράπουν.

9 Ἐπεὶ δὲ τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ ἕτερον πολλαχῶς λέγε- Loc. 225.
ται· ἔργον ἐστὶ σοφιστικῶς λαμβάνοντι ἑνὸς ἀποδοῦναι καὶ μόνου τινὸς τὸ ἴδιον. τὸ γὰρ ὑπάρχον τινὶ, ᾧ συμβέβηκέ τι, καὶ τῷ συμβεβηκότι ὑπάρξει λαμβανομένῳ μετὰ τοῦ, ᾧ συμβέβηκεν. οἷον, τὸ ὑπάρχον ἀνθρώπῳ καὶ λευκῷ ἀνθρώπῳ ὑπάρξει, ἂν ᾖ λευκὸς ἄνθρωπος. καὶ τὸ λευκῷ [δὲ] ἀνθρώπῳ ὑπάρχον καὶ ἀνθρώπῳ ὑπάρξει. διαβάλλοι δ' ἄν τις τὰ τοιαῦτα τῶν ἰδίων, τὸ ὑποκείμενον ἄλλο μὲν καθ' αὐτὸ ποιῶν, ἄλλο δὲ μετὰ τοῦ συμβεβηκότος. οἷον, ἄλλο μὲν ἄνθρωπον εἶναι λέγων, ἄλλο δὲ λευκὸν ἄνθρωπον. ἔτι δὲ ἕτερον ποιῶν τὴν ἕξιν, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἕξιν λεγόμενον.

[species] sub animali; alia vero, ut (*eiusdem*) generis, sunt differentiae animalis. Hic autem locus falsus est, quando alterum dictorum uni cuidam soli ineſt speciei, alterum vero multis; quemadmodum pedestre quadrupes. 9 Quoniam autem idem & diversum multis modis dicuntur; difficile est, si quis sophistice sumat, unius cuiusdam (*rei*) solius proprium declarare. Quod enim ineſt alicui, cui quidpiam accidit, etiam accidenti inerit sumto una cum eo, cui accidit. Velut, quod ineſt homini etiam albo homini inerit, si sit albus homo. Et quod albo homini ineſt, etiam homini inerit. Reiicere forte aliquis possit huiuscemodi propria, si constituat subiectum aliud quidem per se, aliud vero cum accidente. Velut, aliud quidem hominem esse dicens, aliud vero album hominem. Praeterea si constituat aliud esse habitum, & id, quod secundum habitum dicitur. Nam

τὸ γὰρ τῇ ἕξει ὑπάρχον καὶ τῷ κατὰ τὴν ἕξιν λεγομένῳ ὑπάρξει· καὶ τὸ τῷ κατὰ τὴν ἕξιν λεγομένῳ ὑπάρχον καὶ τῇ ἕξει ὑπάρξει. οἷον, ἐπεὶ ὁ ἐπιστήμων κατὰ τὴν ἐπιστήμην λέγεται διακεῖσθαι, οὐκ ἂν εἴη τῆς ἐπιστήμης ἴδιον τὸ ἀμετάπειστον ὑπὸ λόγου. καὶ γὰρ ὁ ἐπιστήμων ἔσται ἀμετάπειστος ὑπὸ λόγου. κατασκευάζοντα δὲ, ῥητέον, ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερον ἁπλῶς τὸ, ᾧ συμβέβηκε, καὶ τὸ συμβεβηκὸς μετὰ τοῦ, ᾧ συμβέβηκε, λαμβανόμενον· ἀλλ' ἄλλο λέγεται τῷ ἕτερον εἶναι αὐτοῖς τὸ εἶναι· οὐ ταὐτὸν γάρ ἐστιν ἀνθρώπῳ τε τὸ εἶναι ἀνθρώπῳ, καὶ λευκῷ ἀνθρώπῳ τὸ εἶναι ἀνθρώπῳ λευκῷ. ἔτι δὲ θεωρητέον ἐστὶ παρὰ τὰς πτώσεις, λέγοντα, διότι οὔθ' ὁ ἐπιστήμων ἐστὶ τὸ ἀμετάπειστον ὑπὸ λόγου, ἀλλ' ὁ ἀμετάπειστος ὑπὸ λόγου· οὔθ' ἡ ἐπιστήμη τὸ ἀμετάπειστον ὑπὸ λόγου, ἀλλ' ἡ ἀμετάπειστος ὑπὸ λόγου. πρὸς γὰρ τὸν πάντως ἐνιστάμενον πάντως ἀντιτακτέον [ἐστίν].

quod habitui ineſt, etiam illi inerit, quod ſecundum habitum dicitur; & quod ſecundum habitum dicto ineſt, etiam habitui inerit. Velut, ſi ſciens ſecundum ſcientiam affectus eſſe dicitur, non fuerit ſcientiae proprium ratione mutari non poſſe. Nam ſciens quoque ratione mutari non poterit. Quoad confirmantem autem, dicendum eſt, non eſſe aliud ſimpliciter id, cui accidit, & accidens una cum eo ſumtum, cui accidit; ſed aliud dici, quia diverſa ſit eorum eſſentia; non enim idem eſt, hominem eſſe hominem, & album hominem eſſe hominem album. Porro vero conſiderandi ſunt caſus, & dicendum eſt, neque *ſcientem* eſſe ratione *immutabile*, ſed ratione *immutabilem*; neque *ſcientiam* eſſe ratione *immutabile*, ſed ratione *immutabilem*. Nam ab omni parte obiicienti omni modo occurrendum eſt.

ΚΕΦ. ε'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΑΛΛΩΝ.

Ἔπειτα, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τὸ φύσει ὑπάρχον βουλόμενος ἀποδοῦναι τοῦτον τὸν τρόπον τίθησι τῇ λέξει, ὥστε τὸ ἀεὶ ὑπάρχον σημαίνειν. δόξειε γὰρ ἂν κινεῖσθαι τὸ κείμενον εἶναι ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ εἶπας ἀνθρώπου ἴδιον τὸ δίπουν βούλεται μὲν τὸ φύσει ὑπάρχον ἀποδιδόναι, σημαίνει δὲ τῇ λέξει τὸ ἀεὶ ὑπάρχον· οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπου ἴδιον τὸ δίπουν· οὐ γὰρ πᾶς ἄνθρωπός ἐστι δύο πόδας ἔχων. κατασκευάζοντα δ', εἰ βούλεται τὸ φύσει ὑπάρχον ἴδιον ἀποδιδόναι, καὶ τῇ λέξει τοῦτον τὸν τρόπον σημαίνει· οὐ γὰρ κινηθήσεται κατὰ τοῦτο τὸ ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ὁ ἀνθρώπου ἴδιον ἀποδιδοὺς τὸ ζῷον ἐπιστήμης δεκτικὸν, καὶ βούλεται καὶ τῇ λέξει σημαίνειν τὸ φύσει ὑπάρχον ἴδιον· οὐκ ἂν κινοῖτο

Cap. III edd. Sylb. & Casaub. Loc. 226.

CAP. V.

De aliis locis.

Deinde, refellenti quidem (*videndum est*), an volens (*aliquis*) explicare, quod naturâ ineſt, tali oratione id ponat, ut id, quod ſemper ineſt, ſignificet. Videri enim poſſit tolli id, quod poſitum eſt eſſe proprium. Velut, ſi dicens hominis proprium τὸ bipes vult quidem explicare, quod naturâ ineſt; ſignificat autem oratione id, quod ſemper ineſt; non fuerit hominis proprium τὸ bipes; non omnis enim homo duos pedes habet. Confirmanti autem, an velit proprium explicare, quod naturâ ineſt, & oratione in hunc modum ſignificet; non enim tolletur quoad hoc proprium. Velut, ſi hominis proprium declarans animal ſcientiae capax, & vult etiam oratione ſignificare proprium, quod naturâ ineſt; non

κατὰ τοῦτο [ὡς οὐκ ἔστιν] ἀνθρώπου ἴδιον, τὸ ζῷον
Loc. 227. ἐπιστήμης δεκτικόν. 2 Ἔτι, ὅσα λέγεται ὡς κατ' ἄλλο τι πρῶτον, ἢ ὡς πρῶτον αὐτό, ἔργον ἐστὶν ἀποδοῦναι τῶν τοιούτων τὸ ἴδιον· ἐὰν μὲν γὰρ τοῦ κατ' ἄλλο τι ἴδιον ἀποδιδῷς, καὶ κατὰ τοῦ πρώτου ἀληθεύσεται. ἐὰν δὲ τοῦ πρώτου θῇς, καὶ τοῦ κατ' ἄλλο κατηγορηθήσεται. οἷον, ἐὰν μέν τις ἐπιφανείας ἴδιον ἀποδῷ τὸ κεχρῶσθαι, καὶ κατὰ τοῦ σώματος ἀληθεύσεται τὸ κεχρῶσθαι· ἐὰν δὲ σώματος, καὶ ἐπιφανείας κατηγορηθήσεται. ὥστε οὐ, καθ' οὗ ὁ λόγος, καὶ τοὔνομα ἀληθεύσεται. 3 Συμβαίνει δ' ἐν ἐνίοις τῶν ἰδίων ὡς ἐπιτοπολὺ γίνεσθαί τινα ἁμαρτίαν παρὰ τὸ μὴ διορίζεσθαι, πῶς, καὶ τίνων, τίθησι τὸ ἴδιον. 4 Ἅπαντες γὰρ ἐπιχειροῦσιν ἀποδιδόναι τὸ ἴδιον ἢ τὸ φύσει ὑπάρχον, καθάπερ ἀνθρώπου τὸ δίπουν· ἢ τὸ ὑπάρχον,

cidens oſtendimus), non verum eſſe, (*dicimus*). 3 An vero non in proprio genere (*definiens rem definitam*) poſuerit, ſive an non propria ſit oratio tradita; ex locis dictis, qui ad (*quaeſtionem*) de genere, & de proprio ſpectant, conſiderandum eſt. 4 Reliquum autem eſt dicere, quomodo nos diſquirere oporteat, an non definitum ſit, ſive an non recte definitum ſit. 5 Primum quidem conſiderandum eſt, an non recte definitum ſit. Facilius enim eſt quodvis facere, quam recte facere. Patet igitur, ſaepius in hoc peccari, quia eſt difficilius. Unde fit, ut argumentatio facilius de hoc, quam de illo ſuppetat. 6 Diſquiſitionis autem, an non recte definitum ſit, duae partes ſunt; una quidem, cum obſcura interpretatione aliquis uſus ſit; (oportet enim definientem, quoad eius fieri poteſt, clariſſima interpretatione uti, quia cognoſcendi cauſa definitio datur;) altera vero, cum plus dixerit in definitione, quam oportuit;

τὸ προσκείμενον ἐν τῷ ὁρισμῷ περίεργον. 7 Πάλιν δ' ἑκάτερον τῶν εἰρημένων εἰς πλείω μέρη διείληπται.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΠΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟ, ΠΟΤΕΡΟΝ ΚΑΛΩΣ, Η ΟΥ ΚΑΛΩΣ ΩΡΙΣΤΑΙ.

Loc. 260. Εἷς μὲν οὖν τόπος τοῦ ἀσαφῶς, εἰ ὁμώνυμόν ἐστί τινι τὸ εἰρημένον. οἷον, ὅτι ἡ γένεσις ἀγωγὴ εἰς οὐσίαν· ἢ ὅτι ἡ ὑγίεια συμμετρία θερμῶν καὶ ψυχρῶν. ὁμώνυμος γὰρ ἡ ἀγωγὴ καὶ ἡ συμμετρία. ἄδηλον οὖν, ὁπότερον βούλεται λέγειν τῶν δηλουμένων ὑπὸ τοῦ
Loc. 261. πλεοναχῶς λεγομένου. 2 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ τοῦ ὁριζομένου πλεοναχῶς λεγομένου μὴ διελὼν εἶπεν· ἄδηλον γὰρ, ὁπότερου τὸν ὅρον ἀποδέδωκεν. ἐνδέχεταί τε

quidquid enim adiicitur in definitione, ſupervacuum eſt. 7 Rurſus utrumque eorum, quae dicta ſunt, in plures partes diſtributum eſt.

CAP. II.

De locis ad probandum, an recte, necne, definitio ſit expoſita.

Primus quidem locus ad obſcuritatem (*definitionis probandam*) eſt, ſi id, quod in definitione dictum eſt, homonymum ſit cum aliquo. Velut, (*ſi quis definiat*), generationem eſſe deductionem ad ſubſtantiam; aut ſanitatem eſſe ſymmetriam calidorum & frigidorum. Nam (*verba*) homonyma ſunt deductio & ſymmetria. Incertum igitur eſt, utrum dicere velit eorum, quae declarantur (*eo verbo*), quod multis modis dicitur. 2 Similiter vero etiam, ſi, cum definitum multis modis dicatur, ſine diſtinctione dixerit (*definitionem*); nam incertum eſt, utriuſnam definitionem tradiderit. Licet quo-

συκοφαντεῖν, ὡς οὐκ ἐφαρμόττοντος τοῦ λόγου ἐπὶ πάντων, ὧν τὸν ὁρισμὸν ἀποδέδωκε. 3 Μάλιστα δ' ἐνδέχεται τὸ τοιοῦτον ποιεῖν λανθανούσης τῆς ὁμωνυμίας. ἐνδέχεται δὲ καὶ διελόμενον αὐτὸν, ποσαχῶς λέγεται τὸ ἐν τῷ ὁρισμῷ ἀποδοθὲν, συλλογισμὸν ποιῆσαι. εἰ γὰρ κατὰ μηδένα τῶν τρόπων ἱκανῶς εἴρηται, δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν ὡρισμένος εἴη κατὰ τρόπον. 4 Ἄλ- Loc. 262.
λος, εἰ κατὰ μεταφορὰν εἴρηκεν· οἷον, εἰ τὴν ἐπιστήμην ἀμετάπτωτον ἢ τὴν γῆν τιθήνην· ἢ τὴν σωφροσύνην συμφωνίαν. πᾶν γὰρ ἀσαφὲς τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον. ἐνδέχεται δὲ καὶ τὸν μεταφορὰν εἰπόντα συκοφαντεῖν, ὡς οὐ κυρίως εἰρηκότα. οὐ γὰρ ἐφαρμόσει ὁ λεχθεὶς ὅρος. οἷον, ἐπὶ τῆς σωφροσύνης. πᾶσα γὰρ συμφωνία ἐν φθόγγοις. ἔτι, εἰ γένος ἡ συμφωνία τῆς σωφροσύνης, ἐν δύο γένεσιν ἔσται ταὐ-

que cavillari, quasi definitio non omnibus apta sit, quorum definitionem (*aliquis*) dedit. 3 Maxime autem tale quid evenit, cum homonymia latet. Fieri autem etiam potest, cum ipse distinxerit, quot modis dicatur id, quod in definitione traditum est, ut syllogismum conficiat. Nam si in nulla significatione sufficienter dicta est (*definitio*), perspicuum est, eo modo definitum non fuisse. 4 Alius (*locus est*), si (*quis definitionem*) dixerit secundum translationem; ut, si (*dixerit*), scientiam esse, quae labi non potest; aut terram nutricem; aut temperantiam concentum. Quidquid enim secundum translationem dicitur, obscurum est. Licet vero etiam translatione usum cavillari, quasi non proprie locutus sit. Non enim apta erit dicta definitio, velut temperantiae; nam omnis concentus est in sonis. Praeterea si concentus est genus temperantiae, idem erit in duobus gene-

τὸν οὐ περιέχουσιν ἄλληλα. οὔτε γὰρ ἡ συμφωνία τὴν
Loc. 263. ἀρετὴν, οὔθ' ἡ ἀρετὴ τὴν συμφωνίαν περιέχει. 5 Ἔτι,
εἰ μὴ κειμένοις ὀνόμασι χρῆται, οἷον Πλάτων ὀφρυό-
σκιον τὸν ὀφθαλμόν· ἢ τὸ φαλάγγιον σηψιδακές· ἢ
τὸν μυελὸν ὀστεογενές. πᾶν γὰρ ἀσαφὲς τὸ μὴ εἰωθός.
Loc. 264. 6 Ἔνια δ' οὔτε καθ' ὁμωνυμίαν, οὔτε κατὰ μεταφο-
ρὰν, οὔτε κυρίως εἴρηται. οἷον, ὁ νόμος μέτρον, ἢ εἰκὼν
τῶν φύσει δικαίων. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα χείρω τῆς με-
ταφορᾶς· ἡ γὰρ μεταφορὰ ποιεῖ πως γνώριμον τὸ ση-
μαινόμενον διὰ τὴν ὁμοιότητα· πάντες γὰρ οἱ μετα-
φέροντες κατά τινα ὁμοιότητα μεταφέρουσι· τὸ δὲ τοιοῦ-
τον οὐ ποιεῖ γνώριμον· οὔτε γὰρ ἡ ὁμοιότης ὑπάρχει,
καθ' ἣν μέτρον ἢ εἰκὼν ὁ νόμος ἐστίν· οὔτε [κυρίως]
εἴωθε λέγεσθαι. ὥστε, εἰ μὲν κυρίως μέτρον ἢ εἰκόνα
τὸν νόμον φησὶν εἶναι, ψεύδεται· εἰκὼν γάρ ἐστιν, οὗ ἡ

ribus, quorum neutrum continet alterum. Neque enim concentus virtutem, neque virtus concentum continet. 5 Praeterea (*obscure definitur*), si quis non vulgo receptis nominibus utatur, ut Plato oculum (*definiens*) *ciliumbrem;* aut araneam *putrimordacem;* aut medullam *ossigenam.* Omne enim verbum inusitatum obscurum est. 6 Nonnulla autem nec per homonymiam, nec per translationem, nec proprie dicuntur. Ut, si lex (*definiatur*) mensura, vel imago eorum, quae naturâ iusta sunt. Sunt autem talia deteriora translatione; nam translatio quodammodo notum facit id, quod significatur propter similitudinem; omnes enim transferentes propter aliquam similitudinem transferunt; at vero (*illud*) tale non facit notum; neque enim similitudo adest, cuius ratione lex sit mensura vel imago; neque [proprie] dici solet. Quare, si quis proprie mensuram aut imaginem esse dicat legem, mentitur; nam imago est, quae

γένεσις διὰ μιμήσεως· τοῦτο δ' οὐχ ὑπάρχει τῷ νόμῳ. εἰ δὲ μὴ κυρίως, δῆλον, ὅτι ἀσαφῶς εἴρηκε, καὶ χεῖρον ὁποιουοῦν τῶν κατὰ μεταφορὰν λεγομένων. 7 Ἔτι, εἰ μὴ δῆλος ὁ τοῦ ἐναντίου λόγος ἐκ τοῦ λεχθέντος· οἱ γὰρ καλῶς ἀποδιδόμενοι καὶ τοὺς ἐναντίους προσσημαίνουσιν. 8 Ἢ εἰ καθ' αὑτὸν λεχθεὶς μὴ φανερὸς εἴη, τίνος ἐστὶν, ὁρισμός· ἀλλὰ καθαπερ τὰ τῶν ἀρχαίων γραφέων, εἰ μή τις ἐπέγραψεν, οὐκ ἂν ἐγνωρίζετο, τί ἐστιν ἕκαστον. εἰ μὲν οὖν μὴ σαφῶς, ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἐπισκεπτέον. Loc. 265.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΑΛΛΩΝ.

Εἰ δ' ἐπὶ πλεῖον εἴρηκε τὸν ὅρον, πρῶτον μὲν σκοπεῖν, εἴ τινι κέχρηται ὃ πᾶσιν ὑπάρχει, ἢ ἁπλῶς τοῖς Cap. II edd. Sylb. & Casaub.

per imitationem efficitur; hoc vero legi non ineſt. Si autem non proprie, manifeſtum eſt, (*eum*) obſcure locutum eſſe, ac deterius quovis eorum, quae per translationem dicuntur. 7 Praeterea (*definitio reprehendenda eſt*), ſi ex data (*definitione*) non ſit perſpicua contrarii definitio; nam recte definientes etiam contrarias (*definitiones*) adſignificant. 8 Aut, ſi per ſe non appareat, cuius rei ſit definitio, ſed ſimilis ſit veterum pictorum operibus, quae erant eiuſmodi, ut, niſi quis adſcripſiſſet, intelligi non poſſet, quid unumquodque eſſet. An igitur non clare (*aliquis definierit*) ex huiuſmodi locis videndum eſt.

CAP. III.

De aliis locis.

Quando autem abundans datur definitio, primum quidem conſiderandum eſt, an aliquo uſus ſit (*definiens*), quod omnibus ineſt, aut ſimpliciter iis, quae ſunt, aut

οὖσιν, ἢ τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ γένος τῶν ὁριζομένων· ἐπὶ πλεῖον γὰρ εἰρῆσθαι ἀναγκαῖον τοῦτο. δεῖ γὰρ τὸ μὲν γένος ἀπὸ τῶν ἄλλων χωρίζειν· τὴν δὲ διαφορὰν ἀπό τινος
Loc. 266. τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει. τὸ μὲν οὖν πᾶσιν ὑπάρχον ἁπλῶς ἀπ' οὐδενὸς χωρίζει· τὸ δὲ τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ γένος πᾶσιν ὑπάρχον οὐ χωρίζει [ἀπὸ] τῶν ἐν ταὐτῷ γένει· ὥστε
Loc. 267. μάταιον τὸ τοιοῦτον προσκείμενον. 2 Ἢ εἰ ἔστιν [μὲν] ἴδιον τὸ προσκείμενον· ἀφαιρεθέντος δὲ τούτου, καὶ ὁ λοιπὸς λόγος ἴδιός ἐστι, καὶ δηλοῖ τὴν οὐσίαν. οἷον, ἐν τῷ τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ τὸ ἐπιστήμης δεκτικὸν προστεθὲν περίεργον· καὶ γὰρ ἀφαιρεθέντος τούτου, ὁ λοιπὸς λόγος ἴδιος, καὶ δηλοῖ τὴν οὐσίαν· ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ἅπαν περίεργον, οὗ ἀφαιρεθέντος, τὸ λοιπὸν δῆλον ποιεῖ τὸ ὁριζόμενον. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ τῆς ψυχῆς ὅρος, εἴπερ

iis, quae sub eodem genere, sub quo res definitae, continentur; nam necessarium est, ut in definitione aliquid abundet. Nam oportet (*definitionem*) genus ab aliis secernere; differentiam vero ab aliquo eorum, quae sub eodem genere sunt. Quod igitur omnibus inest, id simpliciter a nulla re seiungit; quod autem omnibus, quae sub eodem genere sunt, inest, non seiungit ab iis, quae in eodem genere sunt; quare supervacaneum est tale quid adiunctum. 2 Vel, an sit [quidem] proprium id, quod adiunctum est; eo vero detracto, etiam reliqua definitio propria sit, & essentiam declaret. Velut, in definitione hominis τὸ *scientiae capax* adiunctum supervacaneum est; nam hoc detracto, reliqua etiam definitio propria est, & essentiam declarat; ut autem simpliciter dicam, omne id supervacaneum est, quo detracto, reliquum manifestum facit id, quod definitum est. Talis est quoque animae definitio, si quidem (*ea*)

ἀριθμὸς αὐτὸς αὑτὸν κινῶν ἐστι· καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν ψυχή, καθάπερ Πλάτων ὥρισται. ἢ ἴδιον μέν ἐστι [τοῦτο] τὸ εἰρημένον, οὐ δηλοῖ δὲ τὴν οὐσίαν, ἀφαιρεθέντος τοῦ ἀριθμοῦ; ποτέρως μὲν οὖν ἔχει, χαλεπὸν διασαφῆσαι. χρηστέον δ' ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων πρὸς τὸ συμφέρον. οἷον, ὁ τοῦ φλέγματος ὅρος, ὑγρὸν πρῶτον ἀπὸ τροφῆς ἄπεπτον. ἓν γὰρ τὸ πρῶτον, οὐ πολλά. ὥστε περίεργον τὸ ἄπεπτον προσκείμενον· καὶ γὰρ τούτου ἀφαιρεθέντος, ὁ λοιπὸς ἔσται ἴδιος λόγος. οὐ γὰρ ἐνδέχεται, ἀπὸ τῆς τροφῆς καὶ τοῦτό τι καὶ ἄλλο πρῶτον εἶναι. ἢ οὐχ ἁπλῶς πρῶτον ἀπὸ τροφῆς τὸ φλέγμα, ἀλλὰ τῶν ἀπέπτων πρῶτον; ὥστε προσθετέον τὸ ἄπεπτον. ἐκείνως μὲν γὰρ [ῥηθέντος], οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἴπερ μὴ πάντων πρῶτόν ἐστιν. 3 Ἔτι, εἴ τι τῶν ἐν τῷ λόγῳ μὴ πᾶ- Loc. 268.

est numerus se ipsum movens; nam, quod se ipsum movet, est anima, quemadmodum Plato definivit. An [hoc], quod dictum est, proprium quidem est, sed non declarat essentiam, ablato numero? Utro modo tamen se habeat, difficile est explicare. Utendum autem est (*hoc loco*) in omnibus huiusmodi, quatenus expedit. Velut, definitio illa pituitae: humidum primum ex cibo incoctum. Unum enim est primum, non multa. Quare supervacaneum est *τὸ incoctum* additum; nam hoc etiam ablato, reliqua definitio propria erit. Fieri enim nequit, ut ex cibo & hoc & aliud primum sit. An non simpliciter pituita est primum ex cibo, sed primum eorum, quae sunt incocta? Ergo adiiciendum est *τὸ incoctum*. Nam illo quidem modo [si dicatur], non vera (*erit*) definitio, cum non omnium primum sit. 3 Porro (*videndum est*), an aliquid eorum, quae sub defini-

σιν ὑπάρχει τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ εἶδος. ὁ γὰρ τοιοῦτος χεῖρον ὥρισται τῶν χρωμένων, ὃ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς οὖσιν. ἐκείνως μὲν γὰρ ἂν ὁ λειπὸς ἴδιος ἡ λόγος, καὶ ὁ πᾶς ἴδιος ἔσται· ἁπλῶς γὰρ πρὸς τὸ ἴδιον ὁτουοῦν προστεθέντος ἀληθοῦς, ὅλως ὁ λόγος ἴδιος γίνεται. εἰ δέ τι τῶν ἐν τῷ λόγῳ μὴ πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ εἶδος, ἀδύνατον, ὅλον τὸν λόγον ἴδιον εἶναι. οὐ γὰρ ἀντικατηγορηθήσεται τοῦ πράγματος. οἷον, τὸ ζῷον πεζὸν, δίπουν, τετράπηχυ. ὁ γὰρ τοιοῦτος λόγος οὐκ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος διὰ τὸ μὴ πᾶσιν ὑπάρ-
Loc. 269. χειν τοῖς ὑπὸ ταὐτὸ εἶδος τὸ τετράπηχυ. 4 Πάλιν, εἰ ταὐτὸ πλεονάκις εἰρηκεν· οἷον, τὴν ἐπιθυμίαν ὄρεξιν ἡδέος εἰπών. πᾶσα γὰρ ἐπιθυμία ἡδέος ἐστίν. ὥστε καὶ τὸ ταὐτὸν τῇ ἐπιθυμίᾳ ἡδέος ἔσται. γίνεται οὖν [ὁ]

tione continentur, non conveniat omnibus iis, quae sub eadem specie sunt. Nam sic definiens peius definiit iis, qui utuntur eo, quod omnibus, quae sunt, ineſt. Illo enim modo quidem (*si definiatur sublato eo, quod commune eſt*) reliqua oratio propria fuerit, & tota propria erit; simpliciter enim, si ad proprium addatur quidpiam verum, omnino definitio fit propria. Si autem aliquid in definitione non omnibus convenit iis, quae sub eadem specie sunt, fieri non potest, ut tota definitio propria sit. Non enim vicissim de re praedicabitur. Velut (*definitio*), animal pedestre, bipes, quatuor cubitorum. Talis enim definitio non vicissim de re praedicabitur, quoniam non omnibus sub eadem specie contentis ineſt τὸ quatuor cubitorum. 4 Rursus (*videndum eſt*), an (*aliquis in definitione*) idem saepius dixerit; velut, si dixerit cupiditatem esse appetitionem voluptatis. Omnis enim cupiditas est voluptatis; quare etiam illud, quod idem est cum cupiditate, voluptatis erit.

ὅρος τῆς ἐπιθυμίας ὄρεξις ἡδέος· (οὐδὲν γὰρ διαφέρει, ἐπιθυμίαν εἰπεῖν, ἢ ὄρεξιν ἡδέος·) ὥσθ' ἑκάτερον αὐτῶν ἡδέος ἔσται. ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν ἄτοπον; καὶ γὰρ [ὁ] ἄνθρωπος δίπουν ἐστίν· ὥστε καὶ τὸ ταὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ δίπουν ἔσται· ἔστι δὲ ταὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ ζῷον πεζὸν δίπουν· ὥστε ζῷον πεζὸν δίπουν, δίπουν ἐστίν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἄτοπόν τι συμβαίνει. οὐ γὰρ κατὰ ζώου πεζοῦ δὶς τὸ δίπουν κατηγορεῖται· (οὕτω μὲν γὰρ ἂν δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ τὸ δίπουν κατηγοροῖτο·) ἀλλὰ περὶ ζώου πεζοῦ δίποδος, τὸ δίπουν λέγεται· ὥστε ἅπαξ μόνον τὸ δίπουν κατηγορεῖται. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας. οὐ γὰρ κατὰ τῆς ὀρέξεως τὸ ἡδέος εἶναι κατηγορεῖται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ σύμπαντος· ὥστε ἅπαξ καὶ ἐνταῦθα ἡ κατηγορία γίνεται. οὐκ ἔστι δὲ τὸ δὶς φθέγξασθαι ταὐτὸν ὄνομα τῶν ἀτόπων· ἀλλὰ τὸ πολλάκις περί τινος τὸ αὐτὸ κατηγορῆσαι. οἷον, ὁ

Fit igitur definitio voluptatis appetitio voluptatis; (nam nihil intereſt, cupiditatem dicas, an appetitionem voluptatis;) quare utrumque eorum voluptatis erit. An vero hoc non abſurdum eſt? Nam & homo eſt bipes; quare etiam illud, quod idem eſt cum homine, bipes erit; eſt autem idem cum homine animal pedeſtre bipes; quare animal pedeſtre bipes, bipes eſt; at non propterea aliquid abſurdi accidit. Non enim de animale pedeſtri bis τὸ bipes praedicatur; (ſic enim bis de eodem bipes praedicaretur;) ſed de animale pedeſtri bipede, bipes dicitur; quare ſemel tantum bipes praedicatur. Similiter vero etiam (*res ſe habet*) in cupiditate. Non enim de appetitione τὸ *voluptatis* eſſe praedicatur, ſed de Toto; quare hic quoque ſemel praedicatio fit. Non eſt autem abſurdum, idem nomen bis proferre; ſed ſaepius de aliquo idem praedicare. Velut, Xenocra-

Ξενοκράτης τὴν Φρόνησιν ὁριστικὴν καὶ θεωρητικὴν τῶν ὄντων Φησὶν εἶναι. ἡ γὰρ ὁριστικὴ θεωρητική τίς ἐστιν· ὥστε δὶς τὸ αὐτὸ λέγει, προστιθεὶς πάλιν καὶ θεωρητικήν. ὁμοίως δὲ καὶ, ὅσοι τὴν καταψυξιν στέρησιν τοῦ κατὰ Φύσιν θερμοῦ Φασὶν εἶναι· πᾶσα γὰρ στέρησίς ἐστι τοῦ κατὰ Φύσιν ὑπάρχοντος· ὥστε περίεργον τὸ προσθεῖναι τοῦ κατὰ Φυσιν· ἀλλ' ἱκανὸν ἦν εἰπεῖν στέρησιν θερμοῦ· ἐπειδὴ αὕτη ἡ στέρησις γνώριμον ποιεῖ, ὅτι τοῦ κατὰ Φύσιν λέγεται. 5 Πάλιν εἰ, τοῦ καθόλου εἰρημένου, προσθείη καὶ ἐπὶ μέρους. οἷον, εἰ τὴν ἐπιείκειαν ἐλάττωσιν τῶν συμΦερόντων καὶ δικαίων· τὸ γὰρ δίκαιον συμΦέρον τι· ὥστε περιέχεται ἐν τῷ συμΦέροντι· περιττὸν οὖν τὸ δίκαιον· καθόλου γὰρ εἰπὼν ἐπὶ μέρους προσέθηκε. καὶ εἰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην τῶν ὑγιεινῶν ζώῳ καὶ ἀνθρώπῳ· ἢ τὸν νόμον

Loc. 270.

tes ait sapientiam esse scientiam res definiendi & contemplandi. Nam scientia definiendi est scientia quaedam contemplandi; quare bis idem dicit, adiungens (*in definitione illa*) iterum scientiam contemplandi. Similiter vero etiam, quicunque refrigerationem esse aiunt privationem caloris naturalis; omnis enim privatio ad naturale quoddam spectat; quare supervacaneum est addere τὸ *naturale*; sed sufficiebat dicere, *privationem caloris* (*esse refrigerationem*); cum haec ipsa privatio notum faciat, de re naturali sermonem esse. 5 Rursus (*videndum est*), an (*quis*), universali dicto, adiecerit etiam particulare. Velut, si aequitatem (*definierit*) imminutionem eorum, quae utilia & iusta sunt; nam iustum est utile quid; quare continetur utili; supervacaneum igitur est iustum; universale enim cum dixerit, particulare adiecit. Etiam si (*definierit*) artem medicam scientiam eorum, quae salubria sunt animali & homini; aut legem

εἰκόνα τῶν φύσει καλῶν καὶ δικαίων· τὸ γὰρ δίκαιον καλόν τι· ὥστε πλεονάκις τὸ αὐτὸ λέγει. πότερον μὲν οὖν καλῶς, ἢ οὐ καλῶς ὥρισται, διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἐπισκεπτέον.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΠΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟ, ΠΟΤΕΡΟΝ ΩΡΙΣΤΑΙ ΤΟ ΤΙ ΗΝ ΕΙΝΑΙ, Η ΟΥΧΙ.

Cap. III edd. Sylb. & Caſaub. Loc. 271.

Πότερον δ' εἴρηκε καὶ ὥρισται τὸ τί ἦν εἶναι, ἢ οὐχί, ἐκ τῶνδε. 2 Πρῶτον μὲν, εἰ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων πεποίηται τὸν ὁρισμόν. ἐπεὶ γὰρ ὁ ὅρος ἀποδίδοται τοῦ γνωρίσαι χάριν τὸ λεχθέν· γνωρίζομεν δ' οὐκ ἐκ τῶν τυχόντων, ἀλλ' ἐκ τῶν προτέρων καὶ γνωριμωτέρων· (καθάπερ ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν· οὕτω γὰρ πᾶσα διδασκαλία καὶ μάθησις ἔχει·) φανε-

eſſe imaginem eorum, quae naturâ pulchra & iuſta ſunt; nam iuſtum eſt pulchrum quid; ergo ſaepius idem dicit (*definiens*). Utrum igitur recte, an non recte definitum ſit, ex his & eiuſmodi (*locis*) conſiderandum eſt.

CAP. IV.

De locis pertinentibus ad problema, an, quid res ſit, definitio contineat.

Utrum autem (*aliquis*) dixerit & definierit, quid res ſit, necne, ex hiſce (*locis videndum eſt*). 2 Primum quidem, an non ex prioribus & notioribus confecerit definitionem. Cum enim definitio tradatur eius, quod dictum eſt, cognoſcendi cauſa; cognoſcamus autem non ex quibuſvis, ſed ex prioribus & notioribus; (quemadmodum in demonſtrationibus (*contingit*); ita enim omnis doctrina & diſciplina ſe habet;) manifeſtum eſt, eum,

ρὸν οὖν, ὅτι ὁ μὴ διὰ τοιούτων ὁριζόμενος οὐχ ὥρισται. εἰ γὰρ ὥρισται, πλείους ἔσονται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοί. δῆλον γὰρ, ὅτι καὶ ὁ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων βέλτιον ὥρισται. ὥστε ἀμφότεροι ἂν εἴησαν ὅροι τοῦ αὐτοῦ. τὸ δὲ τοιοῦτον οὐ δοκεῖ ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων ἕν ἐστι τὸ εἶναι, ὅπερ ἐστίν. ὥστε, εἰ πλείους ἔσονται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοὶ, ταὐτὸν ἔσται τῷ ὁριζομένῳ τὸ εἶναι, ὅπερ καθ' ἑκάτερον τῶν ὁρισμῶν δηλοῦται. ταῦτα δ' οὐ ταὐτά ἐστιν· ἐπειδὴ [καὶ] οἱ ὁρισμοὶ ἕτεροι. δῆλον οὖν, ὅτι οὐχ ὥρισται ὁ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων ὁρισάμενος. 3 Τὸ μὲν οὖν μὴ διὰ γνωριμωτέρων εἰρῆσθαι τὸν ὅρον, διχῶς ἐστιν ἐκλαβεῖν· ἢ γὰρ, εἰ ἁπλῶς ἐξ ἀγνωστοτέρων, ἢ εἰ ἡμῖν ἀγνωστοτέρων· ἐνδέχεται γὰρ ἀμφοτέρως. ἁπλῶς μὲν οὖν γνωριμώτερον τὸ πρότερον τοῦ ὑστέρου· οἷον, στιγμὴ γραμμῆς,

qui non ex his definierit, non definiiſſe. Nam ſi definivit, plures erunt eiuſdem definitiones. Patet enim, eum, qui per priora & notiora definivit, melius etiam definiiſſe. Quare ambae fuerint definitiones eiuſdem. Quod tamen ita non eſſe videtur; nam quodvis eorum, quae ſunt, unum eſt ſecundum eſſentiam (*id*), quod eſt. Quare, ſi plures erunt eiuſdem definitiones, eadem erit rei definitae eſſentia, quae ſecundum utramque definitionem declaratur. Hae vero (*eſſentiae*) non eaedem ſunt; ſiquidem [etiam] definitiones ſunt diverſae. Manifeſtum igitur eſt, eum non definiiſſe, qui non per priora & notiora definierit. 3 Non autem ex prioribus ſumtam eſſe definitionem, dupliciter accipi poteſt; ſive enim, ſimpliciter ex magis ignotis; ſive ex nobis magis ignotis (*ſumtam eſſe definitionem*); nam utroque modo (*id*) fieri poteſt. Prius quidem poſteriori ſimpliciter notius eſt; velut punctum eſt (*prius & notius*)

καὶ γραμμὴ ἐπιπέδου, καὶ ἐπίπεδον στερεοῦ· καθάπερ μονὰς ἀριθμοῦ· πρότερον γὰρ καὶ ἀρχὴ παντὸς ἀριθμοῦ. ὁμοίως δὲ καὶ στοιχεῖον συλλαβῆς. ἡμῖν δὲ ἀνάπαλιν ἐνίοτε συμβαίνει. μάλιστα γὰρ τὸ στερεὸν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πίπτει τοῦ ἐπιπέδου· τὸ δ' ἐπίπεδον μᾶλλον τῆς γραμμῆς, γραμμὴ δὲ σημείου μᾶλλον. διὸ μᾶλλον οἱ πολλοὶ τὰ τοιαῦτα γνωρίζουσι. τὰ μὲν γὰρ τῆς τυχούσης· τὰ δ' ἀκριβοῦς καὶ περιττῆς διανοίας καταμαθεῖν ἐστιν. 4 Ἁπλῶς μὲν οὖν βέλτιον τὸ διὰ προτέρων τὰ ὕστερα πειρᾶσθαι γνωρίζειν· ἐπιστημονικώτερον γὰρ τὸ τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ μὴν ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀδυνατοῦντας γνωρίζειν διὰ τῶν τοιούτων ἀναγκαῖον ἴσως διὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων ποιεῖσθαι τὸν λόγον. εἰσὶ δὲ τῶν τοιούτων ὁρισμῶν ὅ, τε τῆς στιγμῆς, καὶ ὁ τῆς γραμμῆς, καὶ ὁ τοῦ ἐπιπέδου· πάν-

linea, & linea plano, & planum ſolido; quemadmodum unitas numero; nam primum & principium omnis numeri (*unitas*) eſt. Similiter vero etiam elementum (*prius & notius eſt*) ſyllaba. Nobis vero (*in noſtra cognitione*) contra interdum accidit. Magis enim ſolidum ſub ſenſum cadit, quam planum; planum autem magis quam linea, linea autem magis quam punctum. Quapropter plurimi illa talia magis cognoſcunt. Nam illa quidem cuiuſvis; haec vero ſubtilis & excellentis ingenii eſt diſcere. 4 Omnino quidem melius eſt, ut tentemus ex prioribus poſteriora cognoſcere; nam ad ſcientiam comparandam hoc magis eſt accommodatum; verumtamen apud eos, qui ex talibus cognitionem adipiſci nequeunt, neceſſe eſt fortaſſe, definitionem conficere ex iis, quae illis nota ſunt. Tales ſunt definitiones & puncti, & lineae, & plani; omnes enim ex poſterioribus

τες γὰρ διὰ τῶν ὑστέρων τὰ πρότερα δηλοῦσι. τὸ μὲν γὰρ γραμμῆς· τὸ δ' ἐπιπέδου· τὸ δὲ στερεοῦ Φασι πέρας εἶναι. 5 Οὐ δεῖ δὲ λανθάνειν, ὅτι τοὺς οὕτως ὁριζομένους οὐκ ἐνδέχεται τὸ τί ἦν εἶναι τῷ ὁριζομένῳ δηλοῦν, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ ταὐτὸν ἡμῖν τε γνωριμώτερον ὂν, καὶ ἁπλῶς γνωριμώτερον· εἴπερ δεῖ μὲν διὰ τοῦ γένους καὶ τῶν διαφορῶν ὁρίζεσθαι τὸν καλῶς ὁριζόμενον· ταῦτα δὲ τῶν ἁπλῶς γνωριμωτέρων καὶ προτέρων τοῦ εἴδους εἰσί. συναναιρεῖ γὰρ τὸ γένος καὶ ἡ διαφορὰ τὸ εἶδος· ὥστε πρότερα ταῦτα τοῦ εἴδους. ἔστι δὲ καὶ γνωριμώτερα· τοῦ μὲν γὰρ εἴδους γνωριζομένου, ἀνάγκη, καὶ τὸ γένος καὶ τὴν διαφορὰν γνωρίζεσθαι· ὁ γὰρ ἄνθρωπον γνωρίζων καὶ ζῶον καὶ πεζὸν γνωρίζει· τοῦ δὲ γένους ἢ τῆς διαφορᾶς γνωριζομένης, οὐκ ἀνάγκη, καὶ τὸ εἶδος γνωρίζεσθαι· ὥστε ἀγνωστότερον τὸ εἶδος. 6 Ἔτι, τοῖς κατ' ἀλήθειαν τοὺς τοιούτους ὁρισμοὺς Φάσκουσιν εἶναι, τοὺς ἐκ τῶν ἑκάστῳ γνωρίμων, πολ-

priora declarant. Nam illud quidem lineae; hoc vero plani; hoc denique solidi terminum aiunt esse. 5 Non debemus autem ignorare, ita definientes non posse declarare, quid sit res definita, nisi forte idem sit & nobis notius & simpliciter notius; siquidem oportet recte definientem ex genere & differentiis definire; haec autem sunt nobis notiora & priora specie. Secum enim aufert genus & differentia speciem; quare haec sunt priora specie. Sunt vero etiam notiora; cognita enim specie, necesse est, genus quoque & differentiam cognosci; nam qui hominem cognoscit, & animal & pedestre cognoscit; cognito autem genere & differentia, non necesse est, etiam speciem cognosci; itaque species magis ignota est. 6 Praeterea, dicentibus, re vera tales definitiones esse, quae ex unicuique notis con-

λοὺς τοῦ αὐτοῦ συμβήσεται λέγειν ὁρισμοὺς εἶναι. ἕτερα γὰρ ἑτέροις, καὶ οὐ ταὐτὰ πᾶσι τυγχάνει γνωριμώτερα ὄντα. ὥστε πρὸς ἕκαστον ἕτερος ἂν εἴη ὁρισμὸς ἀποδοτέος, εἴπερ ἐκ τῶν ἑκάστοις γνωριμωτέρων τὸν ὁρισμὸν ποιεῖσθαι χρή. ἔτι, τοῖς αὐτοῖς ἄλλοτε ἄλλα μᾶλλον γνώριμα. ἐξ ἀρχῆς μὲν γὰρ τὰ αἰσθητά· ἀκριβεστέροις δὲ γινομένοις ἀνάπαλιν. ὥστ' οὐδὲ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀεὶ ὁ αὐτὸς ὁρισμὸς ἀποδοτέος τοῖς διὰ τῶν ἑκάστοις γνωριμωτέρων τὸν ὁρισμὸν φάσκουσιν ἀποδοτέον εἶναι. δῆλον οὖν, ὅτι οὐχ ὁριστέον διὰ τῶν τοιούτων, ἀλλὰ διὰ τῶν ἁπλῶς γνωριμωτέρων· μόνως γὰρ ἂν οὕτως εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁρισμὸς ἀεὶ γίνοιτο. 7 Ἴσως δὲ καὶ τὸ ἁπλῶς γνώριμον οὐ τὸ πᾶσι γνώριμόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ τοῖς εὖ διακειμένοις τὴν διάνοιαν· καθάπερ καὶ τὸ ἁπλῶς ὑγιεινὸν τὸ τοῖς εὖ ἔχουσι τὸ σῶμα.

ſtent, accidet, ut contendant, multas eſſe Eiuſdem definitiones. Alia namque aliis, nec eadem ſunt omnibus notiora. Quare alia apud alium definitio tradenda erit, ſiquidem oportet ex iis, quae cuique ſunt notiora, definitionem conficere. Praeterea, iiſdem (*hominibus*) alio tempore ſunt alia magis nota. Nam ab initio quidem (*notiora ſunt ea*), quae ſub ſenſum cadunt; ubi autem eorum iudicium acrius factum eſt, contra (*res ſe habet*). Quapropter ne apud eundem quidem (*hominem*) ſemper eadem definitio tradenda fuerit ab iis, qui definitionem ex cuique notioribus tradendam eſſe aſſerunt. Manifeſtum igitur eſt, non eſſe per talia definiendum, ſed per ſimpliciter notiora; nam hoc tantum modo una & eadem definitio ſemper fiet. 7 Fortaſſe vero etiam τὸ ſimpliciter notum non omnibus notum eſt, ſed tantum acri ingenio praeditis; quemadmodum etiam τὸ ſimpliciter ſalubre (*dicitur id, quod ſalubre eſt*) corpore be-

8 Δεῖ μὲν οὖν ἕκαστα τῶν τοιούτων ἐξακριβοῦν· χρῆσθαι δὲ διαλεγομένους πρὸς τὸ συμφέρον. 9 Μάλιστα δ' ὁμολογουμένως ἀναιρεῖν ἐνδέχεται τὸν ὁρισμὸν, ἐὰν μήτ' ἐκ τῶν ἁπλῶς γνωριμωτέρων, μήτε ἐκ τῶν
Loc. 272. ἡμῖν τυγχάνῃ τὸν λόγον πεποιημένος. 10 Εἷς μὲν οὖν τόπος τοῦ μὴ διὰ γνωριμωτέρων ἐστὶ τὸ διὰ τῶν ὑστέρων τὰ πρότερα δηλοῦν, καθάπερ πρότερον εἴπομεν.
Loc. 273. 11 Ἄλλος δὲ, εἰ τοῦ ἐν ἠρεμίᾳ καὶ τοῦ ὡρισμένου διὰ τοῦ ἀορίστου καὶ τοῦ ἐν κινήσει ἀποδέδοται ὁ λόγος. πρότερον γὰρ καὶ γνωριμώτερον τὸ μένον καὶ τὸ ὡρι-
Loc. 274. σμένον τοῦ ἀορίστου καὶ τοῦ ἐν κινήσει ὄντος. 12 Τοῦ δὲ μὴ ἐκ προτέρων τρεῖς εἰσι τόποι. πρῶτος μὲν, εἰ διὰ τῶν ἀντικειμένων τὸ ἀντικείμενον ὥρισται· οἷον, διὰ τοῦ κακοῦ τὸ ἀγαθόν· ἅμα γὰρ τῇ φύσει τὰ ἀντικείμενα. ἐνίοις δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη ἀμφοτέρων δοκεῖ εἶναι.

ne affectis. 8 Oportet igitur singula, quae sunt eiusmodi, accurate explicare; disputantes vero (*iis*) uti, quatenus expedit. 9 Maxime autem in confesso est, everti tum definitionem, si neque ex simpliciter notioribus, neque ex nobis (*notioribus aliquis*) definitionem confecerit. 10 Unus quidem locus (*probandi, definitionem*) non esse ex notioribus, is est, si priora per posteriora declarantur, quemadmodum antea diximus. 11 Alius vero (*locus est*), si eius, quod in quiete (*consistit*), & definiti per indefinitum, & id, quod in motu (*consistit*), tradita sit definitio. Nam permanens & definitum prius & notius est indefinito & eo, quod in motu (*consistit*). 12 Ad probandum autem, (*definitionem*) non esse ex prioribus, tres sunt loci. Primus quidem, si oppositum per oppositum definitum est; velut, bonum per malum; naturâ enim simul sunt opposita. Quibusdam autem etiam eadem esse amborum scientia videtur. Qua-

ὥστε οὐδὲ γνωριμώτερον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου. δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι ἔνια ἴσως οὐκ ἔστιν ὁρίσασθαι ἄλλως· οἷον, τὸ διπλάσιον ἄνευ τοῦ ἡμίσεος· καὶ ὅσα καθ' αὑτὰ πρός τι λέγεται· πᾶσι γὰρ τοῖς τοιούτοις ταὐτὸν τὸ εἶναι τῷ πρός τί πως ἔχειν· ὥστ' ἀδύνατον ἄνευ θατέρου θάτερον γνωρίζειν. διόπερ ἀναγκαῖον, ἐν τῷ τοῦ ἑτέρου λόγῳ συμπεριειλῆφθαι καὶ θάτερον. γνωρίζειν μὲν οὖν δεῖ τὰ τοιαῦτα πάντα· χρῆσθαι δ' αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τούτων, ὡς ἂν δοκεῖ συμφέρειν. 13 Ἄλλος, εἰ αὐτῷ κέχρηται τῷ ὁριζομένῳ. λανθάνει δ', ὅταν μὴ αὐτῷ τῷ τοῦ ὁριζομένου ὀνόματι χρήσεται. οἷον, εἰ τὸν ἥλιον ἄστρον ἡμεροφανὲς ὡρίσατο. ὁ γὰρ ἡμέρᾳ χρώμενος καὶ ἡλίῳ χρῆται. δεῖ δὲ πρὸς τὸ φωραθῆναι τὰ τοιαῦτα μεταλαμβάνειν ἀντὶ τοῦ ὀνόματος τὸν λόγον. οἷον, ὅτι ἡ ἡμέρα ἡλίου φορὰ ὑπὲρ γῆς ἐστι· δῆλον Loc. 275.

propter alterum altero notius non eſt. Non debemus autem ignorare, nonnulla fortaſſe aliter definiri non poſſe; velut, duplum (*non poteſt definiri*) ſine dimidio; & quaecunque per ſe ad aliquid referuntur; nam in omnibus talibus idem eſt τὸ Eſſe cum τῷ Habere ſe ad aliquid quodammodo; quare fieri nequit, ut ſine altero alterum cognoſcamus. Proinde neceſſe eſt, ut in alterius definitione alterum quoque comprehendatur. Oportet nos igitur omnia talia cognoſcere; uti autem illis (*locis*) & in his, prout videbitur utile eſſe. 13 Alius (*locus eſt*), ſi ipſam rem definitam in definitione (*aliquis*) adhibuerit. Hoc vero latet, cum non utatur ipſo rei definitae nomine. Velut, ſi quis ſolem definiat aſtrum die perſpicuum. Nam qui die utitur, etiam ſole utitur. Oportet autem nos, ut huiuſcemodi vitia deprehendamus, pro nomine definitionem ſumere. Velut, diem eſſe ſolis lationem ſupra terram; patet enim, eum, qui ſolis

γὰρ, ὅτι ὁ τὴν Φορὰν ἡλίου ὑπὲρ γῆς εἰρηκὼς τὸν ἥλιον εἴρηκεν· ὥστε κέχρηται τῷ ἡλίῳ ὁ τῇ ἡμέρᾳ χρησά-
Loc. 276. μενος. 14 Πάλιν, εἰ τῷ ἀντιδιῃρημένῳ τὸ ἀντιδιῃρημένον ὥρισται· οἷον, περιττὸν τὸ μονάδι μεῖζον ἀρτίου. ἅμα γὰρ τῇ Φύσει τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀντιδιῃρημένα· τὸ δὲ περιττὸν καὶ ἄρτιον ἀντιδιῄρηται· ἅμΦω γὰρ ἀριθμοῦ διαΦοραί. 15 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ διὰ τῶν ὑποκάτω τὸ ἐπάνω ὥρισται· οἷον, ἄρτιον ἀριθμὸν τὸν δίχα διαιρούμενον· ἢ ἀγαθὸν ἕξιν ἀρετῆς. τό, τε γὰρ δίχα ἀπὸ τῶν δύο εἴληπται ἀρτίων ὄντων· καὶ ἡ ἀρετὴ ἀγαθόν τί ἐστιν· ὥστε ὑποκάτω ταῦτα ἐκείνων ἐστίν. 16 Ἔστι δ' ἀνάγκη, τὸν τῷ ὑποκάτω χρώμενον καὶ αὐτῷ χρῆσθαι. ὅ, τε γὰρ τῇ ἀρετῇ χρώμενος χρῆται τῷ ἀγαθῷ· ἐπειδὴ ἀγαθόν τι ἡ ἀρετή. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τῷ δίχα χρώμενος τῷ ἀρτίῳ χρῆται· ἐπειδὴ εἰς δύο

lationem supra terram dixit, solem dixisse; quare sole usus est, qui die usus est. 14 Rursus, si id, quod in divisione ponitur, per id definivit, quod in eâdem divisione collocatur; velut, impar id, quod unitate maius est, quam par. Simul enim naturâ sunt ea, quae in eiusdem generis divisione ponuntur; impar autem & par in eâdem divisione ponuntur, cum ambo sint numeri differentiae. 15 Similiter vero etiam, si per inferiora superius definivit; velut, si parem numerum (*dixit esse eum*), qui bifariam dividitur; aut bonum (*esse*) habitum virtutis. Nam τὸ bifariam sumtum est a duobus, quae paria sunt; & virtus est bonum quoddam; quare haec illis inferiora sunt. 16 Necesse autem est, ut is, qui inferiori utitur, etiam ipso (*definito*) utatur. Nam qui utitur virtute, utitur etiam bono; siquidem virtus bonum quoddam est. Similiter vero etiam, qui τῷ bifariam utitur, (*is*) τῷ pari utitur; siquidem τὸ

διηρῆσθαι σημαίνει τὸ δίχα· τὰ δὲ δύο ἄρτιά ἐστι. 17 Καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, εἷς ἐστι τόπος τὸ μὴ διὰ προτέρων καὶ γνωριμωτέρων ποιήσασθαι τὸν λόγον· μέρη δ' αὐτοῦ τὰ εἰρημένα.

ΚΕΦ. ε'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΑΛΛΩΝ.

Δεύτερος δέ, εἰ, ἐν γένει τοῦ πράγματος ὄντος, μὴ κεῖται ἐν γένει. ἐν ἅπασι δὲ τὸ τοιοῦτον ἁμάρτημά ἐστιν, ἐν οἷς οὐ πρόκειται τοῦ λόγου τὸ τί [ἐστιν]. οἷον, ὁ τοῦ σώματος ὁρισμὸς, τὸ ἔχον τρεῖς διαστάσεις· ἢ, εἴ τις τὸν ἄνθρωπον ὁρίσαιτο, τὸ ἐπιστάμενον ἀριθμεῖν. οὐ γὰρ εἴρηται, τί ὂν τρεῖς ἔχει διαστάσεις· ἢ τί ὂν ἐπίσταται ἀριθμεῖν· τὸ δὲ γένος βούλεται τὸ τί ἐστι σημαίνειν, καὶ πρῶτον ὑποτίθεται τῶν ἐν τῷ ὁρισμῷ λεγομένων. 2 Ἔτι, εἰ, πρὸς πλείω λεγομένου τοῦ

Cap. III edd. Sylb. & Casaub. Loc. 277.

Loc. 278.

bifariam in duo dividi significat; duo autem paria sunt. 17 Ut igitur universe dicam, unus est locus, non ex prioribus & notioribus confectam esse definitionem; cuius dicti (*singuli loci*) partes sunt.

CAP. V.

De aliis locis.

Secundus autem (*locus est*), si, cum res sit in genere, non posita sit in genere. In omnibus autem ita peccatum est, in quibus definitioni non adiectum est, quid (*res definita*) sit. Cuiusmodi est definitio corporis haec: id quod habet tres dimensiones; aut, si quis hominem definierit id, quod scit numerare. Non enim dictum est, quid sit illud, quod habet tres dimensiones; aut quid sit illud, quod scit numerare; genus autem, quid res sit, indicat, & eorum, quae in definitione dicuntur, primum collocatur. 2 Porro (*locus est*), si, cum

ὁριζομένου, μὴ πρὸς πάντα ἀπέδωκεν. οἷον, εἰ τὴν γραμματικὴν, ἐπιστήμην τοῦ γράψαι τὸ ὑπαγορευθέν· προσδεῖται γὰρ, ὅτι καὶ τοῦ ἀναγνῶναι· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον τοῦ γράψαι, ἢ τοῦ ἀναγνῶναι, ὁ ἀποδοὺς ὥρισται. ὥστ' οὐδ' ἕτερος, ἀλλ' ὁ ἄμφω ταῦτ' εἰπών· ἐπειδὴ πλείους οὐκ ἐνδέχεται τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοὺς εἶναι. ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν κατ' ἀλήθειαν ἔχει, καθάπερ εἴρηται· ἐπ' ἐνίων δ' οὔ· οἷον, ἐφ' ὅσων μὴ καθ' αὑτὸ πρὸς ἄμφω λέγεται. καθάπερ [ἡ] ἰατρικὴ [τοῦ] νόσον καὶ ὑγίειαν ποιῆσαι· τὸ μὲν γὰρ καθ' αὑτὴν λέγεται· τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός· ἁπλῶς γὰρ ἀλλότριον τῆς ἰατρικῆς τὸ νόσον ποιεῖν. ὥστ' οὐδὲν μᾶλλον ὥρισται ὁ πρὸς ἄμφω ἀποδοὺς τοῦ πρὸς θάτερον· ἀλλ' ἴσως καὶ χεῖρον· ἐπειδὴ καὶ τῶν λοιπῶν ὁστισοῦν δυνατός ἐστι νόσον ποιῆ-

ad plura res definita pertineat, non tamen ad omnia apta ſit. Velut, ſi grammaticen (*quis definiat*): Scientiam ſcribendi, quod proponitur; nam deeſt, *& legendi;* nam nihilo magis qui ſcribendi, quam qui legendi (*ſcientiam eſſe*) tradidit, grammaticam definivit. Quare neuter (*definivit*), ſed is (*demum*), qui haec ambo dixit, quippe cum Eiuſdem plures definitiones eſſe non poſſint. In nonnullis quidem res vere ita ſe habet, quemadmodum dictum eſt; in nonnullis vero non item; ut (*in iis*), quotquot non per ſe ad ambo pertinent. Sic ars medica eſt (*ſcientia*) morbum & ſanitatem efficiendi; hoc enim (*ſcientia ſanitatem efficiendi*) per ſe dicitur; illud vero (*ſcientia morbum efficiendi*) per accidens; nam ſimpliciter alienum eſt ab arte medica morbum efficere. Quare non magis definivit, qui ad ambo retulit (*definitionem*), quam qui ad alterum; ſed fortaſſe etiam deterius; ſiquidem & per alia quicunque poteſt morbum

σαι. 3 Ἔτι, εἰ μὴ πρὸς τὸ βέλτιον, ἀλλὰ πρὸς τὸ Loc. 279.
χεῖρον ἀπέδωκε, πλειόνων ὄντων, πρὸς ἃ λέγεται τὸ
ὁριζόμενον. πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη καὶ δύναμις τοῦ βελ-
τίστου δοκεῖ εἶναι. 4 Πάλιν, εἰ μὴ κεῖται ἐν τῷ οἰ- Loc. 280.
κείῳ [αὐτοῦ] γένει τὸ λεχθὲν, σκοπεῖν ἐκ τῶν πρὸς
τὰ γένη στοιχείων, καθάπερ πρότερον εἴρηται. 5 Ἔτι, Loc. 281.
εἰ ὑπερβαίνων λέγει τὰ γένη· οἷον, ὁ τὴν δικαιοσύνην
ἕξιν ἰσότητος ποιητικὴν, ἢ διανεμητικὴν τοῦ ἴσου. ὑπερ-
βαίνει γὰρ ὁ οὕτως ὁριζόμενος τὴν ἀρετήν. ἀπολιπὼν
οὖν τὸ τῆς δικαιοσύνης γένος οὐ λέγει τὸ τί ἦν εἶναι. ἡ
γὰρ οὐσία ἑκάστῳ μετὰ τοῦ γένους. ἔστι δὲ τοῦτο ταὐ-
τὸν τῷ μὴ εἰς τὸ ἐγγυτάτω γένος θεῖναι. ὁ γὰρ εἰς τὸ
ἐγγυτάτω θεὶς πάντα τὰ ἐπάνω εἴρηκεν· ἐπειδὴ πάν-
τα τὰ ἐπάνω γένη τῶν ὑποκάτω κατηγορεῖται. ὥστε ἢ

efficere. 3 Praeterea, si non ad melius, sed ad deterius (*aliquis*) definitionem accommodavit, cum plura sint, ad quae res definita pertinet. Omnis enim scientia & facultas videtur eius esse, quod optimum est. 4 Rursus, an id, quod dictum est, non positum sit in proprio genere, considerandum est ex elementis ad genera pertinentibus, quemadmodum antea diximus. 5 Porro (*peccat*), qui transiliens dicit genera (*qui superiora genera definiendo dicit*); velut, si quis iustitiam definiat habitum efficientem aequabilitatis, aut habitum suum cuique tribuendi. Nam sic definiens transilit virtutem. Omisso ergo genere iustitiae non dicit, quid res definita sit. Nam cuiusque rei essentia est cum genere coniuncta. Hoc autem idem est, ac si dicatur, aliquem non in proximo genere posuisse. Nam qui in proximo posuit, omnia superiora dixit; cum omnia superiora genera de inferioribus praedicentur. Quocirca vel in proximo genere po-

εἰς τὸ ἐγγυτάτω γένος θετέον, ἢ πάσας τὰς διαφορὰς τῷ ἐπάνω γένει προσαπτέον, δι' ὧν ὁρίζεται τὸ ἐγγυτάτω γένος. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἂν εἴη παραλελοιπὼς, ἀλλ' ἀντ' ὀνόματος λόγῳ εἰρηκὼς ἂν εἴη τὸ ὑποκάτω γένος. ὁ δ' αὐτὸ μόνον τὸ ἐπάνω γένος εἴπας οὐ λέγει καὶ τὸ ὑποκάτω γένος. ὁ γὰρ φυτὸν εἴπας οὐ λέγει δένδρον.

ΚΕΦ. στ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΑΛΛΩΝ.

Cap. III edd. Sylb. & Caſaub. Loc. 282. Πάλιν, ἐπὶ τῶν διαφορῶν [ὁμοίως] σκεπτέον, εἰ καὶ τὰς διαφορὰς εἶπε τὰς τοῦ γένους. εἰ γὰρ μὴ ταῖς τοῦ πράγματος ἰδίαις ὥρισται διαφοραῖς· ἢ καὶ παντελῶς τοιοῦτον εἴρηκεν, ὃ μηδενὸς ἐνδέχεται διαφορὰν εἶναι· οἷον, τὸ ζῷον, ἢ τὴν οὐσίαν· δῆλον, ὅτι οὐχ ὥρι-
Loc. 283. σται· οὐδενὸς γὰρ διαφοραὶ τὰ εἰρημένα. 2 Ὁρᾶν δὲ

nendum eſt (*id, quod definitur*), vel omnes differentiae ſuperiori generi adiungendae ſunt, per quas proximum genus definitur. Sic enim (*definiens*) nihil praetermiſerit, ſed loco nominis definitione inferius genus dixerit. Qui vero dicit ipſum ſuperius genus ſolum, non dicit etiam inferius genus. Etenim qui dicit plantam, non dicit arborem.

CAP. VI.

De aliis locis.

Rurſus, in differentiis [ſimiliter] conſiderandum eſt, an etiam generis differentias (*aliquis*) dixerit. Niſi enim propriis rei differentiis definierit; aut etiam omnino tale quidpiam dixerit, quod nullius rei poteſt eſſe differentia; velut, animal, aut ſubſtantiam; manifeſtum eſt, eum non definiiſſe; dicta enim nullius (*rei*) differentiae ſunt. 2 Videndum vero etiam eſt, an ſit

καὶ, εἰ ἔστιν ἀντιδιῃρημένον τι τῇ εἰρημένῃ διαφορᾷ. εἰ γὰρ μή ἐστι, δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἡ εἰρημένη τοῦ γένους διαφορά· πᾶν γὰρ γένος ταῖς ἀντιδιῃρημέναις διαφοραῖς διαιρεῖται· καθαπερ τὸ ζῷον τῷ πεζῷ, καὶ τῷ πτηνῷ, καὶ τῷ ἐνύδρῳ, καὶ τῷ δίποδι. 3 Ἢ, εἰ ἔστι μὲν ἀντιδιῃρημένη διαφορὰ, μὴ ἀληθεύεται δε κατὰ τοῦ γένους· δῆλον, ὅτι οὐδετέρα ἂν εἴη τοῦ γένους διαφορά· πᾶσαι γὰρ αἱ ἀντιδιῃρημέναι διαφοραὶ ἀληθεύονται κατὰ τοῦ οἰκείου γένους. 4 Ὁμοίως δε καὶ, εἰ ἀληθεύεται μὲν, μὴ ποιεῖ δε προστιθεμένη τῷ γένει εἶδος· δῆλον γὰρ, ὅτι οὐκ ἂν εἴη αὕτη εἰδοποιὸς διαφορὰ τοῦ γένους· πᾶσα γὰρ εἰδοποιὸς διαφορὰ μετὰ τοῦ γένους εἶδος ποιεῖ· εἰ δ' αὕτη μή ἐστι διαφορὰ, οὐδ' ἡ λεχθεῖσα, ἐπεὶ ταύτῃ ἀντιδιῄρηται. 5 Ἔτι, ἐὰν ἀποφάσει διαιρῇ τὸ γένος· καθάπερ τὴν γραμμὴν ὀρι- Loc. 284. Loc. 285. Loc. 286.

aliquid in diviſione oppoſitum dictae differentiae. Niſi enim hoc ſit, patet, eam, quae dicta eſt, non eſſe generis differentiam; nam quodvis genus iis differentiis dividitur, quae ſibi invicem in diviſione opponuntur; quemadmodum animal pedeſtri, & volucri, & aquatili, & bipedi. 3 Aut, ſi eſt quidem oppoſita (*aliqua*) differentia, non vere autem de genere dicitur, patet, neutram eſſe (*huius*) generis differentiam; omnes enim differentiae, quae ſibi invicem in diviſione opponuntur, de proprio genere vere dicuntur. 4 Similiter vero etiam, ſi vere quidem dicitur (*de genere*), ſed generi adiuncta non efficit ſpeciem; nam patet, hanc non eſſe ſpecificam differentiam generis; quaevis enim ſpecifica differentia cum genere coniuncta ſpeciem efficit; quod ſi autem haec non ſit differentia, neque etiam dicta (*erit differentia*), quoniam huic in diviſione opponitur. 5 Porro (*peccat*), ſi (*quis*) negatione dividat ge-

ζόμενοι μῆκος ἀπλατὲς εἶναι. οὐδὲν γὰρ ἄλλο σημαίνει, ἢ ὅτι οὐκ ἔχει πλάτος. συμβήσεται οὖν, τὸ γένος μετέχειν τοῦ εἴδους· πᾶν γὰρ μῆκος ἢ ἀπλατὲς, ἢ πλάτος ἔχον ἐστίν· ἐπεὶ κατὰ παντὸς ἡ ἡ κατάφασις ἢ ἡ ἀπόφασις ἀληθεύεται. ὥστε καὶ τὸ γένος τῆς γραμμῆς, μῆκος ὄν, ἢ ἀπλατὲς, ἢ πλάτος ἔχον ἔσται. μῆκος δὲ ἀπλατὲς εἴδους ἐστὶ λόγος· ὁμοίως δὲ καὶ μῆκος πλάτος ἔχον. τὸ γὰρ ἀπλατὲς καὶ τὸ πλάτος ἔχον διαφοραί εἰσιν· ἐκ δὲ τῆς διαφορᾶς καὶ τοῦ γένους ὁ τοῦ εἴδους ἐστὶ λόγος. ὥστε τὸ γένος ἐπιδέχοιτ' ἂν τὸν τοῦ εἴδους λόγον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τῆς διαφορᾶς· ἐπειδὴ ἡ ἑτέρα τῶν εἰρημένων διαφορῶν ἐξ ἀνάγκης κατηγορεῖται τοῦ γένους. 6 Ἔστι δ' ὁ εἰρημένος τόπος χρήσιμος πρὸς τοὺς τιθεμένους, ἰδέας εἶναι. εἰ γάρ ἐστιν αὐτομῆκος, πῶς κατηγορηθήσεται κατὰ τοῦ γένους,

nus; quemadmodum qui lineam definiunt esse longitudinem latitudine carentem. Hoc enim nihil aliud significat, quam non habere latitudinem. Accidet igitur, ut genus sit particeps speciei; omnis enim longitudo vel latitudine caret, vel latitudinem habet; quippe cum de omni re aut affirmatio, aut negatio vere dicatur. Quare etiam genus lineae, viz. longitudo, aut latitudine carebit, aut latitudinem habebit. Longitudo autem sine laritudine est definitio speciei; similiter vero etiam longitudo habens latitudinem. Nam latitudine carens & latitudinem habens differentiae sunt; ex differentia autem & genere fit definitio speciei. Quare genus recipiet speciei definitionem; similiter vero etiam differentiae (*definitionem*); quandoquidem altera ex dictis differentiis necessario de genere praedicatur. 6 Est autem dictus locus utilis adversus eos, qui ponunt, *ideas* esse. Nam si est longitudinis idea, quomodo praedicabitur de ge-

ὅτι πλάτος ἔχον ἐστὶν, ἢ ἀπλατές ἐστι; δεῖ γὰρ κατὰ παντὸς μήκους τὸ ἕτερον αὐτῶν ἀληθεύεσθαι, εἴπερ κατὰ τοῦ γένους ἀληθεύεσθαι μέλλει. τοῦτο δ' οὐ συμβαίνει. ἔστι γὰρ ἀπλατῆ καὶ πλάτος ἔχοντα μήκη. ὥστε πρὸς ἐκείνους μόνους χρήσιμος ὁ τόπος, ὅσοι τὸ γένος ἓν ἀριθμῷ φασιν εἶναι. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ τὰς ἰδέας [μόνον] τιθέμενοι. αὐτομήκος γὰρ καὶ αὐτοζῶον γένος φασὶν εἶναι. 7 Ἴσως δ' ἐπ' ἐνίων ἀναγ- Loc. 287.
καῖον καὶ ἀποφάσει χρῆσθαι τὸν ὁριζόμενον. οἷον, ἐπὶ τῶν στερήσεων. τυφλὸν γάρ ἐστι τὸ μὴ ἔχον ὄψιν, ὅτε πέφυκεν ἔχειν. 8 Διαφέρει δ' οὐδέν, ἀποφάσει διελεῖν Loc. 288.
τὸ γένος, ἢ τοιαύτῃ καταφάσει, ἢ ἀπόφασιν ἀναγκαῖον ἀντιδιαιρεῖσθαι. οἷον, εἰ μῆκος πλάτος ἔχον ὥρισται. τῷ γὰρ πλάτος ἔχοντι τὸ μὴ ἔχον πλάτος ἀν-

nere latitudinem habere, aut latitudine carere? Oportet enim de omni longitudine alterum horum verum esse, siquidem futurum est, ut de genere vere dicatur. Hoc autem non contingit. Sunt enim longitudines latitudine carentes, & latitudinem habentes. Quare adversus eos solos utilis est locus, quicunque genus aiunt unum esse numero. Hoc autem faciunt, qui ideas [solum] esse ponunt. Nam ideam longitudinis & ideam animalis genus dicunt esse. 7 Fortasse autem in nonnullis etiam necesse est definientem negatione uti. Velut, in privationibus. Nam caecum est, quod non habet visum, quando secundum naturam (*illum*) habere debet. 8 Nihil vero refert, utrum negatione dividas genus, an tali affirmatione, cui necesse sit negationem in divisione opponi. Velut, si (*quis*) longitudinem definierit, ut (*aliquid*) latitudinem habens. Nam latitudinem habenti id, quod non habet latitudinem, in divisione oppositum

τιδιήρηται, ἄλλο δ' οὐδέν· ὥστε ἀποφάσει πάλιν
Loc. 289. διαιρεῖται τὸ γένος. 9 Πάλιν, εἰ τὸ εἶδος ὡς διαφορὰν
ἀπέδωκε· καθάπερ οἱ τὸν προπηλακισμὸν ὕβριν μετὰ
χλευασίας ὁριζόμενοι. ἡ γὰρ χλευασία ὕβρις τις· ὥστ'
Loc. 290. οὐ διαφορὰ, ἀλλ' εἶδος, ἡ χλευασία. 10 Ἔτι, εἰ τὸ
γένος ὡς διαφορὰν εἴρηκεν· οἷον, τὴν ἀρετὴν ἕξιν ἀγαθὴν,
ἢ σπουδαίαν. γένος γὰρ τἀγαθὸν τῆς ἀρετῆς ἐστιν. ἢ
οὐ γένος τἀγαθὸν, ἀλλὰ διαφορά; εἴπερ ἀληθὲς, ὅτι
οὐκ ἐνδέχεται, ταὐτὸ ἐν δυσὶ γένεσιν εἶναι μὴ περι-
ἔχουσιν ἄλληλα. οὔτε γὰρ τἀγαθὸν τὴν ἕξιν περιέχει,
οὔθ' ἡ ἕξις τἀγαθόν· οὐ γὰρ πᾶσα ἕξις ἀγαθόν· οὐδὲ
πᾶν ἀγαθὸν ἕξις. ὥστ' οὐκ ἂν εἴη γένη ἀμφότερα. εἰ
οὖν ἡ ἕξις τῆς ἀρετῆς γένος, δῆλον, ὅτι τἀγαθὸν οὐ
γένος, ἀλλὰ μᾶλλον διαφορά. ἔτι, ἡ μὲν ἕξις τί ἐστι

est, aliud vero nihil; proinde rursus negatione dividitur genus. 9 Rursus (*videndum est*), an (*definiens*) speciem ut differentiam tradiderit; quemadmodum qui convicium definiunt contumeliam cum irrisione. Nam irrisio est contumelia quaedam; quare irrisio non est differentia, sed species. 10 Praeterea (*videndum est*), an genus ut differentiam dixerit; velut, virtutem esse habitum bonum, aut probum. Nam bonum est virtutis genus. An bonum non est genus, sed differentia? siquidem verum est, fieri non posse, ut idem sit in duobus generibus, quorum neutrum alterum contineat. Neque enim τὸ bonum continet habitum, neque habitus bonum; non enim omnis habitus bonum est; neque omne bonum est habitus. Quare non fuerint ambo (*virtutis*) genera. Si igitur habitus est virtutis genus, patet, τὸ bonum non esse genus, sed potius differentiam. Praeterea, habitus quidem significat, quid sit virtus;

σημαίνει ἡ ἀρετή· τὸ δ' ἀγαθὸν οὐ, τί ἐστιν, ἀλλὰ ποιόν· δοκεῖ δὲ ἡ διαφορὰ ποῖόν τι σημαίνειν. 11 Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ μὴ ποῖόν τι, ἀλλὰ τόδε [τι] σημαίνει ἡ ἀποδοθεῖσα διαφορά· δοκεῖ γὰρ ποῖόν τι πᾶσα διαφορὰ δηλοῦν. 12 Σκοπεῖν δὲ καὶ, εἰ κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει τῷ ὁριζομένῳ ἡ διαφορά. οὐδεμία γὰρ διαφορὰ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ὑπαρχόντων ἐστὶ, καθάπερ οὐδὲ τὸ γένος· οὐ γὰρ ἐνδέχεται, τὴν διαφορὰν ὑπάρχειν τινὶ, καὶ μὴ ὑπάρχειν. 13 Ἔτι, εἰ κατηγορεῖται τοῦ γένους ἡ διαφορὰ, ἢ τὸ εἶδος, ἢ τῶν κάτωθέν τι τοῦ εἴδους· οὐκ ἂν εἴη ὡρισμένον. οὐδὲν γὰρ τῶν εἰρημένων ἐνδέχεται τοῦ γένους κατηγορεῖσθαι· ἐπειδὴ τὸ γένος ἐπὶ πλεῖον πάντων λέγεται. 14 Πάλιν, εἰ κατηγορεῖται τὸ γένος τῆς διαφορᾶς· οὐ γὰρ κατὰ τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ καθ' ὧν ἡ διαφορὰ τὸ γένος δοκεῖ κατηγορεῖσθαι· οἷον, τὸ ζῷον κατὰ τοῦ ἀν-

Loc. 291. Loc. 292. Loc. 293. Loc. 294.

bonum autem non, *quid* ſit, ſed *quale;* videtur autem differentia quale quid ſignificare. 11 Videndum vero etiam eſt, an non quale quid, ſed hocce quid propoſita differentia ſignificet; videtur enim omnis differentia quale quid declarare. 12 Conſiderare etiam oportet, an per accidens inſit rei definitae differentia. Nam nulla differentia eſt in eorum numero, quae per accidens inſunt, quemadmodum neque genus; fieri enim nequit, ut differentia alicui inſit, & non inſit. 13 Porro, ſi de genere praedicatur differentia, aut ſpecies, aut aliquid ſpeciei ſubiectum; non fuerit (*recte*) definitum. Nihil enim ex dictis de genere praedicari poteſt; quoniam genus latius, quam omnia, patet. 14 Rurſus, ſi genus de differentia praedicatur; non enim de differentia, ſed (*de iis*) de quibus differentia (*dicitur*), genus videtur praedicari; velut, animal de homine, de bove, & aliis

ἀνθρώπου, καὶ τοῦ βοὸς, καὶ τῶν ἄλλων πεζῶν ζώων; οὐκ αὐτῆς τῆς διαφορᾶς τῆς κατὰ τοῦ εἴδους λεγομένης. εἰ γὰρ καθ' ἑκάστης τῶν διαφορῶν τὸ ζῶον κατηγορηθήσεται, πολλὰ ζῶα τοῦ εἴδους ἂν κατηγορεῖτο· αἱ γὰρ διαφοραὶ τοῦ εἴδους κατηγοροῦνται. ἔτι, διαφοραὶ πᾶσαι ἢ εἴδη ἢ ἄτομα ἔσται, εἴπερ εἴη ζῶα· ἕκαστον γὰρ τῶν ζώων ἢ εἶδός ἐστιν, ἢ ἄτομον. 15
Loc. 295. Ὁμοίως δὲ σκεπτέον καὶ, εἰ τὸ εἶδος, ἢ τῶν ὑποκάτω τι τοῦ εἴδους, τῆς διαφορᾶς κατηγορεῖται· ἀδύνατον γάρ· ἐπειδὴ ἐπὶ πλέον ἡ διαφορὰ τῶν εἰδῶν λέγεται. ἔτι, συμβήσεται, τὴν διαφορὰν εἶδος εἶναι, εἴπερ κατηγορηθήσεταί τι αὐτῆς τῶν εἰδῶν. εἰ γὰρ κατηγορεῖται ὁ ἄνθρωπος, δῆλον, ὅτι ἡ διαφορὰ ἄνθρωπός ἐστι. 16
Loc. 296. Πάλιν, εἰ μὴ πρότερον ἡ διαφορὰ τοῦ εἴδους. τοῦ μὲν γὰρ γένους ὕστερον, τοῦ δὲ εἴδους πρότερον τὴν διαφο-
Loc. 297. ρὰν δεῖ εἶναι. 17 Σκοπεῖν δὲ καὶ, εἰ ἑτέρου γένους ἡ

pedestribus animalibus, non de ipsa differentia, quae de specie dicitur. Nam si de singulis differentiis animal praedicabitur, multa animalia de specie praedicarentur; nam differentiae de specie praedicantur. Porro, omnes differentiae vel erunt species, vel individua, siquidem sint animalia; quodvis enim animal aut species est, aut individuum. 15 Similiter vero considerandum est, an species, vel aliquid eorum, quae sub specie sunt, de differentia praedicetur; hoc enim impossibile est; quia de pluribus differentia dicitur, quam species. Praeterea, accidet, ut differentia sit species, si quae species de ea praedicabitur. Nam si homo (*de differentia*) praedicatur, patet, differentiam esse hominem. 16 Rursus (*videndum est*), an differentia non sit prior specie. Genere enim posteriorem, specie vero priorem differentiam oportet esse. 17 Considerandum vero etiam est,

ῥηθεῖσα διαφορὰ, μηδὲ περιεχομένου, μηδὲ περιέχοντος. οὐ δοκεῖ γὰρ ἡ αὐτὴ διαφορὰ δύο γενῶν εἶναι μὴ περιεχόντων ἄλληλα. εἰ δὲ μὴ, συμβήσεται, καὶ εἶδος τὸ αὐτὸ ἐν δυσὶ γένεσιν εἶναι μὴ περιέχουσιν ἄλληλα. ἐπιφέρει γὰρ ἑκάστη τῶν διαφορῶν τὸ οἰκεῖον γένος· καθάπερ τὸ πεζὸν καὶ τὸ δίπουν τὸ ζῶον συνεπιφέρει. ὥστε, εἰ, καθ' οὗ ἡ διαφορὰ, καὶ τῶν γενῶν ἑκάτερον· δῆλον [οὖν], ὅτι τὸ εἶδος ἐν δυσὶ γένεσιν οὐ περιέχουσιν ἄλληλα. 18 Ἢ οὐκ ἀδύνατον τὴν αὐτὴν διαφορὰν δύο γενῶν εἶναι μὴ περιεχόντων ἄλληλα· ἀλλὰ προσθετέον, μηδ' ἄμφω ὑπὸ ταὐτὸ ὄντων; τὸ γὰρ πεζὸν ζῶον καὶ τὸ πτηνὸν ζῶον γένη ἐστὶν οὐ περιέχοντα ἄλληλα, καὶ ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ δίπουν ἐστὶ διαφορά· ὥστε προσθετέον, ὅτι μηδ' ὑπὸ τὸ αὐτὸ

an alterius generis ſit dicta differentia, quod neque (*ab ea*) contineatur, neque (*eam*) contineat. Nam non videtur eadem differentia eſſe duorum generum, quorum neutrum ſub altero continetur. Alioquin accidet, etiam ſpeciem eandem in duobus generibus eſſe, quorum neutrum alterum continet. Nam ex unaquaque differentia concluditur proprium genus; quemadmodum ex pedeſtri & bipede una concluditur animal. Quare, ſi (*de eo*) dicitur utrumque genus, de quo (*dicitur*) differentia; manifeſtum eſt, ſpeciem eſſe in duobus generibus, quorum neutrum ſub altero continetur. 18 An non fieri poteſt, ut eadem differentia ſit duorum generum, quorum neutrum alterum contineat; ſed eſtne adiiciendum, nec utrumque ſub eodem contineri? nam pedeſtre animal & alatum animal ſunt genera, quorum neutrum ſub altero continetur, & utriuſque eorum τὸ bipes eſt differentia; quare adiiciendum eſt, nec utrumque ſub

ὄντων ἄμφω. ταῦτα γὰρ ἄμφω ὑπὸ τὸ ζῷόν ἐστι. 19 Δῆλον δὲ καὶ, ὅτι οὐκ ἀνάγκη, τὴν διαφορὰν πᾶν τὸ οἰκεῖον ἐπιφέρειν γένος· ἐπεὶ ἐνδέχεται, τὴν αὐτὴν δύο γενῶν εἶναι μὴ περιεχόντων ἄλληλα· ἀλλὰ τὸ ἕτερον μόνον ἀνάγκη συνεπιφέρειν, καὶ τὰ ἐπάνω τούτου πάντα· καθάπερ τὸ δίπουν τὸ πτηνὸν ἢ τὸ πεζὸν
Loc. 298. συνεπιφέρει ζῷον. 20 Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ τὸ ἔν τινι [ὡς] διαφορὰν ἀποδέδωκεν οὐσίας. οὐ δοκεῖ γὰρ διαφέρειν οὐσία οὐσίας τῷ ποῦ εἶναι. διὸ καὶ τοῖς τῷ πεζῷ καὶ τῷ ἐνύδρῳ διαιροῦσι τὸ ζῷον ἐπιτιμῶσιν, ὡς τὸ πεζὸν καὶ τὸ ἔνυδρον ποῦ σημαῖνον. ἢ ἐπὶ μὲν τούτων οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσιν; οὐ γὰρ ἔν τινι, οὐδὲ ποῦ, σημαίνει τὸ ἔνυδρον καὶ τὸ χερσαῖον, ἀλλὰ ποῖόν τι. καὶ γὰρ ἂν ᾖ ἐν τῷ ξηρῷ, ὁμοίως ἔνυδρον. ὁμοίως δὲ τὸ χερσαῖον, κἂν ἐν ὑγρῷ, χερσαῖον, ἀλλ' οὐκ ἔνυδρον ἔσται.

eodem contineri. Haec enim ambo ſub animali ſunt. 19 Manifeſtum vero etiam eſt, non neceſſe eſſe, ut ex differentia ſemper proprium genus concludatur; quoniam eadem eſſe poteſt duorum generum, quorum neutrum ſub altero continetur; ſed tantum, ut alterum genus neceſſario concludatur, & omnia, quae ſupra illud ſunt; quemadmodum ex bipede alatum vel pedeſtre animal concluditur. 20 Videndum vero etiam eſt, an τὸ eſſe in aliquo quaſi ſubſtantiae differentiam (*aliquis*) tradiderit. Non enim videtur ſubſtantia a ſubſtantia eo differre, quod ſit *alicubi*. Idcirco & eos reprehendunt, qui pedeſtri & aquatili animal dividunt, quaſi pedeſtre & aquatile ſignificent τὸ alicubi (*eſſe*). An in his quidem non recte reprehendunt? Non enim (*eſſe*) in aliquo, nec alicubi, ſignificant aquatile & terrenum, ſed quale quid. Etiamſi enim in ſicco ſit, erit tamen aquatile. Similiter vero terrenum, etiamſi in humido ſit,

ἀλλ' ὅμως, ἐάν ποτε σημαίνῃ τὸ ἔν τινι ἡ διαφορὰ, δῆλον, ὅτι διημαρτηκὼς ἔσται. 21 Πάλιν, εἰ τὸ πάθος διαφορὰν ἀποδέδωκε. πᾶν γὰρ πάθος μᾶλλον γινόμενον ἐξίστησι τῆς οὐσίας· ἡ δὲ διαφορὰ οὐ τοιοῦτον· μᾶλλον γὰρ σώζειν δοκεῖ ἡ διαφορὰ, οὗ ἐστι διαφορά. καὶ ἁπλῶς ἀδύνατον, εἶναι ἄνευ τῆς οἰκείας διαφορᾶς ἕκαστον· πεζοῦ γὰρ μὴ ὄντος, οὐκ ἔσται ἄνθρωπος. 22 Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, καθ' ὅσα ἀλλοιοῦται τὸ ἔχον, οὐδὲν τούτων διαφορὰ ἐκείνου· ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μᾶλλον γινόμενα ἐξίστησι τῆς οὐσίας. ὥστ', εἴ τινα τοιαύτην διαφορὰν ἀπέδωκεν, ἡμάρτηκεν· ἁπλῶς γὰρ οὐκ ἀλλοιούμεθα κατὰ τὰς διαφοράς. 23 Καὶ, εἴ τινος τῶν πρός τι μὴ πρὸς ἄλλο τι τὴν διαφορὰν ἀποδέδωκε. τῶν γὰρ πρός τι καὶ αἱ διαφοραὶ πρός τι· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιστήμης· θεω-

Loc. 299.

Loc. 300.

Loc. 301.

nea & numerus. 7 Porro, an id, quod definitum eſt, in uno aliquo primo naturâ eſſe poſſit; e quibus autem aliquis conſtare illud dixit, ea non in uno primo naturâ eſſe poſſint, ſed utrumque in alio. Nam manifeſtum eſt, ex illis hoc non conſtare. In quibus enim partes inſunt, (*in illis*) etiam Totum neceſſe eſt ineſſe; quamobrem Totum non in uno primo, ſed in pluribus erit. 8 Si vero & partes & Totum in uno primo (*ſubiecto inſint*), conſiderare (*oportet*), an non in eodem (*inſint ſimul*), ſed in alio partes, in alio Totum. 9 Rurſus, an cum Toto ſimul intereant partes. Nam vice verſa accidere oportet, ut, partibus interemtis, Totum intereat; Toto autem interemto, non neceſſe eſt, ut etiam partes interierint. 10 Vel, an Totum quidem ſit bonum, aut malum; partes vero neutrum; vel vice verſa, partes quidem ſint bonae aut malae; Totum vero neutrum. Neque enim ex neutro bonum quidpiam, aut

ἢ κακὸν, γενέσθαι δυνατὸν, οὔτε ἐκ κακῶν, ἢ ἀγα-
Loc. 351. θῶν, μηδέτερον. 11 Ἢ, εἰ μᾶλλον μὲν θάτερον ἀγα-
θὸν, ἢ θάτερον κακόν· τὸ δ' ἐκ τούτων μὴ μᾶλλον
ἀγαθὸν, ἢ κακόν. οἷον, εἰ ἡ ἀναίδεια ἐξ ἀνδρίας καὶ
ψευδοῦς δόξης. μᾶλλον γὰρ ἀγαθὸν ἡ ἀνδρία, ἢ κακὸν
ἡ ψευδὴς δόξα. ἔδει οὖν καὶ τὸ ἐκ τούτων ἀκολουθεῖν
τῷ μᾶλλον, καὶ εἶναι ἢ ἁπλῶς ἀγαθὸν, ἢ μᾶλλον
ἀγαθὸν, ἢ κακόν. 12 Ἢ τοῦτο μὲν οὐκ ἀναγκαῖον,
ἐὰν μὴ ἑκάτερον ᾖ καθ' αὑτὸ ἀγαθὸν, ἢ κακόν; πολλὰ
γὰρ τῶν ποιητικῶν καθ' αὑτὰ μὲν οὐκ ἔστιν ἀγαθά·
μιχθέντα δέ τισι γίνεται ἀγαθά. τὰ δὲ ἀνάπαλιν
ἑκάτερον μὲν ἀγαθόν· μιχθέντα δὲ κακὸν, ἢ οὐδέτερον.
μάλιστα δὲ καταφανὲς τὸ νῦν ῥηθὲν ἐπὶ τῶν ὑγιεινῶν
καὶ τῶν νοσωδῶν· ἔνια γὰρ τῶν φαρμάκων οὕτως ἔχει,

malum, fieri poteſt, neque ex malis, aut bonis, neutrum. 11 Vel, an alterum ſit magis bonum, quam alterum malum; quod autem ex his (*conſtare dicitur*), non magis bonum, quam malum. Velut, ſi impudentia (*dicatur conſtare*) ex fortitudine & falſa opinione. Nam magis eſt bonum fortitudo, quam malum falſa opinio. Ergo oportebat etiam id, quod ex his (*conſtare dicitur*), ei, quod magis eſt, conſequens eſſe, & eſſe vel ſimpliciter bonum, vel magis bonum, quam malum. 12 An hoc quidem non eſt neceſſarium, niſi utrumque ſit per ſe bonum, vel malum? Multa enim effectiva per ſe quidem non ſunt bona; mixta autem cum quibuſdam fiunt bona. Alia autem vice verſa (*ita comparata ſunt, ut*) utraque quidem bona ſint; mixta vero malum fiant, aut neutrum (*nec bonum, nec malum*). Maxime autem perſpicuum eſt, quod modo dixi, in ſalubribus & inſalubribus; nonnulla enim medicamina ita ſe habent,

ὡς ἑκάτερον μὲν εἶναι ἀγαθόν· ἐὰν δὲ ἄμφω δοθῇ μιχθέντα, κακόν. 13 Πάλιν, εἰ ἐκ βελτίονος καὶ Loc. 352.
χείρονος ὂν μή ἐστι τὸ ὅλον τοῦ μὲν βελτίονος χεῖρον, τοῦ δὲ χείρονος βέλτιον. 14 Ἢ οὐδὲ τοῦτο ἀναγκαῖον, ἐὰν μὴ καθ' αὑτὰ ᾖ τὰ, ἐξ ὧν σύγκειται, ἀγαθά; ἐπὶ γὰρ τῶν μὴ καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν οὐδὲν κωλύει, τὸ ὅλον μὴ γίνεσθαι ἀγαθόν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀρτίως ῥηθέντων. 15 Ἔτι, εἰ συνώνυμον τὸ ὅλον θατέρῳ· οὐ Loc. 353.
δεῖ γάρ· καθάπερ οὐδὲ ἐπὶ τῶν συλλαβῶν· οὐδενὶ γὰρ τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν σύγκειται [ἡ] συλλαβὴ, συνώνυμός ἐστιν. 16 Ἔτι, εἰ μὴ εἴρηκε τὸν τρόπον τῆς συνθέσεως. οὐ γὰρ αὔταρκες πρὸς τὸ γνωρίσαι τὸ εἰπεῖν ἐκ τούτων· οὐ γὰρ τὸ ἐκ τούτων, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐκ τούτων ἑκάστου τῶν συνθέτων ἡ οὐσία· καθάπερ ἐπὶ οἰκίας. οὐ γὰρ ἂν, ὁπωσοῦν συνθετῇ ταῦτα, οἰκία

ut utrumque (*medicamen*) bonum ſit; ſi ambo autem praebeantur mixta, malum (*fiant*). 13 Rurſus (*videndum eſt*), an Totum ex meliori & peiori conſtans non ſit meliori quidem peius, peiori autem melius. 14 An neque hoc neceſſarium eſt, niſi ea, e quibus (*Totum*) conſtat, ſint per ſe bona? Nam in iis, quae non per ſe bona ſunt, nihil vetat, Totum non fieri bonum, quemadmodum in modo dictis. 15 Porro (*videndum eſt*), an ſynonymum ſit Totum alteri (*parti*); id enim non eſſe debet; uti ne in ſyllabis quidem; nulli enim ex elementis, e quibus conſtat ſyllaba, (*haec*) ſynonyma eſt. 16 Praeterea, an (*aliquis*) non explicuerit modum compoſitionis. Nam ad cognitionem non ſufficit, ut dicat, (*rem*) ex his (*conſtare*); non ſolum enim τὸ ex his (*conſtare*), ſed etiam τὸ SIC ex his (*conſtare*) cuiuſque compoſiti eſſentia eſt; quemadmodum in domo. Neque enim, *quocunque* modo haec componantur, domus eſt.

Loc. 354. ἐστίν. 17 Εἰ δὲ τόδε μετὰ τοῦδε ἀποδέδωκε· πρῶτον μὲν ῥητέον, ὅτι τόδε μετὰ τοῦδε ἤτοι τόδε καὶ τόδε λέγεται, ἢ τόδε ἐκ τῶνδε. ὁ γὰρ λέγων μέλι μεθ' ὕδατος ἤτοι μέλι καὶ ὕδωρ λέγει, ἢ τὸ ἐκ μέλιτος καὶ ὕδατος. ὥστ' ἂν ὁποτερῳοῦν τῶν εἰρημένων ταὐτὸν ὁμολογήσῃ εἶναι τὸ τόδε μετὰ τοῦδε, τὰ αὐτὰ ἁρμόσει λέγειν, ἅπερ πρὸς ἑκάτερον τούτων ἔμπροσθεν εἴρηται.

Loc. 355. 18 Ἔτι, διελόμενον, ὁσαχῶς λέγεται ἕτερον μεθ' ἑτέρου, σκοπεῖν, εἰ μηδαμῶς τόδε μετὰ τοῦδε. οἷον, εἰ λέγεται ἕτερον μεθ' ἑτέρου ἢ ὡς ἔν τινι ταὐτῷ δεκτικῷ, καθάπερ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρία ἐν ψυχῇ, ἢ ἐν [τῷ] τόπῳ τῷ αὐτῷ, ἢ ἐν [τῷ] χρόνῳ τῷ αὐτῷ· μηδαμῶς δ' ἀληθὲς ἦ τὸ εἰρημένον ἐπὶ τούτων· δῆλον, ὅτι οὐδενὸς ἂν εἴη ὁ ἀποδοθεὶς ὁρισμὸς, ἐπειδὴ οὐδαμῶς τόδε μετὰ

Loc. 356. τοῦδέ ἐστιν. 19 Εἰ δὲ τῶν διαιρεθέντων [ὁσαχῶς λέγε-

17 Sin autem (*rem esse*) hoc cum illo (*aliquis*) tradiderit; primo quidem dicendum est, hoc *cum* illo aut hoc & illud vocari, aut hoc *ex* his (*compositum*). Nam dicens mel cum aqua aut mel & aquam dicit, aut ex melle & aqua (*compositum*). Itaque utrumvis horum confiteatur idem esse atque hoc cum illo, eadem dici poterunt, quae contra utrumvis eorum ante dicta sunt. 18 Porro, distinctione facta, quot modis dicatur alterum cum altero, considerandum est, an nullo modo hoc sit cum illo. Velut, si dicitur alterum cum altero vel ut in aliquo eodem subiecto recipienti, quemadmodum iustitia & fortitudo in anima, vel in eodem loco, vel in eodem tempore; nullo autem modo verum est dictum de his; patet, nullius (*rei*) esse definitionem propositam, quandoquidem nullo modo hoc cum illo est. 19 Quod si autem distinctione facta, [quot mo-

ται ἕτερον μεθ' ἑτέρου,] ἀληθὲς [ἢ] τὸ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ὑπάρχειν ἑκάτερον· σκοπεῖν, εἰ ἐνδέχεται μὴ πρὸς ταὐτὸν ἑκάτερον λέγεσθαι. οἷον, εἰ τὴν ἀνδρίαν ὡρίσατο τόλμαν μετὰ διανοίας ὀρθῆς· ἐνδέχεται γὰρ, τόλμαν μὲν ἔχειν τοῦ ἀποστρεῖν, ὀρθὴν δὲ διανοιαν περὶ τὰ ὑγιεινά· ἀλλ' οὔπω ἀνδρεῖος ὁ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τόδε μετὰ τοῦδε ἔχων. ἔτι, εἰ [καὶ] πρὸς τὸ αὐτὸ ἄμφω λέγεται, οἷον, πρὸς τὰ ἰατρικά· οὐδὲν γὰρ κωλύει, καὶ τόλμαν τινὰ καὶ ὀρθὴν διάνοιαν ἔχειν πρὸς τὰ ἰατρικά· ἀλλ' ὅμως οὐδ' οὕτως ἀνδρεῖος ὁ τόδε μετὰ τοῦδε ἔχων. οὔτε γὰρ πρὸς ἕτερον ἑκάτερον αὐτῶν δεῖ λέγεσθαι, οὔτε πρὸς ταὐτὸν τὸ τυχὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀνδρίας τέλος· οἷον, πρὸς τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους, ἢ εἴ τι μᾶλλον τούτου τέλος. 20 Ἔνια δὲ τῶν οὕτως ἀποδεδομένων οὐδαμῶς ὑπὸ τὴν εἰρημένην πίπτει

dis dicatur alterum cum altero,] verum [ſit], in eodem tempore ineſſe utrumque; conſiderare (*oportet*), an contingat, ut non ad idem referatur utrumque. Velut, ſi (*quis*) fortitudinem definierit audaciam cum recta ratione; contingit enim, ut audaciam habeat (*aliquis*) ad ſpoliandum, rectam autem rationem circa ſalubria; ſed nondum fortis eſt eodem tempore hoc cum illo habens. Praeterea, etiamſi ambo ad idem referantur, velut, ad res medicas; nihil enim prohibet, aliquem & audaciam & rectam rationem habere circa res medicas; attamen ne ſic quidem fortis eſt hoc cum illo habens. Neque enim ad diverſum quid utrumque eorum referri debet, neque ad idem quodlibet, ſed ad fortitudinis finem; veluti, ad belli pericula, aut ſi quid aliud magis, quam hoc, finis eſt. 20 Nonnulla autem eorum, quae ſic explicantur, ſub dictam diviſionem plane non

διαίρεσιν· οἷον, εἰ ἡ ὀργὴ λύπη ἐστὶ μεθ' ὑπολήψεως τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι. ὅτι γὰρ διὰ τὴν ὑπόληψιν τὴν τοιαύτην ἡ λύπη γίνεται, τοῦτο βούλεται δηλοῦν. τὸ δὲ διὰ τοῦτο γίνεσθαί τι οὐκ ἔστι ταὐτὸν τῷ μετὰ τούτου τόδε εἶναι κατ' οὐδένα τῶν εἰρημένων τρόπων.

ΚΕΦ. ιδ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΠΩΝ ΑΛΛΩΝ.

Cap. VI edd. Sylb. & Cafaub. Cap. XV edd. Pac. Loc. 357.

Πάλιν, εἰ τὴν τούτων σύνθεσιν εἴρηκε τὸ ὅλον· οἷον, τῆς ψυχῆς καὶ σώματος σύνθεσιν τὸ ζῷον· πρῶτον μὲν σκοπεῖν, εἰ μὴ εἴρηκε, ποία σύνθεσις, καθάπερ εἰ σάρκα ὁριζόμενος, ἢ ὀστοῦν, τὴν πυρὸς καὶ γῆς καὶ ἀέρος σύνθεσιν εἶπεν. οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ σύνθεσιν εἰπεῖν· ἀλλὰ καὶ, ποία τις, προσδιοριστέον. οὐ γὰρ ὁπωσοῦν συντεθέντων τούτων σὰρξ γίνεται· ἀλλ' οὕτωσὶ μὲν

cadunt; velut, si ira dolor est cum existimatione contemtus. Nam hoc vult declarare, e tali existimatione dolorem gigni. Aliquid autem ex hoc gigni non est idem, atque esse hoc cum illo, secundum ullum eorum modorum, qui dicti sunt.

CAP. XIV.

De aliis locis.

Rursus, si quis Totum dixerit esse horum compositionem; velut, animae & corporis compositionem esse animal; primum quidem considerandum est, an non dixerit, qualis sit compositio, quemadmodum si carnem definiens, aut os, ignis & terrae & aëris compositionem esse dixerit. Non enim sufficit τὸ dicere, compositionem (*esse*), sed etiam, qualis ea sit, insuper explicandum est. Non enim quomodocunque his compositis caro fit; sed hocce quidem modo compositis (*fit*)

συντεθέντων σάρξ· οὐτωσὶ δὲ ὀστοῦν. ἔοικε δ' οὐδ' εἶναι τὸ παράπαν συνθέσει ταὐτὸν οὐδέτερον τῶν εἰρημένων. συνθέσει μὲν γὰρ πάσῃ διάλυσις ἐναντίον· τῶν δ' εἰρημένων οὐδετέρῳ οὐδέν. ἔτι, εἰ ὁμοίως πιθανὸν, πᾶν τὸ σύνθετον σύνθεσιν εἶναι, ἢ μηδέν· τῶν δὲ ζώων ἕκαστον σύνθετον ὂν μή ἐστι σύνθεσις· οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν τῶν συνθέτων σύνθεσις ἂν εἴη. 2 Πάλιν, εἰ ὁμοίως Loc. 358.
ἔν τινι πέφυκεν ὑπάρχειν τἀναντία, ὥρισται δὲ διὰ θατέρου· δῆλον [γὰρ] ὅτι οὐχ ὥρισται. εἰ δὲ μὴ, πλείους τοῦ αὐτοῦ συμβήσεται ὁρισμοὺς εἶναι. τί γὰρ μᾶλλον ὁ διὰ τούτου, ἢ ὁ διὰ τοῦ ἑτέρου ὁρισάμενος εἴρηκεν, ἐπειδὴ ὁμοίως ἀμφότερα πέφυκε γίνεσθαι ἐν αὐτῷ; τοιοῦτος δ' ὁ τῆς ψυχῆς ὅρος, εἴπερ ἔστιν οὐσία ἐπιστήμης δεκτική· ὁμοίως γὰρ καὶ ἀγνοίας ἐστὶ δεκτική. 3 Δεῖ δὲ καὶ, ἐὰν μὴ πρὸς ὅλον ἔχῃ τις ἐπι- Loc. 359.

caro; illo vero os. Videtur autem neutrum eorum, quae dixi, omnino esse idem, quod compositio. Nam omni compositioni dissolutio est contraria; neutri vero eorum, quae dixi. Praeterea, si aeque probabile est, omne compositum esse compositionem, aut nihil; unumquodque autem animal, cum compositum sit, non est compositio; ne aliud quidem ullum compositum erit compositio. 2 Rursus, si naturâ in aliquo contraria aeque inesse possint, definierit autem (*aliquis*) per alterum (*tantum*); patet, eum non definiisse. Alioquin accidet, ut eiusdem plures sint definitiones. Quid enim amplius dixit, qui per hoc, quam qui per illud definivit, cum naturâ ambo in eodem aeque inesse possint? Talis vero est animae definitio, siquidem est substantia scientiae capax; nam similiter etiam est ignorantiae capax. 3 Oportet vero etiam, si quis adversus totam

χειρεῖν τὸν ὁρισμὸν διὰ τὸ μὴ γνώριμον εἶναι τὸ ὅλον, πρὸς τῶν μερῶν τι ἐπιχειρεῖν, ἐὰν ᾖ γνώριμον, καὶ μὴ καλῶς ἀποδεδομένον φαίνηται. τοῦ γὰρ μέρους ἀν-
Loc. 360. αιρεθέντος, καὶ ὁ πᾶς ὁρισμὸς ἀναιρεῖται. 4 Ὅσοι τ' ἀσαφεῖς τῶν ὁρισμῶν, συνδιορθώσαντα καὶ συσχηματίσαντα πρὸς τὸ δηλοῦν τι, καὶ ἔχειν ἐπιχείρημα, οὕτως ἐπισκοπεῖν. ἀναγκαῖον γὰρ τῷ ἀποκρινομένῳ ἢ δέχεσθαι τὸ ἐκλαμβανόμενον ὑπὸ τοῦ ἐρωτῶντος, ἢ αὐτὸν διασαφῆσαι, τί ποτε τυγχάνει τὸ δηλούμενον ὑπὸ
Loc. 361. τοῦ λόγου. 5 Ἔτι, καθάπερ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις νόμον εἰώθασιν ἐπεισφέρειν· κἂν ᾖ βελτίων ὁ ἐπεισφερόμενος, ἀναιροῦσι τὸν ἔμπροσθεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὁρισμῶν ποιητέον, καὶ αὐτὸν ὁρισμὸν ἕτερον οἰστέον· ἐὰν γὰρ φαίνηται βελτίων, καὶ μᾶλλον δηλῶν τὸ ὁριζόμενον, δῆλον, ὅτι ἀνῃρημένος ἔσται ὁ κείμενος, ἐπειδὴ

definitionem argumentari non poſſit propterea, quod Totum cognitum non ſit, hunc adverſus partem aliquam argumentari, ſi quae ſit nota, nec videatur recte tradita. Nam everſa parte, etiam tota definitio evertitur. 4 Quaecunque obſcurae ſunt definitiones, eas ita conſiderare debemus corrigendo & reformando, ut & aliquid lucis & argumentorum copiam afferamus. Neceſſarium enim eſt, reſpondentem vel admittere, quod ab interrogante aſſumitur, vel ipſum patefacere, quid tandem ſit id, quod definitione ſignificatur. 5 Porro, quemadmodum in concionibus legem ſoliti ſunt ferre; & ſi melior ſit ea, quae lata eſt, abrogant priorem; ſic in definitionibus quoque faciendum eſt, & afferenda eſt ipſi (*de definitione diſputanti*) alia definitio; nam ſi haec videatur melior eſſe, & magis declarare definitum, profecto everſa erit ea, quae poſita fuerat, quan-

οὐκ εἰσὶ πλείους τοῦ αὐτοῦ ὁρισμοί. 6 Πρὸς ἅπαντας Loc. 362.
δὲ τοὺς ὁρισμοὺς οὐκ ἐλάχιστον στοιχεῖον τὸ πρὸς ἑαυτὸν εὐστόχως ὁρίσασθαι τὸ προκείμενον, ἢ καὶ καλῶς εἰρημένον ὅρον ἀναλαβεῖν. ἀνάγκη γὰρ, ὥσπερ [πρὸς] παράδειγμα θεώμενον, τό, τε ἐλλεῖπον, ὧν προσῆκεν [ἔχειν] τὸν ὁρισμὸν, καὶ τὸ προσκείμενον περιέργως, καθορᾶν· ὥστε μᾶλλον ἐπιχειρημάτων εὐπορεῖν. τὰ μὲν οὖν περὶ τοὺς ὁρισμοὺς ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

doquidem non sunt plures eiusdem definitiones. 6 Ad omnes autem definitiones (*impugnandas aut defendendas*) non minimum elementum est, si quis secum ipse rem propositam scite definiat, aut recte traditam definitionem repetat. Nam necesse est, ut quasi ad exemplar respiciens & quid in definitione desideretur, & quid adiectum redundet, intelligat; quo maior ipsi suppetat argumentorum copia. De iis igitur, quae ad definitiones pertinent, hactenus dictum esto.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ
ΤΟ ΕΒΔΟΜΟΝ.

ΚΕΦ. α'.
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΠΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΡΟΒΛΗΜΑ, ΠΟΤΕΡΟΝ ΤΑΥΤΟΝ Η ΕΤΕΡΟΝ.

ΠΟΤΕΡΟΝ δὲ ταὐτὸν ἢ ἕτερον κατὰ τὸν κυριώτατον τῶν ῥηθέντων περὶ ταὐτοῦ τρόπων [νῦν] ῥητέον. ἐλέγετο
Loc. 363. δὲ κυριώτατα ταὐτὸν τὸ τῷ ἀριθμῷ ἕν. 2 Σκοπεῖν δὲ ἔκ τε τῶν πτώσεων, καὶ τῶν συστοίχων, καὶ τῶν ἀντικειμένων. εἰ γὰρ ἡ δικαιοσύνη ταὐτὸν τῇ ἀνδρίᾳ·

ARISTOTELIS
TOPICORUM
LIBER VII.

CAP. I.
De locis ad problema, utrum ſit idem, an diverſum.

UTRUM autem (*id, de quo agitur*) idem ſit, an diverſum, ſecundum eum (*modum*), qui inter modos ſupra de eodem expoſitos maxime eſt proprius, [nunc] dicendum eſt. Dicebatur autem maxime proprie Idem eſſe, quod eſt numero Unum. 2 Argumentandum vero eſt ex caſibus, & coniugatis, & oppoſitis. Nam ſi *iuſti-*

καὶ ὁ δίκαιος τῷ ἀνδρείῳ, καὶ τὸ δικαίως τῷ ἀνδρείως. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀντικειμένων. εἰ γὰρ τάδε ταὐτά· καὶ τὰ ἀντικείμενα τούτοις ταὐτὰ καθ' ὁποιανοῦν τῶν λεγομένων ἀντιθέσεων. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ τούτῳ ἢ τούτῳ ἀντικείμενον λαβεῖν· ἐπειδὴ ταὐτά ἐστι. 3 Πάλιν, ἐκ τῶν ποιητικῶν, καὶ φθαρτικῶν, καὶ γενέσεων καὶ φθορῶν, καὶ ὅλως τῶν ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ἑκάτερον. ὅσα γὰρ ἁπλῶς ταὐτὰ, καὶ αἱ γενέσεις αὐτῶν καὶ αἱ φθοραὶ αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ ποιητικὰ καὶ τὰ φθαρτικά. 4 Σκοπεῖν δὲ καὶ, ὧν θάτερον μάλιστα λέγεται ὁτιοῦν, εἰ καὶ θάτερον τῶν αὐτῶν τούτων κατὰ τὸ αὐτὸ μάλιστα λέγεται· καθάπερ Ξενοκράτης τὸν εὐδαίμονα βίον καὶ τὸν σπουδαῖον ἀποδείκνυσι τὸν αὐτόν· ἐπειδὴ πάντων τῶν βίων αἱρετώτατος ὁ σπουδαῖος καὶ εὐδαίμων· ἓν γὰρ τὸ αἱρετώτατον καὶ [τὸ] μέ-

Loc. 364.

Loc. 365.

tia eſt idem quod *fortitudo;* etiam *iuſtus* (*erit idem*) quod *fortis;* & *iuſte* (*idem*) quod *fortiter.* Similiter vero etiam in oppoſitis. Nam ſi haec ſunt eadem; etiam his oppoſita eadem erunt, quocunque tandem modo opponantur. Nihil enim intereſt, huic an illi contrarium ſumatur; quoniam eadem ſunt. 3 Rurſus (*argumentandum eſt*) ex iis, quae vim habent efficiendi & interimendi, ex ortu & interitu, & omnino ex iis, quae aeque ſe habent ad utrumque. Quaecunque enim ſimpliciter eadem ſunt, eorum quoque ortus & interitus ſunt iidem, nec non quae efficiendi & interimendi vim habent. 4 Conſiderare vero etiam oportet, quorum alterum maxime dicitur quidvis, an & alterum horum ipſorum ſecundum idem maxime dicatur; quemadmodum Xenocrates beatam vitam & honeſtam eandem eſſe demonſtrat; quandoquidem honeſta vita & beata maxime una ex omnibus expetenda eſt; unum enim eſſe maxime expe-

γιστον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων.
Loc. 366. 5 Δεῖ δ' ἑκάτερον ἓν ἀριθμῷ εἶναι, τὸ λεγόμενον μέγιστον, [ἢ] καὶ αἱρετώτατον. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἔσται δεδειγμένον, ὅτι ταὐτόν. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον, εἰ ἀνδρειότατοι τῶν Ἑλλήνων Πελοποννήσιοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, τοὺς αὐτοὺς εἶναι Πελοποννησίους τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἐπειδὴ οὐχ εἷς ἀριθμῷ Πελοποννήσιος καὶ Λακεδαιμόνιος· ἀλλὰ περιέχεσθαι μὲν τὸν ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου ἀναγκαῖον, καθάπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων. εἰ δὲ μὴ, συμβήσεται, ἀλλήλων εἶναι βελτίους, ἐὰν μὴ περιέχωνται οἱ ἕτεροι ὑπὸ τῶν ἑτέρων. ἀναγκαῖον γὰρ, τοὺς Πελοπονησίους βελτίους εἶναι τῶν Λακεδαιμονίων, εἴπερ μὴ περιέχονται οἱ ἕτεροι ὑπὸ τῶν ἑτέρων· πάντων γὰρ τῶν λοιπῶν εἰσι βελτίους. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀνάγκη βελτίους εἶναι τῶν Πελοποννησίων· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι πάντων

tendum & maximum. Quod in ceteris eiuſdem generis ſimiliter contingit. 5 Oportet autem utrumque idem numero eſſe, & id quod maximum, [vel] etiam id, quod maxime expetendum dicitur. Alioqui non probabitur, idem eſſe. Non enim neceſſarium eſt, ſi fortiſſimi Graecorum ſunt Peloponneſii & Lacedaemonii, eoſdem eſſe Peloponneſios & Lacedaemonios; quoniam non eſt unus numero Peloponneſius & Lacedaemonius; ſed neceſſarium eſt, alterum ſub altero contineri, quemadmodum Lacedaemonii ſub Peloponneſiis (*continentur*). Alioqui continget, ut, ſi alteri alteros non complectantur, ipſi inter ſe meliores ſint. Nam neceſſe eſt, Peloponneſios meliores eſſe Lacedaemoniis, ſiquidem non continentur alteri ſub alteris; nam omnibus reliquis meliores ſunt. Similiter vero etiam neceſſe eſt, Lacedaemonios meliores eſſe Peloponneſiis; nam hi quoque omnibus

τῶν λοιπῶν εἰσι βελτίους· ὥστε ἀλλήλων βελτίους γίνονται. δῆλον οὖν, ὅτι ἐν ἀριθμῷ δεῖ εἶναι τὸ βέλτιστον καὶ μέγιστον λεγόμενον, εἰ μέλλει, ὅτι ταὐτὸν, ἀποδείκνυσθαι. διὸ καὶ Ξενοκράτης οὐκ ἀποδείκνυσιν· οὐ γὰρ εἷς ἀριθμῷ ὁ εὐδαίμων καὶ ὁ σπουδαῖος βίος. ὥστε οὐκ ἀναγκαῖον, τὸν αὐτὸν εἶναι, [διότι ἄμφω αἱρετώτατοι,] ἀλλὰ τὸν ἕτερον ὑπὸ τὸν ἕτερον. 6 Πάλιν σκο- Loc. 367.
πεῖν, εἰ, ᾧ θάτερον ταὐτὸν, καὶ θάτερον. εἰ γὰρ μὴ ἀμφότερα τῷ αὐτῷ ταὐτὰ, δῆλον, ὅτι οὐδ' ἀλλήλοις. 7 Ἔτι, ἐκ τῶν τούτοις συμβεβηκότων, καὶ οἷς ταῦ- Loc. 368.
τα συμβέβηκεν, ἐπισκοπεῖν. ὅσα γὰρ θατέρῳ συμβέβηκε, καὶ θατέρῳ δεῖ συμβεβηκέναι· [καὶ οἷς θάτερον αὐτῶν συμβέβηκε, καὶ θάτερον δεῖ συμβεβηκέναι.] εἰ δέ τι τούτων διαφωνεῖ, δῆλον, ὅτι οὐ ταὐτά. 8

reliquis meliores ſunt; quare alteri alteris praeſtantiores fiunt. Patet igitur, id, quod optimum & maximum dicitur, unum numero eſſe oportere, ſi futurum eſt, ut, idem eſſe, doceatur. Propterea etiam Xenocrates non demonſtrat; non enim unum numero eſt beata & honeſta vita; quare non neceſſe eſt (*beatam & honeſtam vitam*) eandem eſſe, [quoniam ambae ſint maxime expetendae,] ſed alteram ſub altera contineri. 6 Rurſus conſiderandum eſt, an, (*duobus propoſitis*,) ſi aliquid (*tertium*) & unum eorum idem ſunt, etiam id (*tertium*) & alterum eorum idem ſint. Niſi enim ambo (*propoſita*) idem valent cum eodem illo (*tertio*), manifeſtum eſt, ipſa eadem non eſſe. 7 Porro, ex horum accidentibus, & ex iis, quibus haec accidunt, argumentandum eſt. Quaecunque enim uni acciderunt, ea etiam alteri accidere oportet; [& quibus unum illorum accidit, iis etiam alterum accidere oportet]. Si autem horum aliquid diſcrepat, patet, non eſſe eadem. 8 Videre autem etiam

Loc. 369. Ὁρᾶν δὲ καὶ, εἰ μὴ ἐν ἑνὶ γένει κατηγορίας ἀμφότερα· ἀλλὰ τὸ μὲν ποιόν· τὸ δὲ ποσὸν, ἢ πρός τι δηλοῖ.
Loc. 370. 9 Πάλιν, εἰ τὸ γένος ἑκατέρου μὴ ταὐτόν· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀγαθόν· τὸ δὲ κακόν· ἢ τὸ μὲν ἀρετή· τὸ δ' ἐπιστή-
Loc. 371. μη. 10 Ἢ, εἰ τὸ μὲν γένος ταὐτὸν, αἱ διαφοραὶ δὲ μὴ αἱ αὐταὶ ἑκατέρου κατηγοροῦνται· ἀλλὰ τοῦ μὲν, ὅτι θεωρητικὴ ἐπιστήμη· τοῦ δὲ, ὅτι πρακτική. ὁμοίως
Loc. 372. δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 11 Ἔτι, ἐκ τοῦ μᾶλλον, εἰ τὸ μὲν δέχεται τὸ μᾶλλον· τὸ δὲ μή· ἢ εἰ ἅμφω μὲν δέχεται, μὴ ἅμα δέ. καθάπερ ὁ μᾶλλον ἐρῶν οὐ μᾶλ-
λον ἐπιθυμεῖ τῆς συνουσίας· ὥστε οὐ ταὐτὸν ἔρως καὶ
Loc. 373. ἐπιθυμία συνουσίας. 12 Ἔτι, ἐκ τῆς προσθέσεως, εἰ τῷ αὐτῷ ἑκάτερον προστιθέμενον μὴ ποιεῖ τὸ ὅλον ταὐ-
Loc. 374. τόν. 13 Ἢ, εἰ τοῦ αὐτοῦ ἀφ' ἑκατέρου ἀφαιρεθέντος, τὸ λοιπὸν ἕτερον. οἷον, εἰ διπλάσιον ἡμίσεος καὶ πολ-

(*oportet*), an non in uno categoriae genere ambo (*ſint*); ſed hoc quidem Quale; illud vero Quantum, aut Relatum ſignificet. 9 Rurſus, an genus utriuſque non ſit idem; ſed hoc quidem bonum, illud vero malum; aut hoc quidem virtus, illud vero ſcientia. 10 Vel, an idem genus quidem, non vero eaedem differentiae de utroque praedicentur; ſed de hoc quidem, eſſe ſcientiam contemplativam; de illo vero, eſſe (*ſcientiam*) practicam. Similis vero etiam eſt ratio aliorum. 11 Porro (*argumentandum eſt*), ex maiori, an hoc quidem recipiat τὸ magis; illud vero non item; aut an ambo recipiant quidem, non vero ſimul. Quemadmodum magis amans non magis cupit concubitum; quare non idem erunt amor & cupiditas concubitus. 12 Porro, ex adiectione, ſi utrumque eidem adiectum non efficit idem Totum. 13 Vel, ſi eodem ab utroque detracto, reliquum diverſum eſt. Velut, ſi quis dixerit, duplum ſimpli, &

λαπλάσιον ἡμίσεος ταὐτὸν ἔφησεν εἶναι. ἀφαιρεθέντος γὰρ ἀφ' ἑκατέρου τοῦ ἡμίσεος, τὰ λοιπὰ ταὐτὸν ἔδει δηλοῦν· οὐ δηλοῖ δέ· τὸ γὰρ διπλάσιον καὶ πολλαπλάσιον οὐ ταὐτὸν δηλοῖ. 14 Σκοπεῖν δὲ μὴ μόνον, εἰ Loc. 375. ἤδη τι συμβαίνει ἀδύνατον διὰ τῆς θέσεως, ἀλλὰ καὶ, εἰ δυνατὸν ἐξ ὑποθέσεως ὑπάρξαι· καθάπερ τοῖς τὸ κενὸν καὶ τὸ πλῆρες ἀέρος ταὐτὸν φάσκουσιν εἶναι. δῆλον γὰρ, ὅτι, ἐὰν ἐξέλθῃ ὁ ἀὴρ, κενὸν μὲν οὐχ ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον ἔσται· πλῆρες δ' ἀέρος οὐκέτι ἔσται. ὥστε, ὑποτεθέντος τινὸς, εἴτε ψευδοῦς, εἴτε ἀληθοῦς, (οὐδὲν γὰρ διαφέρει,) τὸ μὲν ἕτερον ἀναιρεῖται αὐτῶν· τὸ δ' ἕτερον οὔ· ὥστ' οὐ ταὐτόν. 15 Καθόλου δ' εἰ- Loc. 376. πεῖν, ἐκ τῶν ὁπωσοῦν ἑκατέρου κατηγορουμένων, καὶ ὧν ταῦτα κατηγορεῖται, σκοπεῖν, εἴπου διαφωνεῖ· ὅσα γὰρ θατέρου κατηγορεῖται, καὶ θατέρου κατηγορεῖ-

multiplum ſimpli idem eſſe. Nam detracto ab utroque ſimplo, reliqua idem declarare debebant; non declarant tamen; duplum enim & multiplum non idem declarant. 14 Conſiderare vero non ſolum oportet, an iam aliquid impoſſibile accidat propter theſin, ſed etiam, an eſſe poſſit per hypotheſin; quemadmodum (*accidit*) dicentibus, Inane & aëris plenum idem eſſe. Nam manifeſtum eſt, ſi aër exierit, Inane quidem non minus, ſed maius fore; Plenum vero aëris non amplius fore. Quare, ſuppoſito aliquo, ſive falſo, ſive vero, (nihil enim refert,) alterum quidem eorum tollitur; alterum vero non item; quare non Idem ſunt. 15 Ut autem univerſaliter dicam, ex iis, quae quomodocunque de utroque praedicantur, & de quibus haec praedicantur, argumentandum eſt, ſi alicubi diſcrepant; nam quaecunque de uno praedicantur, ea etiam de altero praedicari de-

σθαι δεῖ. [καὶ ὧν θάτερον κατηγορεῖται, καὶ θάτε-
Loc. 377. ρον κατηγορεῖσθαι δεῖ.] 16 Ἔτι, ἐπεὶ πολλαχῶς τὸ
ταὐτὸν λέγεται, σκοπεῖν, εἰ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον
ταὐτά ἐστι. τὰ γὰρ εἴδει, ἢ γένει, ταὐτὰ οὐκ ἀνάγ-
κη ἀριθμῷ ταὐτὰ εἶναι. ἐπισκοποῦμεν δὲ, πότερον οὕ-
Loc. 378. τω ταὐτὰ, ἢ οὐχ οὕτως. 17 Ἔτι, εἰ δυνατὸν θάτερον
ἄνευ θατέρου εἶναι. οὐ γὰρ ἂν εἴη ταὐτόν. οἱ μὲν οὖν
Cap. II edd. Pac. Casaub. Sylb. & Duvall. πρὸς τὸ ταὐτὸν τόποι τοσοῦτοι λέγονται. 18 Δῆλον
δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἅπαντες οἱ πρὸς τὸ ταὐτὸν
ἀνασκευαστικοὶ τόποι καὶ πρὸς ὅρον χρήσιμοι, καθά-
περ ἔμπροσθεν εἴρηται. εἰ γὰρ μὴ ταὐτὸν δηλοῖ τό, τε
ὄνομα καὶ ὁ λόγος, δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν εἴη ὁρισμὸς ὁ
ἀποδοθεὶς λόγος. 19 Τῶν δὲ κατασκευαστικῶν τόπων
οὐδεὶς χρήσιμος πρὸς ὅρον. οὐ γὰρ ἀπόχρη [τὸ] δεῖξαι
ταὐτὸν τὸ ὑπὸ τὸν λόγον καὶ τοὔνομα πρὸς τὸ κατα-

bent. [Et de quibus unum praedicatur, de iis etiam alterum praedicari debet.] 16 Porro, quia multis modis τὸ Idem dicitur, considerandum est, an secundum alium quendam modum (*proposita*) eadem sint. Nam quae specie, aut genere, eadem sunt, non necesse est numero eadem esse. Considerabimus autem, utrum ita sint eadem, an non ita. 17 Porro, an possit alterum sine altero esse. Sic enim Idem non erunt. Loci igitur ad τὸ Idem pertinentes tot dicuntur. 18 Patet autem ex dictis, omnes locos ad τὸ Idem pertinentes & vim evertendi habentes etiam ad definitionem (*refellendam*) utiles esse, quemadmodum antea dictum est. Nisi enim idem declarent & nomen & oratio, manifestum est, propositam orationem non esse definitionem. 19 Locorum autem ad confirmandum valentium nullus ad definitionem utilis est. Non enim sufficit, ut probes, idem esse, quod orationi & nomini subiectum est, ad defi-

σκευάσαι, ὅτι ὁρισμός· ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα δεῖ ἔχειν τὰ παρηγγελμένα τὸν ὁρισμόν. ἀναιρεῖν μὲν οὖν ὅρον οὕτως καὶ διὰ τούτων ἀεὶ πειρατέον.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΠΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ ΤΟΝ ΟΡΟΝ.

Ἐὰν δὲ κατασκευάζειν βουλώμεθα, πρῶτον μὲν εἰδέναι δεῖ, ὅτι οὐδεὶς, ἢ ὀλίγοι τῶν διαλεγομένων, ὅρον συλλογίζονται, ἀλλὰ πάντες [ὡς] ἀρχὴν τὸ τοιοῦτον λαμβάνουσιν· οἷον, οἵτε περὶ γεωμετρίαν, καὶ ἀριθμοὺς, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας μαθήσεις. 2 Εἶθ', ὅτι δι' ἀκριβείας μὲν ἄλλης ἐστὶ πραγματείας ἀποδοῦναι καὶ, τί ἐστιν ὅρος, καὶ, πῶς ὁρίζεσθαι δεῖ. νῦν δ', ὅσον ἱκανὸν πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν, τοσοῦτον μόνον λεκτέον, ὅτι δυνατὸν, γενέσθαι ὁρισμοῦ καὶ τοῦ

Cap. III edd. Pac. & Duval.

nitionem confirmandam ; ſed & cetera omnia , quae praecepta ſunt, definitionem habere oportet. Refellere igitur definitionem hoc modo, & ex his, ſemper tentandum eſt.

CAP. II.

De locis ad definitionem confirmandam.

Quod ſi autem confirmare velimus, primum quidem ſcire oportet, neminem, aut paucos differentium, definitionem ſyllogiſmo concludere, ſed omnes eam pro principio ſumere ; ſicut (*faciunt*) circa geometriam, & arithmeticen, & alias huiuſmodi doctrinas occupati. 2 Deinde (*notandum eſt*), alius eſſe tractationis exquiſite exponere, &, quid ſit definitio, &, quomodo definire oporteat. Nunc vero, quod in uſum praeſentem ſufficit, hoc tantum dicendum eſt, fieri poſſe, ut definitio,

τί ἦν εἶναι συλλογισμόν· εἰ γάρ ἐστιν ὅρος λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι τῷ πράγματι δηλῶν· καὶ δεῖ τὰ ἐν τῷ ὅρῳ κατηγορούμενα [καὶ] ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος μόνα κατηγορεῖσθαι· (κατηγορεῖται δὲ ἐν τῷ τί ἐστι τὰ γένη, καὶ αἱ διαφοραί) φανερὸν, ὡς εἴ τις λάβοι ταῦτα, ἃ μόνον ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος κατηγορεῖται, ὅτι ὁ ταῦτα ἔχων λόγος ὅρος ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη· οὐ γὰρ ἐνδέχεται, ἕτερον εἶναι ὅρον [τοῦ πράγματος]· ἐπειδὴ οὐδὲν ἕτερον ἐν τῷ τί ἐστι πράγματος κατηγορεῖται. ὅτι μὲν οὖν ἐγχωρεῖ συλλογισμὸν ὅρου γενέσθαι, φανερόν. 3 Ἐκ τίνων δὲ δεῖ κατασκευάζειν, διώρισται μὲν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον· πρὸς δὲ τὴν προ-
Loc. 379. κειμένην μέθοδον οἱ αὐτοὶ τόποι χρήσιμοι. 4 Σκεπτέον γὰρ ἐπὶ τῶν ἐναντίων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀντικειμένων, καὶ ὅλους τοὺς λόγους, καὶ κατὰ μέρους ἐπισκο-

& essentia rei syllogismo concludantur; nam si definitio est oratio, quid sit res, declarans, & oportet praedicata in definitione [etiam] ratione eius quid est solummodo de re praedicari; (praedicantur autem ratione eius quid est genera, & differentiae;) manifestum est, si quis sumserit ea tantummodo, quae ratione eius quid est de re praedicantur, orationem haec continentem necessario definitionem esse; non enim fieri potest, ut alia sit definitio [rei]; cum nihil aliud ratione eius quid est de re praedicetur. Definitionem igitur syllogismo concludi posse, perspicuum est. 3 Ex quibus autem oporteat (*eam*) construere, expositum est subtilius in aliis (*libris*); ad propositam vero methodum utiles sunt loci sequentes. 4 Elicienda enim sunt argumenta ex contrariis, & aliis oppositis, sive totas definitiones, sive singulas (*alicuius definitionis*) partes spectemus.

πῶντα. 5 Εἰ γὰρ ὁ ἀντικείμενος τοῦ ἀντικειμένου· καὶ τὸν εἰρημένον τοῦ προκειμένου ἀνάγκη εἶναι. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐναντίων πλείους συμπλοκαὶ, λεκτέον ἐκ τῶν ἐναντίων, ὁποῖος ἂν μάλιστα φανείη ὁ ἐναντίος ὁρισμός. ὅλους μὲν οὖν τοὺς λόγους, καθάπερ εἴρηται, σκεπτέον. 6 Κατὰ μέρους δὲ ὧδε. πρῶτον μὲν οὖν, ὅτι τὸ ἀποδοθὲν γένος ὀρθῶς ἀποδέδοται. εἰ γὰρ τὸ ἐναντίον ἐν τῷ ἐναντίῳ· τὸ δὲ προκείμενον μή ἐστιν ἐν τῷ αὐτῷ· δῆλον, ὅτι ἐν τῷ ἐναντίῳ ἂν εἴη· ἐπειδὴ ἀνάγκη, τὰ ἐναντία ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένει, ἢ ἐν τοῖς ἐναντίοις γένεσιν εἶναι. καὶ τὰς διαφορὰς δὲ τὰς ἐναντίας τῶν ἐναντίων ἀξιοῦμεν κατηγορεῖσθαι, καθάπερ λευκοῦ καὶ μέλανος· τὸ μὲν γὰρ διακριτικόν· τὸ δὲ συγκριτικὸν ὄψεως. ὥστε, εἰ τοῦ ἐναντίου αἱ ἐναντίαι κατηγοροῦνται, τοῦ προκειμένου αἱ ἀποδοθεῖσαι κατηγοροῖντο ἄν. ὥστε,

5 Nam si oppoſita definitio oppoſitae (*rei*) eſt; etiam dictam (*definitionem*) propoſitae (*rei*) eſſe neceſſe eſt. Quoniam autem contrariorum plures ſunt coniunctiones, ſumenda eſt ex contrariis ea, quae maxime videri poſſit contraria definitio. Totae igitur orationes, quemadmodum dictum eſt, conſiderandae ſunt. 6 Per partes autem ſic. Primum quidem (*oſtendendum eſt*), genus traditum recte traditum eſſe. Nam ſi contrarium eſt in contrario genere; propoſitum autem non in eodem eſt; patet, eſſe hoc in contrario; quandoquidem neceſſe eſt, contraria aut in eodem genere, aut in contrariis generibus eſſe. Differentias autem contrarias de contrariis quoque praedicari cenſemus, ut de albo & nigro; nam hoc quidem vim habet diſſipandi; illud vero colligendi adſpectum. Quare, ſi de contrario contrariae (*differentiae*) praedicantur, certe de propoſito traditae (*differentiae*) praedicabuntur. Igitur, cum & genus & dif-

ἐπεὶ καὶ τὸ γένος καὶ αἱ διαφοραὶ ὀρθῶς ἀποδέδονται, δῆλον, ὅτι ὁρισμὸς ἂν εἴη ὁ ἀποδοθείς. 7 Ἢ οὐκ ἀναγκαῖον, τῶν ἐναντίων τὰς ἐναντίας διαφορὰς κατηγορεῖσθαι, ἐὰν μὴ ἐν τῷ αὐτῷ γένει τὰ ἐναντία ᾖ; ὧν δὲ τὰ γένη ἐναντία, οὐδὲν κωλύει, τὴν αὐτὴν διαφορὰν κατ' ἀμφοῖν λέγεσθαι· οἷον, κατὰ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας· τὸ μὲν γὰρ ἀρετή· τὸ δὲ κακία ψυχῆς. ὥστε τὸ, ψυχῆς διαφορὰ, ἐπ' ἀμφοῖν λέγεται· ἐπεὶ καὶ σώματός ἐστιν ἀρετὴ καὶ κακία. 8 Ἀλλ' οὖν τοῦτό γε ἀληθὲς, ὅτι τῶν ἐναντίων ἢ αἱ ἐναντίαι, ἢ αἱ αὐταὶ διαφοραί εἰσιν. εἰ οὖν τοῦ ἐναντίου ἡ ἐναντία κατηγορεῖται, τούτου δὲ μὴ δῆλον, ὅτι ἡ εἰρημένη τούτου ἂν κατηγορεῖτο. 9 Καθόλου δὲ εἰπεῖν, εἴπερ ὁ ὁρισμός ἐστιν ἐκ γένους καὶ διαφορῶν, ἂν ᾖ τοῦ ἐναντίου ὁ ὁρισμὸς φανερὸς, καὶ ὁ τοῦ προκειμένου ὁρισμὸς φανερὸς ἔσται.

ferentiae recte traditae fuerint, manifestum est, traditam (*orationem*) esse definitionem. 7 An non necessarium est, de contrariis contrarias differentias praedicari, nisi in eodem genere contraria sint? quorum autem genera sunt contraria, nihil prohibet, de ambobus eandem differentiam dici; velut, de iustitia & iniustitia; nam illa quidem virtus; haec vero vitium animae est. Quapropter τὸ, *animae differentia*, de ambobus dicitur; quoniam corporis quoque est virtus & vitium. 8 At certe hoc verum est, contrariorum vel contrarias vel easdem differentias esse. Si ergo de contrario contraria (*differentia*) praedicatur, de hoc vero non item; patet, dictam (*differentiam*) de hoc praedicari. 9 Ut autem universaliter dicam, cum definitio constet ex genere & differentiis, si contrarii definitio perspicua sit, etiam propositi definitio perspicua erit. Cum enim con-

ἐπεὶ γὰρ τὸ ἐναντίον [ἢ] ἐν τῷ αὐτῷ γένει, ἢ ἐν τῷ ἐναντίῳ· ὁμοίως δὲ καὶ αἱ διαφοραὶ ἢ αἱ ἐναντίαι τῶν ἐναντίων, ἢ αἱ αὐταὶ κατηγοροῦνται· δῆλον, ὅτι τοῦ προκειμένου ἤτοι τὸ αὐτὸ γένος ἂν κατηγορεῖτο, ὅπερ καὶ τοῦ ἐναντίου· αἱ δὲ διαφοραὶ ἐναντίαι ἢ πᾶσαι, ἢ τινές· αἱ δὲ λοιπαὶ αἱ αὐταί· ἢ ἀνάπαλιν αἱ μὲν διαφοραὶ αἱ αὐταί· τὰ δὲ γένη ἐναντία· ἢ ἄμφω ἐναντία καὶ τὰ γένη καὶ αἱ διαφοραί. ἀμφότερα μὲν γὰρ ταὐτὰ εἶναι οὐκ ἐνδέχεται· εἰ δὲ μή, ὁ αὐτὸς ὁρισμὸς τῶν ἐναντίων ἔσται. 10 Ἔτι, ἐκ τῶν πτώσεων, καὶ τῶν Loc. 380.
συστοίχων. ἀνάγκη γὰρ, ἀκολουθεῖν τὰ γένη τοῖς γένεσι, καὶ τοὺς ὅρους τοῖς ὅροις. οἷον, εἰ ἡ λήθη ἐστὶν ἀποβολὴ ἐπιστήμης· καὶ τὸ ἐπιλανθάνεσθαι ἀποβάλλειν ἐπιστήμην ἔσται· καὶ τὸ ἐπιλελῆσθαι ἀποβεβληκέναι ἐπιστήμην. ἑνὸς οὖν ὁποιουοῦν τῶν εἰρημένων ὁμολογηθέντος, ἀνάγκη, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμολογεῖσθαι.

trarium [vel] in eodem genere, vel in contrario ſit; ſimiliter vero etiam differentiae vel contrariae de contrariis, vel eaedem praedicantur; manifeſtum eſt, de propoſito vel idem genus praedicari, quod etiam de contrario (*praedicatur*); differentias vero contrarias aut omnes, aut nonnullas; reliquas autem (*eſſe*) eaſdem; vel contra differentias quidem eaſdem (*praedicari*), genera autem contraria; vel utraque contraria tam genera quam differentias. Utraque enim eadem eſſe non poſſunt; alioqui eadem erit definitio contrariorum. 10 Porro (*argumentandum eſt*), ex caſibus, & coniugatis. Nam neceſſe eſt, genera conſequentia eſſe generibus, & definitiones definitionibus. Velut, ſi oblivio eſt amiſſio ſcientiae; etiam obliviſci erit amittere ſcientiam; & oblitum eſſe ſcientiam amiſiſſe. Uno igitur aliquo eorum, quae dixi, conceſſo, neceſſe eſt, etiam reliqua

ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ ἡ φθορὰ διάλυσις οὐσίας· καὶ τὸ φθείρεσθαι διαλύεσθαι οὐσίαν· καὶ τὸ φθαρτικὸν διαλυτικόν. εἴ γε τὸ φθαρτικὸν διαλυτικὸν οὐσίας· καὶ ἡ φθορὰ διάλυσις οὐσίας. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥσθ', ἑνὸς ὁποιουοῦν ληφθέντος, καὶ τὰ λοιπὰ
Loc. 381. πάντα ὁμολογεῖται. 11 Καὶ ἐκ τῶν ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα. εἰ γὰρ τὸ ὑγιεινὸν ποιητικὸν ὑγιείας· καὶ τὸ εὐεκτικὸν ποιητικὸν εὐεξίας ἔσται· καὶ τὸ ὠφέλιμον ποιητικὸν ἀγαθοῦ. ὁμοίως γὰρ ἕκαστον τῶν εἰρημένων πρὸς τὸ οἰκεῖον τέλος ἔχει. ὥστε, εἰ ἑνὸς αὐτῶν ὁρισμός ἐστι τὸ ποιητικὸν εἶναι τοῦ τέλους· καὶ τῶν
Loc. 382. λοιπῶν ἑκάστου οὗτος ἂν εἴη ὁρισμός. 12 Ἔτι, ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίως, ὅσαχῶς ἐνδέχεται κατασκευάζειν δύο πρὸς δύο συγκρίνοντα. οἷον, εἰ μᾶλλον

concedi. Similiter vero etiam, si interitus est dissolutio essentiae; etiam interimere erit dissolvere essentiam, & quod vim habet interimendi habebit vim dissolvendi. Saltem si id, quod vim habet interimendi, vim habet dissolvendi essentiam; etiam interitus erit essentiae dissolutio. Similis vero etiam est aliorum ratio. Quare, uno aliquo sumto, omnia quoque reliqua conceduntur. 11 Etiam ex iis, quae se similiter inter se habent, (*argumentandum est*). Nam si salubre habet vim efficiendi sanitatem; etiam quod valet ad firmam corporis constitutionem, habebit vim eam efficiendi; & utile habebit vim efficiendi bonum. Nam similiter unumquodque eorum, quae dicta sunt, ad proprium finem se habet. Quare, si unius eorum definitio est Habere vim efficiendi finem; etiam uniuscuiusque reliquorum haec erit definitio. 12 Praeterea, (*argumentandum est*) ex eo, quod magis, & ex eo, quod aeque est, quot modis licet confirmare, si quis duo cum duobus comparet. Velut, si

ὅδε τοῦδε, ἢ ὅδε τοῦδε ὁρισμός· ὁ δὲ ἧττον δοκῶν ὁρισμός ἐστι· καὶ ὁ μᾶλλον. καὶ εἰ ὁμοίως ὅδε τοῦδε, καὶ ὅδε τοῦδε· εἰ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου· καὶ ὁ λοιπὸς τοῦ λοιποῦ. 13 Ἑνὸς δὲ ὁρισμοῦ πρὸς δύο συγκρινομένου, ἢ δύο ὁρισμῶν πρὸς ἕνα, οὐδὲν χρήσιμος ἡ ἐκ τοῦ μᾶλλον ἐπίσκεψις· οὔτε γὰρ ἕνα δυοῖν, οὔτε δύο τοῦ αὐτοῦ ὅρους δυνατὸν εἶναι.

ΚΕΦ. γ'.

ΟΤΙ ΟΙ ΤΟΠΟΙ ΕΙΡΗΜΕΝΟΙ ΠΑΝΤΩΝ ΕΠΙΚΑΙΡΟΤΑΤΟΙ.

Εἰσὶ δὲ ἐπικαιρότατοι τῶν τόπων οἵτε νῦν εἰρημένοι, καὶ οἱ ἐκ τῶν πτώσεων, καὶ τῶν συστοίχων. διὸ καὶ δεῖ μάλιστα κατέχειν καὶ προχείρους ἔχειν τούτους· (χρησιμώτατοι γὰρ πρὸς πλεῖστα·) καὶ τῶν ἄλλων δὲ τοὺς μάλιστα κοινούς· οὗτοι γὰρ ἐνεργότατοι τῶν

Cap. II edd. Sylb. & Caſaub. Cap. IV edd. Pac. & Duvall.

magis haec huius, quam illa illius definitio eſt; quae autem minus eſſe videtur, definitio eſt; etiam quae magis (*eſſe videtur, definitio erit*). Et ſi aeque haec huius, & illa illius (*definitio eſt*); ſi altera alterius (*eſt*), etiam reliqua reliqui (*erit*). 13 Quod ſi una definitio cum duabus rebus, aut duae definitiones cum una re conferantur, nullus argumentationis ex eo, quod magis eſt, uſus erit; neque enim duarum rerum una definitio, neque duae unius rei definitiones eſſe poſſunt.

CAP. III.

De locorum modo expoſitorum utilitate omnino.

Maxime autem apti ex omnibus ſunt & loci modo expoſiti, & qui ex caſibus coniugatiſque ſumuntur. Ideo etiam maxime nos oportet hos memoria tenere & in promtu habere; (utiliſſimi enim ſunt ad (*problemata*) plurima;) ex aliis vero maxime communes; nam hi in-

λοιπῶν· οἷον, τό, τ' ἐπιβλέπειν ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ ἐπὶ τῶν εἰδῶν σκοπεῖν, εἰ ἐφαρμόττει ὁ λόγος, ἐπειδὴ συνώνυμον τὸ εἶδός [ἐστιν]· (ἔστι δὲ χρήσιμος ὁ τόπος πρὸς τοὺς τιθεμένους, ἰδέας εἶναι, καθάπερ πρότερον εἴρηται·) ἔτι, εἰ μεταφέρων εἴρηκε τοὔνομα· ἢ αὐτὸ αὑτοῦ κατηγόρησεν, ὡς ἕτερον· καὶ εἴ τις ἄλλος κοινὸς καὶ ἐνεργὸς τῶν τόπων ἐστὶ, [τούτῳ χρηστέον].

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ ΚΑΙ ΑΝΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ.

Cap. III edd. Sylb. & Casaub. Cap. V edd. Pac. & Duvall.

Ὅτι δὲ χαλεπώτερον κατασκευάζειν, ἢ ἀνασκευάζειν ὅρον, ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων φανερόν· καὶ γὰρ ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ λαβεῖν παρὰ τῶν ἐρωτωμένων τὰς τοιαύτας προτάσεις, οὐκ εὐπετές· οἷον, ὅτι

ter reliquos sunt efficaciſſimi; velut, ut reſpiciamus ad ſingularia, & in ſpeciebus conſideremus, an (*his*) conveniat definitio, quoniam ſpecies eſt ſynonyma; (eſt autem utilis hic locus adverſus eos, qui ponunt, ideas eſſe, quemadmodum antea dictum eſt;) porro, (*ut videamus*,) an (*aliquis*) nomen per translationem dixerit; aut idem de ſe ipſo praedicaverit, quaſi diverſum; & ſi quis alius communis & efficax locus eſt, [ut hoc utamur].

CAP. IV.

De confirmatione & refutatione.

Difficilius autem confirmari, quam everti definitionem, ex iis, quae deinceps dicentur, manifeſtum (*fiet*); nam & ipſum (*interrogantem*) perſpicere (*ea, quae ad iuſtam definitionem pertinent*), & ſumere ab iis, qui interrogantur, eiuſmodi propoſitiones (*ad iuſtam definitionem idoneas*), haud facile eſt; velut, eorum, quae tradita

τῶν ἐν τῷ ἀποδοθέντι λόγῳ τὸ μὲν γένος· τὸ δὲ διαφορά· καὶ ὅτι ἐν τῷ τί ἐστι τὸ γένος [μόνον], καὶ αἱ διαφοραὶ κατηγοροῦνται. ἄνευ δὲ τούτων ἀδύνατον, ὁρισμοῦ γενέσθαι συλλογισμόν. εἰ γάρ τινα καὶ ἄλλα ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος κατηγορεῖται, ἄδηλον, πότερον ὁ ῥηθεὶς, ἢ ἕτερος, αὐτοῦ ὁρισμός ἐστιν· ἐπειδὴ ὁρισμός ἐστι λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. 2 Δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῶνδε. ῥᾷον γὰρ, ἐν συμπεραίνεσθαι, ἢ πολλά. ἀναιροῦντι μὲν οὖν ἀπόχρη πρὸς ἕνα διαλεγῆναι· ἐν γὰρ ὁποιονοῦν ἀνασκευάσαντες ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα τὸν ὅρον· κατασκευάζοντι δὲ πάντα ἀνάγκη συμβιβάζειν, ὅτι ὑπάρχει τὰ ἐν τῷ ὅρῳ. 3 Ἔτι, κατασκευάζοντι μὲν καθόλου οἰστέον συλλογισμόν. δεῖ γὰρ κατὰ παντὸς, οὗ τοὔνομα, κατηγορεῖσθαι τὸν ὅρον, καὶ ἔτι πρὸς τούτοις ἀντιστρέφειν, καθ' οὗ τὸν

definitione (*continentur*), hoc quidem esse genus, illud vero differentiam; & ratione eius quid est genus [solum], & differentias praedicari. Sine his tamen impossibile est, definitionem syllogismo concludi. Nam si haec & alia quaedam ratione eius quid est de re praedicantur, incertum est, eane, quae dicta est, an altera sit eius definitio; quoniam definitio est oratio, quid res sit, indicans. 2 Manifestum vero etiam est ex hisce. Facilius enim est, unum concludere, quam multa. Refellenti quidem sufficit contra unam (*definitionis partem*) disputare; nam si unam qualemcunque refutaverimus, eversa erit definitio. Confirmanti autem necesse est omnia congerere (*ad probandum*), inesse ea, quae in definitione (*posita sunt*). 3 Praeterea, confirmanti quidem universalis syllogismus afferendus est. Nam oportet de omni, de quo nomen (*praedicatur*), definitionem praedicari, & insuper vicissim, de quo definitio, etiam no-

λόγον, καὶ τοὔνομα, εἰ μέλλει ἴδιος εἶναι ὁ ἀποδοθεὶς ὅρος. ἀνασκευάζοντα δὲ οὐκ ἀνάγκη δεῖξαι τὸ καθόλου. ἀπόχρη γὰρ τὸ δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἀληθεύεται περί τινος τῶν ὑπὸ τοὔνομα ὁ λόγος. εἴτε [καὶ] καθόλου δέοι ἀνασκευάσαι, οὐδ' ὡς τὸ ἀντιστρέφειν ἀναγκαῖον ἐπὶ τοῦ ἀνασκευάζειν. ἀπόχρη γὰρ ἀνασκευάζοντι καθόλου τὸ δεῖξαι, ὅτι * κατά τινος, ὧν τοὔνομα κατηγορεῖται, ὁ λόγος οὐ κατηγορεῖται. τὸ δ' ἀνάπαλιν, οὐκ ἀναγκαῖον πρὸς τὸ δεῖξαι, ὅτι, καθ' ὧν ὁ λόγος μὴ κατηγορεῖται, οὐδὲ τοὔνομα. 4 Ἔτι, εἰ καὶ παντὶ ὑπάρχει τῷ ὑπὸ τοὔνομα, μὴ μόνῳ δὲ, ἀνῃρημένος ὑπάρχει ὁ ὁρισμός. 5 Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὸ ἴδιον καὶ τὸ γένος ἔχει. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ ἀνασκευάζειν, ἢ κατασκευάζειν, ῥᾷον. 6 Περὶ μὲν οὖν τοῦ ἰδίου φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. ὡς γὰρ ἐπιτοπολὺ ἐν συμπλοκῇ τὸ

men, si propria futura est definitio tradita. Refellentem vero non necesse est probare universale. Sufficit enim, si ostendatur, definitionem de aliquo eorum, quae sub nomine (*continentur*), non vere dici. Etiam si eum universaliter refellere oporteat, ne sic quidem in refutatione necessaria est reciprocatio. Nam sufficit, si universaliter refellens probat, de aliquo eorum, de quibus nomen praedicatur, definitionem non praedicari. Contra autem, non necesse est probare, (*de iis*,) de quibus definitio non praedicatur, neque nomen (*praedicari*). 4 Porro, etiamsi omni insit id, quod sub nomine (*continetur*), non soli tamen, eversa erit definitio. 5 Similis vero etiam est ratio & proprii & generis. In utroque enim facilius est refellere, quam confirmare. 6 Quod proprium quidem attinet, manifestum hoc est ex dictis. Nam plerumque (*verborum*) coniunctione pro-

ἴδιον ἀποδίδοται. ὥστε ἀνασκευάζειν μέν ἐστιν ἓν ἀνελόντα· κατασκευάζοντα δὲ πάντα συλλογίζεσθαι ἀνάγκη. 7 Σχεδὸν δὲ πάντα τὰ λοιπὰ, ὅσα πρὸς τὸν ὁρισμὸν, καὶ πρὸς τὸ ἴδιον ἁρμόσει λέγεσθαι. παντί τε γὰρ δεῖ τῷ ὑπὸ τοὔνομα τὸν κατασκευάζοντα δεικνύναι, ὅτι ὑπάρχει· ἀνασκευάζοντα δὲ ἀπόχρη ἑνὶ δεῖξαι μὴ ὑπάρχον. εἰ δὲ καὶ παντὶ ὑπάρχει, μὴ μόνῳ δὲ, καὶ οὕτως ἀνασκευασμένον γίνεται, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὁρισμοῦ ἐλέγετο. 8 Περὶ δὲ τοῦ γένους, ὅτι κατασκευάζοντα μὲν ἀνάγκη μοναχῶς παντὶ δείξαντα ὑπάρχειν· ἀνασκευάζοντα δὲ διχῶς· καὶ γὰρ, εἰ μηδενὶ, καὶ, εἰ τινὶ δέδεικται μὴ ὑπάρχον, ἀνῄρηται τὸ ἐν ἀρχῇ. 9 Ἔτι κατασκευάζοντι μὲν οὐκ ἀπόχρη, ὅτι ὑπάρχει, δεῖξαι, ἀλλὰ καὶ, ὅτι ὡς γένος ὑπάρχει, δεικτέον· ἀνασκευάζοντι δὲ ἱκανὸν τὸ δεῖξαι μὴ ὑπάρ-

prium explicatur. Itaque refellere licet uno (*verbo*) reprehenſo; confirmantem vero omnia ſyllogiſmo concludere neceſſe eſt. 7 Fere autem reliqua omnia, quae ad definitionem (*pertinent*), ad proprium etiam applicari poſſunt. Nam confirmantem probare oportet, omni, quod ſub nomine (*continetur*), convenire (*orationem*); refellenti autem ſatis eſt oſtendere, (*eam*) uni non convenire. Etiamſi vero omni convenit, non ſoli tamen, ſic quoque everſa erit, quemadmodum & de definitione dicebatur. 8 Quoad genus autem (*idem hinc appareret*), quia confirmantem quidem neceſſe eſt uno modo probare, omni (*illud*) convenire; quod tamen refelli poteſt duobus modis; nam &, ſi nulli, &, ſi alicui non ineſſe (*illud*), probetur, everſum erit, quod initio (*ut genus poſitum eſt*). 9 Porro, confirmanti quidem non ſatis eſt demonſtrare, quod inſit, ſed etiam, quod ut genus inſit, illi probandum eſt; refellenti vero ſatis

χον ἢ τινὶ, ἢ μὴ παντί. 10 Ἔοικε δὲ, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ διαφθεῖραι τοῦ ποιῆσαι ῥᾷον, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων τὸ ἀνασκευάσαι τοῦ κατασκευάσαι. 11 Ἐπὶ δὲ τοῦ συμβεβηκότος τὸ μὲν καθόλου ῥᾷον ἀνασκευάζειν, ἢ κατασκευάζειν· κατασκευάζοντα μὲν γὰρ δεικτέον, ὅτι παντί· ἀνασκευάζοντα δὲ ἀπόχρη ἑνὶ δεῖξαι μὴ ὑπάρχον. τὸ δὲ ἐπὶ μέρους ἀνάπαλιν· ῥᾷον γὰρ κατασκευάσαι, ἢ ἀνασκευάσαι· κατασκευάζοντι μὲν γὰρ ἀπόχρη τὸ δεῖξαι τινὶ ὑπάρχον· ἀνασκευάζοντι δὲ δεικτέον, ὅτι οὐδενὶ ὑπάρχει. 12 Φανερὸν δὲ καὶ, διότι πάντων ῥᾶστον, ὅρον ἀνασκευάσαι· πλεῖστα [μὲν] γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ δεδομένα, πολλῶν εἰρημένων· ἐκ δὲ τῶν πλειόνων θᾶττον γίνεται συλλογισμός· εἰκὸς γὰρ ἐν τοῖς πολλοῖς μᾶλλον, ἢ ἐν τοῖς ὀλίγοις, ἁμάρτημα γίνεσθαι. 13 Ἔτι, πρὸς μὲν ὅρον ἐνδέχεται [καὶ] διὰ

est demonstrare, quod non insit aut cuidam, aut omni. 10 Videtur autem, quemadmodum etiam in aliis facilius est corrumpere quam efficere, sic quoque in his (*facilius esse*) refellere, quam confirmare. 11 In accidente vero universale quidem facilius est refellere, quam confirmare. Nam confirmanti ostendendum est, (*accidens*) omni inesse; refellenti vero sufficit, ut ostendat, uni non inesse. Contrario autem est ratio particularis; nam facilius est confirmare, quam refellere; confirmanti enim satis est ostendere, quod insit (*particulare*) alicui; refellenti vero probandum est, nulli (*illud*) inesse. 12 Manifestum vero etiam est, cur omnium facillimum sit, definitionem evertere; nam plurima in ea data sunt, cum multa dicta sint; ex pluribus autem citius fit syllogismus, nam patet in multis magis, quam in paucis, peccari. 13 Porro, ad definitionem (*evertendam*) per alia

τῶν ἄλλων ἐπιχειρεῖν· εἴτε γὰρ μὴ ἴδιος ὁ λόγος, εἴτε μὴ γένος τὸ ἀποδοθέν, εἴτε μὴ ὑπάρχει τι τῶν ἐν τῷ λόγῳ, ἀνῃρημένος γίνεται ὁ ὁρισμός· πρὸς δὲ τἆλλα, οὔτε τὰ ἐκ τῶν ὅρων, οὔτε τἆλλα ἐνδέχεται πάντα ἐπιχειρεῖν· μόνα γὰρ τὰ πρὸς τὸ συμβεβηκὸς κοινὰ πάντων τῶν εἰρημένων ἐστίν· ὑπάρχειν μὲν γὰρ δεῖ ἕκαστον τῶν εἰρημένων. εἰ δὲ μὴ ὡς ἴδιον ὑπάρχει τὸ γένος, οὐδέπω ἀνῄρηται τὸ γένος. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἴδιον οὐκ ἀναγκαῖον, ὡς γένος· οὐδὲ τὸ συμβεβηκὸς, ὡς γένος ἢ ἴδιον, ἀλλ' ὑπάρχειν μόνον. ὥστε οὐ δυνατὸν, ἐκ τῶν ἑτέρων πρὸς τὰ ἕτερα ἐπιχειρεῖν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τοῦ ὁρισμοῦ. δῆλον οὖν, ὅτι ῥᾷστον πάντων, ὅρον ἀναιρεῖν. 14 Κατασκευάζειν δὲ χαλεπώτατον· ἐκεῖνά τε γὰρ πάντα δεῖ συλλογίζεσθαι· (καὶ γὰρ, ὅτι ὑπάρχει τὰ εἰ-

quoque argumentari licet; nam ſive orario non ſit propria, ſive id, quod traditum eſt, non ſit genus, ſive aliquod eorum, quae in definitione poſita ſunt, non inſit, evertitur definitio; ad alia vero (*refutanda*) neque ea, quae ex definitionibus exſiſtunt, neque reliqua omnia licet argumentis impugnare; nam ſola ad accidens pertinentia communia ſunt omnibus, quae dicta ſunt; nam unumquodque eorum, quae dicta ſunt, ineſſe debet. Quod ſi autem genus non ut proprium inſit, non ideo genus everſum eſt. Similiter vero etiam non neceſſe eſt, proprium ut genus ineſſe, neque accidens, ut genus aut proprium, ſed ineſſe dumtaxat. Quare fieri non poteſt, ut ex aliis ad alia argumenta transferamus, niſi ad definitionem. Patet igitur, facillime omnium definitionem everti. 14 Confirmare autem (*definitionem*) difficillimum eſt; nam & cetera omnia ſyllogiſmo concludere oportet; (nimirum ineſſe dicta

ρημένα [πάντα], καὶ ὅτι γένος τὸ ἀποδοθέν, καὶ ὅτι ἴδιος ὁ λόγος·) καὶ ἔτι παρὰ ταῦτα, ὅτι δηλοῖ τὸ τί ἦν εἶναι ὁ λόγος, καὶ τοῦτο καλῶς δεῖ πεποιηκέναι. 15 Τῶν δ' ἄλλων τὸ ἴδιον μάλιστα τοιοῦτον. ἀναιρεῖν μὲν γὰρ ῥᾷον, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν ὡς ἐπιτοπολὺ εἶναι· κατασκευάζειν δὲ χαλεπώτατον· ὅτι τε πολλὰ δεῖ συμβιβάσαι· καὶ πρὸς τούτῳ, ὅτι μόνῳ ὑπάρχει, καὶ ἀντικατηγορεῖται τοῦ πράγματος. 16 Ῥᾷστον δὲ πάντων κατασκευάσαι τὸ συμβεβηκός. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις οὐ μόνον ὑπάρχον, ἀλλὰ καὶ, ὅτι οὕτως ὑπάρχει, δεικτέον· ἐπὶ δὲ τοῦ συμβεβηκότος, ὅτι ὑπάρχει μόνον, ἱκανὸν δεῖξαι. 17 Ἀνασκευάζειν δὲ χαλεπώτατον τὸ συμβεβηκὸς, ὅτι ἐλάχιστα ἐν αὐτῷ δέδοται· οὐ γὰρ προσσημαίνει ἐν τῷ συμβεβηκότι, πῶς ὑπάρχει. ὥστε ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων διχῶς ἐστιν ἀναιρεῖν, ἢ

[omnia], & esse genus id, quod traditum est, & esse propriam orationem;) & praeterea, orationem declarare, quid res sit, & omnia haec praeclare facta esse. 15 Inter cetera vero proprium maxime tale est, (*ut difficile confirmetur*). Nam facilius est illud evertere, quoniam ex multis (*verbis*) plerumque constat; difficillime autem confirmatur; quia multa oportet (*nos*) coniungere; & praeterea (*probare*), quod soli insit; & (*quia*) cum re reciprocari (*oportet*). 16 Facillimum autem omnium est confirmare accidens. Nam cetera quidem non solum (*rei*) inesse, sed etiam *sic* inesse, probandum est; accidens vero inesse tantum probare sufficit. 17 Difficillimum autem est refellere accidens, quoniam pauciſſima in eo data sunt; non enim adsignificat (*definiens*) in accidente, quomodo insit. Quare cetera quidem duo-

δείξαντα, ὅτι οὐχ ὑπάρχει, ἢ, ὅτι οὐχ οὕτως ὑπάρχει· ἐπὶ δὲ τοῦ συμβεβηκότος οὐκ ἔστιν ἀνελεῖν, ἀλλ' ἢ δείξαντα, ὅτι οὐχ ὑπάρχει. 18 Οἱ μὲν οὖν τόποι, δι' ὧν εὐπορήσομεν πρὸς ἕκαστα τῶν προβλημάτων ἐπιχειρεῖν, σχεδὸν ἱκανῶς ἐξηρίθμηνται.

bus modis licet refellere, probando, vel (ea) non ineſſe, vel non ſic ineſſe; accidens vero non licet evertere, niſi probetur, non ineſſe. 18 Loci igitur, ex quibus adverſus ſingula problemata argumentorum copia nobis ſuppetet, fere ſufficienter enumerati ſunt.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΟΠΙΚΩΝ
ΤΟ ΟΓΔΟΟΝ.

ΚΕΦ. α'.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΕΡΩΤΗΣΕΩΣ.

ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα περὶ τάξεως, καὶ πῶς δεῖ ἐρωτᾶν, λεκτέον. δεῖ δὲ πρῶτον μὲν ἐρωτᾶν μέλλοντα τὸν τόπον εὑρεῖν, ὅθεν ἐπιχειρητέον· δεύτερον δὲ ἐρωτηματίσαι καὶ τάξαι καθέκαστα πρὸς ἑαυτόν· τὸ δὲ λοιπὸν καὶ τρίτον εἰπεῖν ἤδη ταῦτα πρὸς ἕτερον. μέχρι μὲν οὖν τοῦ εὑρεῖν τὸν τόπον ὁμοίως τοῦ Φιλοσόφου καὶ τοῦ δια-

ARISTOTELIS
TOPICORUM
LIBER VIII.

CAP. I.
De dispositione & interrogatione dialectica.

POST haec vero de dispositione, & quomodo interrogare oporteat, dicendum est. Debet autem primo interrogaturus locum invenire, ex quo argumentetur; deinde interrogare & disponere singula ipse per se; postremo & tertio haec iam in medium adversus alterum proferre. Ac loci quidem inventio aeque ad Philoso-

λεκτικοῦ ἡ σκέψις. τὸ δὲ ἤδη ταῦτα τάττειν καὶ ἐρωτηματίζειν ἴδιον τοῦ διαλεκτικοῦ· πρὸς ἕτερον γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον· τῷ δὲ φιλοσόφῳ καὶ ζητοῦντι καθ' ἑαυτὸν οὐδὲν μέλει, ἐὰν ἀληθῆ μὲν ᾖ καὶ γνώριμα, δι' ὧν ὁ συλλογισμὸς, μὴ ᾖ δὲ αὐτὰ ὁ ἀποκρινόμενος διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τῷ ἐξ ἀρχῆς, καὶ προορῶν τὸ συμβησόμενον· ἀλλ' ἴσως ἂν καὶ σπουδάσειεν, ὅτι μάλιστα γνώριμα καὶ σύνεγγυς εἶναι τὰ ἀξιώματα· ἐκ τούτων γὰρ οἱ ἐπιστημονικοὶ συλλογισμοί. τοὺς μὲν οὖν τόπους, ὅθεν δεῖ λαμβάνειν, εἴρηται πρότερον· περὶ τάξεως δὲ καὶ τοῦ ἐρωτηματίσαι λεκτέον, διελόμενον τὰς προτάσεις, ὅσαι ληπτέαι παρὰ τὰς ἀναγκαίας. ἀναγκαῖαι δὲ λέγονται, δι' ὧν ὁ συλλογισμὸς γίνεται. 2 Αἱ δὲ παρὰ ταύτας λαμβανόμεναι τέτταρες εἰσίν· ἢ γὰρ ἐπαγωγῆς χάριν, τοῦ δοθῆναι τὸ καθόλου, ἢ εἰς

plum & Dialecticum pertinet. Haec autem, (*quae inventa ſunt*,) diſponere & interrogare proprium eſt Dialectici; nam hoc omne fit adverſus alterum; Philoſopho autem & ſecum inquirenti non curae eſt, ſi vera ſint & nota, e quibus efficitur ſyllogiſmus, nec tamen ea poſuerit reſpondens propterea, quod propinqua ſint (*quaeſtioni*) ab initio (*propoſitae*), & praevideat, quod eventurum eſt; quin immo fortaſſe (*ille*) dat operam, ut axiomata fiant maxime nota & problemati propinqua; nam ex his conſtant ſyllogiſmi, qui ſcientiam pariunt. Locos quidem, unde argumenta ſumere oportet, ſupra expoſuimus; de diſpoſitione vero & interrogatione nunc dicendum eſt, diſtinctis antea propoſitionibus, quae praeter neceſſarias ſumendae ſunt. Neceſſariae autem (*propoſitiones*) dicuntur, e quibus ſyllogiſmus conficitur. 2 Quae autem praeter has ſumuntur, quatuor ſunt; aut enim (*ſumuntur*) inductionis cauſa,

ὄγκον τοῦ λόγου, ἢ εἰς κρύψιν τοῦ συμπεράσματος, ἢ πρὸς τὸ σαφέστερον εἶναι τὸν λόγον. παρὰ δὲ ταύτας οὐδεμίαν ληπτέον πρότασιν· ἀλλ' ἢ διὰ τούτων αὔξειν, ἢ ἐρωτηματίζειν πειρατέον. 3 Εἰσὶ δὲ αἱ πρὸς κρύψιν ἀγῶνος χάριν. ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶσα ἡ τοιαύτη πραγματεία πρὸς ἕτερόν ἐστιν, ἀνάγκη καὶ ταύταις χρῆσθαι. 4 Τὰς μὲν οὖν ἀναγκαίας, δι' ὧν ὁ συλλογισμὸς, οὐκ εὐθὺς προτατέον, ἀλλ' ἀποστατέον ὅτι ἀνωτάτω. οἷον, μὴ τῶν ἐναντίων ἀξιοῦντα τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην, ἂν τοῦτο βούληται λαβεῖν, ἀλλὰ τῶν ἀντικειμένων· τεθέντος γὰρ τούτου, καὶ, ὅτι τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, συλλογιεῖται· ἐπειδὴ τῶν ἀντικειμένων τὰ ἐναντία. ἐὰν δὲ μὴ τιθῇ, δι' ἐπαγωγῆς ληπτέον, προτείνοντα ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος ἐναντίων. ἢ γὰρ

ut detur universale, aut ad amplificationem orationis, aut ad celandam conclusionem, aut ut magis perspicua sit oratio. Praeter tales autem nulla sumenda est propositio, sed tentandum est, ut aut per eas amplificemus (*orationem*), aut interrogemus. 3 Quae autem celandae conclusionis causa sumuntur, ad exercitationem spectant. Sed quia totum huius artis munus cum altero transigendum est, etiam illis uti necesse est. 4 Necessariae quidem (*propositiones*), e quibus syllogismus (*conficitur*), non statim proferendae sunt, sed recedendum est quam longissime. Utputa, si quis sumere velit postulando, contrariorum non esse eandem scientiam, sed (*omnino*) oppositorum; nam hoc posito, etiam, contrariorum esse eandem scientiam, concludet; quandoquidem contraria sub oppositis sunt. Quod si autem (*adversarius*) non concedat, per inductionem sumendum est, propositis singulis contrariis. Aut enim per syllo-

διὰ συλλογισμοῦ, ἢ δι' ἐπαγωγῆς τὰς ἀναγκαίας λη-
πτέον· ἢ τὰς μὲν ἐπαγωγῇ· τὰς δὲ συλλογισμῷ· ὅσαι
δὲ λίαν προφανεῖς εἰσι, καὶ αὐτὰς προτείνοντα. ἀδηλό-
τερόν τε γὰρ ἀεὶ ἐν τῇ ἀποστάσει καὶ τῇ ἐπαγωγῇ
τὸ συμβησόμενον· καὶ ἅμα τὸ αὐτὰς τὰς χρησίμους
προτεῖναι καὶ μὴ δυνάμενον ἐκείνως λαβεῖν, ἕτοιμον.
5 Τὰς δὲ παρὰ ταύτας εἰρημένας ληπτέον μὲν τού-
των χάριν· ἑκάστη δὲ ὧδε χρηστέον. 6 Ἐπάγοντα μὲν
ἀπὸ τῶν καθέκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου, καὶ τῶν γνω-
ρίμων ἐπὶ τὰ ἄγνωστα. γνώριμα δὲ μᾶλλον τὰ κα-
τὰ τὴν αἴσθησιν ἢ ἁπλῶς, ἢ τοῖς πολλοῖς. 7 Κρύ-
πτοντα δὲ προσυλλογίζεσθαι, δι' ὧν ὁ συλλογισμὸς
τοῦ ἐξ ἀρχῆς μέλλει γίνεσθαι, καὶ ταῦτα ὡς πλεί-
στα. εἴη δ' ἂν τοῦτο, εἴ τις μὴ μόνον τὰς ἀναγκαίας,
ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς ταύτας χρησίμων τινὰ συλλογί-

gisfmum, aut per inductionem neceſſariae (*propoſitiones*) ſumendae ſunt; aut aliae quidem inductione; aliae vero ſyllogiſmo; quae autem valde perſpicuae ſunt, illae ipſae proponendae ſunt. Nam obſcurior ſemper eſt in receſſu & inductione concluſio; atque ſimul eas, quae utiles ſunt, proponere, ſi quis ſumere illo modo non poſſit, eſt maxime expeditum. 5 Quae autem praeter has dictas (*neceſſarias propoſitiones*) enumeratae ſunt, illae harum cauſa ſumendae ſunt; ſingulis vero ita utendum eſt. 6 Inducentem quidem (*oportet*) a ſingularibus ad univerſalia, & a notis ad ignota (*progredi*). Notiora autem magis ſunt ſub ſenſum cadentia, ſive ſimpliciter, ſive vulgo. 7 Celantem autem (*oportet*) proſyllogiſmis probare (*ea*), e quibus concludendum eſt, quod ab initio (*propoſitum fuit*), atque haec quam plurima. Fiet vero hoc, ſi quis non ſolum (*propoſitiones*) neceſſarias, ſed aliquam etiam ex iis, quae ad haſce utiles ſunt,

ζοιτο. 8 Ἔτι, τὰ συμπεράσματα μὴ λέγειν, ἀλλ' ὕστερον συλλογίζεσθαι ἀθρόα· οὕτω γὰρ ἂν πορρωτάτω ἀποστήσειε τῆς ἐξ ἀρχῆς θέσεως. 9 Καθόλου δὲ εἰπεῖν, οὕτω δεῖ ἐρωτᾶν τὸν κρυπτικῶς πυνθανόμενον, ὥστε, ἠρωτημένου τοῦ παντὸς λόγου, καὶ εἰπόντος τὸ συμπέρασμα, ζητεῖσθαι τὸ διὰ τί. τοῦτο δὲ ἔσται μάλιστα διὰ τοῦ λεχθέντος ἔμπροσθεν τρόπου. μόνου γὰρ τοῦ ἐσχάτου ῥηθέντος συμπεράσματος, ἄδηλον, πῶς συμβαίνει, διὰ τὸ μὴ προορᾶν τὸν ἀποκρινόμενον· ἐκ τίνων συμβαίνει, μὴ διαρθρωθέντων τῶν πρότερων συλλογισμῶν. ἥκιστα δ' ἂν διαρθρωθείη ὁ συλλογισμὸς τοῦ συμπεράσματος, μὴ τὰ τούτου λήμματα ἡμῶν τιθέντων, ἀλλ' ἐκεῖνα, ὑφ' ὧν [ὁ] συλλογισμὸς γίνεται. 10 Χρήσιμον δὲ καὶ τὸ μὴ συνεχῆ τὰ ἀξιώματα λαμβάνειν, ἐξ ὧν οἱ συλλογισμοὶ, ἀλλ' ἐναλ-

concludat. 8 Porro, concluſiones dicere non oportet, ſed poſtea eas quaſi per coacervationem omnes colligere ſyllogiſmo. Sic enim a primo propoſito recedet (*interrogans*) longiſſime. 9 Ut autem univerſaliter dicam, celando percontantem ſic oportet interrogare, ut, cum totam orationem interrogaverit, & effecta totius concluſione, (*alter requirat*,) quae cauſa ſit. Hoc vero fiet maxime eo, quem antea diximus, modo. Nam ſola ultima concluſione dicta, incertum erit, quomodo (*illa*) efficiatur, propterea quod reſpondens non praevideat, ex quibuſnam colligatur, prioribus ſyllogiſmis non in membra digeſtis. Minime autem in ſua membra ſyllogiſmus concluſionis digereretur, non ponentibus nobis huius ſumtiones, ſed ea, ex quibus ſumtiones illae probantur. 10 Utile vero etiam eſt, non continenter propoſitiones ſumere, ex quibus ſyllogiſmi (*conſtant*), ſed

λὰξ τὸ πρὸς ἕτερον καὶ ἕτερον συμπέρασμα. τιθεμένων γὰρ τῶν οἰκείων παραλλήλα, μᾶλλον τὸ συμβησόμενον ἐξ αὐτῶν προφανές. 11 Χρὴ δὲ καὶ ὁρισμῷ λαμβάνειν, ἐφ' ὧν ἐνδέχεται, τὴν καθόλου πρότασιν, μὴ ἐπ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν συστοίχων· παραλογίζονται γὰρ ἑαυτοὺς, ὅταν ἐπὶ συστοίχου ληφθῇ ὁ ὁρισμὸς, ὡς οὐ καθόλου συγχωροῦντες. οἷον, εἰ δέοι λαβεῖν, ὅτι ὁ ὀργιζόμενος ὀρέγεται τιμωρίας, [ληφθείη δὲ ἡ ὀργὴ ὄρεξις εἶναι τιμωρίας] διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν. δῆλον γὰρ, ὅτι, τούτου ληφθέντος, ἔχοιμεν ἂν καθόλου, ὃ προαιρούμεθα. τοῖς δ' ἐπ' αὐτῶν προτείνουσι πολλάκις ἀνανεύειν συμβαίνει τὸν ἀποκρινόμενον, διὰ τὸ μᾶλλον ἔχειν ἐπ' αὐτοῦ τὴν ἔνστασιν. οἷον, ὅτι οὐ πᾶς ὁ ὀργιζόμενος ὀρέγεται τιμωρίας· τοῖς γὰρ γονεῦσιν ὀργιζόμεθα μὲν, οὐκ ὀρεγόμεθα δὲ τιμωρίας.

viciſſim aliam & aliam efficere concluſionem. Si enim propria (*alicuius concluſionis*) iuxta ſe ponuntur, magis, quid ex illis efficietur, apparet. 11 Oportet vero etiam, quantum fieri poteſt, definitione ſumere univerſalem propoſitionem, non de ipſis, (*de quibus agitur*), ſed de coniugatis; falſa enim concluſione ſe ipſos capiunt (*reſpondentes*), cum coniugati ſumta fuerit definitio, quaſi univerſalem propoſitionem non concedant. Velut, ſi ſumendum ſit, iratum appetere ultionem, [ſumta autem fuerit ira libido ultionis] ob apparentem contemtum. Nam patet, hoc ſumto, nos univerſale habituros eſſe, quod volumus. At ſi quis definitionem afferat eorum, de quibus agitur, ſaepe fit, ut reſpondens abnuat, quod facilior ſit in his occurrendi ratio. Velut, (*ſi quis ponat*), non omnem iratum vindictam appetere; quia licet parentibus iraſcamur, vindictam tamen non appetimus. Fortaſſe autem haec obie-

ἴσως μὲν οὖν οὐκ ἀληθὴς ἡ ἔνστασις· παρ' ἐνίων γὰρ ἱκανὴ τιμωρία τὸ λυπῆσαι μόνον, καὶ ποιῆσαι μεταμελεῖσθαι. οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει τι πιθανὸν πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν, ἀλόγως ἀρνεῖσθαι τὸ προτεινόμενον. ἐπὶ δὲ τοῦ τῆς ὀργῆς ὁρισμοῦ οὐχ ὁμοίως ῥᾴδιον εὑρεῖν ἔνστασιν. 12 Ἔτι, τὸ προτείνειν, ὡς οὐ δι' αὐτὸ, ἀλλ' ἄλλου χάριν προτείνοντα. εὐλαβοῦνται γὰρ τὰ πρὸς τὴν θέσιν χρήσιμα. 13 Ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, ὅτι μάλιστα ποιεῖν ἄδηλον, πότερον τὸ προτεινόμενον, ἢ τὸ ἀντικείμενον, βούλεται λαβεῖν. ἀδήλου γὰρ ὄντος τοῦ πρὸς τὴν θέσιν χρησίμου, μᾶλλον τὸ δοκοῦν αὐτοῖς τιθέασιν. 14 Ἔτι, διὰ τῆς ὁμοιότητος πυνθάνεσθαι. καὶ γὰρ πιθανὸν, καὶ λανθάνει μᾶλλον τοῦ καθόλου. οἷον, ὅτι, ὥσπερ ἐπιστήμη καὶ ἄγνοια τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ, οὕ-

ctio non vera eſt; nam a quibuſdam ſatis ultionis ſumimus, ſi dolore tantum eos afficiamus, & curemus, ut eos poeniteat; verum enimvero habet aliquam vim perſuadendi, ut non iniuriâ propoſitio negata eſſe videatur. Sed adverſus irae definitionem non tam facile eſt, obiectionem invenire. 12 Porro, (*ſic*) proponere (*debemus*), quaſi non propter id, (*de quo agitur*,) ſed alius cauſa proponamus. Nam (*reſpondentes*) ea declinant, quae ad theſin (*impugnandam*) utilia ſunt. 13 Ut autem ſimpliciter dicam, quam maxime incertum debet efficere (*interrogans*), utrum id, quod proponitur, an oppoſitum ſumere velit. Cum enim eſt obſcurum, quid ad theſin impugnandam utile ſit, magis, quod ſibi videtur, ponunt. 14 Praeterea, per ſimilitudinis (*collationem*) interrogare (*oportet*). Nam & vim habet ad perſuadendum, & magis latet, quam univerſale. Velut, quemadmodum ſcientia & ignorantia contrariorum ea-

τω καὶ αἴσθησις τῶν ἐναντίων ἡ αὐτή· ἢ ἀνάπαλιν, ἐπειδὴ [ἡ] αἴσθησις ἡ αὐτὴ τῶν ἐναντίων, καὶ ἐπιστήμη. τοῦτο δέ ἐστιν ὅμοιον ἐπαγωγῇ· οὐ μὴν ταὐτόν γε· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν καθέκαστον τὸ καθόλου λαμβάνεται· ἐπὶ δὲ τῶν ὁμοίων οὐκ ἔστι τὸ λαμβανόμενον τὸ καθόλου, ὑφ' ὃ ἅπαντα τὰ ὅμοιά ἐστι. 15 Δεῖ δὲ καὶ αὐτὸν ἑαυτῷ ποτε ἔνστασιν φέρειν· ἀνυπόπτως γὰρ ἔχουσιν οἱ ἀποκρινόμενοι πρὸς τοὺς δοκοῦντας δικαίως ἐπιχειρεῖν. 16 Χρήσιμον δὲ καὶ τὸ ἐπιλέγειν, ὅτι σύνηθες καὶ λεγόμενον τὸ τοιοῦτον· ὀκνοῦσι γὰρ κινεῖν τὸ εἰωθὸς ἔνστασιν μὴ ἔχοντες· ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ χρῆσθαι καὶ αὐτοὺς τοῖς τοιούτοις φυλάττονται κινεῖν αὐτά. 17 Ἔτι, τὸ μὴ σπουδάζειν, κἂν ὅλως χρήσιμον ᾖ· πρὸς γὰρ τοὺς σπουδάζοντας μᾶλλον ἀντιτείνουσι. 18 Καὶ τὸ ὡς ἐν παραβολῇ προτείνειν. τὸ

dem eſt, ita etiam ſenſum contrariorum eundem eſſe; vel contra, quia ſenſus eſt idem contrariorum, ſcientiam quoque (*contrariorum eandem eſſe*). Hoc vero eſt ſimile inductioni; non tamen idem; illic enim ex ſingularibus ſumitur univerſale; in ſimilibus vero id, quod ſumitur, non eſt univerſale, ſub quo omnia ſimilia ſunt. 15 Oportet vero etiam ipſum (*interrogantem*) ſibi aliquando obiectionem facere; nam reſpondentes non habent eos ſuſpectos, qui iuſte argumentari videntur. 16 Utile vero etiam eſt, ſi quis inſuper dicat, ſe id, quod paſſim dici ſolet, proponere; non audent enim reſpondentes uſitatum tollere, niſi obiectionem habeant; ſimul vero, quia talibus ipſi quoque utuntur, cavent ſibi, ne ea infringant. 17 Praeterea, ſtudium diſſimulare oportet, etiamſi hoc omnino utile ſit; magnum ſtudium enim in aliqua re ponentibus, libentius (*reſpondentes*) obſiſtunt. 18 Oportet etiam quaſi in exem-

γὰρ δι' ἄλλο τι προτεινόμενον, καὶ μὴ δι' αὐτὸ [χρήσιμον], τιθέασι μᾶλλον. 19 Ἔτι, μὴ αὐτὸ προτείνειν, ὃ δεῖ ληφθῆναι, ἀλλ' ᾧ τοῦτο ἕπεται ἐξ ἀνάγκης· μᾶλλόν τε γὰρ συγχωροῦσι διὰ τὸ μὴ ὁμοίως ἐκ τούτων φανερὸν εἶναι τὸ συμβησόμενον· καὶ ληφθέντος τούτου, εἴληπται κἀκεῖνο. 20 Καὶ τὸ ἐπ' ἐσχάτῳ ἐρωτᾶν, ὃ μάλιστα βούλεται λαβεῖν· μάλιστα γὰρ τὰ πρῶτα ἀνανεύουσι διὰ τὸ τοὺς πλείστους τῶν ἐρωτώντων πρῶτα λέγειν, περὶ ἃ μάλιστα σπουδάζουσι. 21 Πρὸς ἐνίους δὲ πρῶτα τὰ τοιαῦτα προτείνειν. οἱ γὰρ δύσκολοι τὰ πρῶτα μάλιστα συγχωροῦσιν, ἐὰν μὴ παντελῶς φανερὸν ᾖ τὸ συμβησόμενον· ἐπὶ τελευτῆς δὲ δυσκολαίνουσιν· ὁμοίως δὲ καὶ, ὅσοι οἴονται δριμεῖς εἶναι ἐν τῷ ἀποκρίνεσθαι· θέντες γὰρ τὰ πλεῖστα,

plo proponere. Nam quod propter aliud quidpiam proponitur, nec propter se [utile est], facilius admittunt. 19 Praeterea, non id proponendum est, quod sumi oportet, sed id, cui hoc consequens est necessario; nam & facilius concedunt (*respondentes*) propterea quod non aeque perspicuum est, quid ex his efficietur; &, si hoc sumtum fuerit, illud quoque sumtum erit. 20 Ac postremo loco interrogare (*oportet interrogantem*), id, quod praecipue vult sumere; maxime enim prima negant (*respondentes*), quia plurimi interrogantium primo ea dicunt, circa quae maxime versati sunt. 21 Adversus nonnullos autem primo ea, quae sunt eiusmodi, proferre oportet. Nam protervi prima maxime concedunt, nisi omnino sit perspicuum, quid eventurum sit; ad postremum vero difficiles fiunt; quod aeque faciunt illi, quicunque putant, se acutos esse in respondendo; nam plurimis positis, (& *concessis*,) tumultuantur in con-

ἐπὶ τέλους τερθρεύονται, ὡς οὐ συμβαίνοντος ἐκ τῶν κειμένων· τισὶ δὲ [προχείρως,] πιστεύοντες τῇ ἕξει, καὶ ὑπολαμβάνοντες, οὐδὲν πείσεσθαι. 22 Ἔτι, τὸ μηκύνειν καὶ παρεμβάλλειν τὰ μηδὲν χρήσιμα πρὸς τὸν λόγον, καθάπερ οἱ ψευδογραφοῦντες. πολλῶν γὰρ ὄντων, ἄδηλον, ἐν ὁποίῳ τὸ ψεῦδος. διὸ καὶ λανθάνουσιν ἐνίοτε οἱ ἐρωτῶντες ἐν παραβύστῳ * προτιθέντες, ἃ καθ' αὑτὰ προτεινόμενα οὐκ ἂν τεθείη. εἰς μὲν οὖν κρύψιν τοῖς εἰρημένοις χρηστέον. 23 Εἰς δὲ κόσμον ἐπαγωγῇ καὶ διαιρέσει τῶν συγγενῶν. ἡ μὲν οὖν ἐπαγωγὴ ὁποῖόν τί ἐστι, δῆλον. τὸ δὲ διαιρεῖσθαι τοιοῦτον· οἷον, ὅτι ἐπιστήμη ἐπιστήμης βελτίων, ἢ τῷ ἀκριβεστέρα εἶναι, ἢ τῷ βελτιόνων· καὶ ὅτι τῶν ἐπιστημῶν αἱ μὲν θεωρητικαί· αἱ δὲ πρακτικαί· αἱ δὲ ποιητικαί· τῶν γὰρ τοιούτων ἕκαστον συνεπικοσμεῖ μὲν τὸν λόγον,

Cap. II edd. Sylb. & Caſaub.

cluſione, quaſi haec ex conceſſis minime ſequatur; concedunt autem [facile] freti ingenio ſuo, & rati, nullum ſe incommodum conſecuturos. 22 Praeterea (*utile eſt*), producere (*orationem*), & interiicere talia, quae nihil ad diſputationem faciunt, quemadmodum falſo aliquid deſcribentes (*facere ſoliti ſunt*). Multis enim propoſitis, incertum eſt, in quonam falſum (*latear*). Itaque etiam latent interdum interrogantes, dum multa quaſi in ſacco referto occultata proferunt, quae per ſe propoſita non conceſſa fuiſſent. Ad occultandum igitur dictis uti nos oportet. 23 Ad ornatum autem inductione & diviſione eorum, quae eiuſdem generis ſunt. Inductio quidem quid ſit, conſtat. Diviſio vero eſt talis; veluti, ſcientiam ſcientiâ meliorem eſſe, vel quia exquiſitior, vel quia (*rerum*) meliorum ſit; & ſcientiarum alias quidem eſſe theoreticas; alias vero practicas; alias denique effectivas; talia enim ſingula exornant oratio-

οὐκ ἀναγκαῖον δὲ ῥηθῆναι πρὸς τὸ συμπέρασμα. 24 Εἰς δὲ σαφήνειαν, παραδείγματα καὶ παραβολὰς οἰστέον. παραδείγματα δὲ οἰκεῖα, καὶ ἐξ ὧν ἴσμεν, οἷα Ὅμηρος, μὴ οἷα Χοιρίλος. οὕτω γὰρ ἂν σαφέστερον εἴη τὸ προτεινόμενον.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΡΩΤΗΣΕΩΣ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ ΥΠΟΘΗΚΑΙ ΑΛΛΑΙ.

Χρηστέον δὲ ἐν τῷ διαλέγεσθαι τῷ μὲν συλλογισμῷ πρὸς τοὺς διαλεκτικοὺς μᾶλλον, ἢ πρὸς τοὺς πολλούς· τῇ δὲ ἐπαγωγῇ τοὐναντίον πρὸς τοὺς πολλοὺς μᾶλλον. εἴρηται δὲ ὑπὲρ τούτων καὶ πρότερον. 2 Ἔστι δὲ ἐπ' ἐνίων μὲν ἐπάγοντα δυνατὸν ἐρωτῆσαι τὸ καθόλου. ἐπ' ἐνίων δὲ οὐ ῥᾴδιον, διὰ τὸ μὴ κεῖσθαι ταῖς ὁμοιότησιν ὄνομα πάσαις κοινόν· ἀλλ', ὅταν δέῃ τὸ

nem, nec neceſſe eſt, ut ad concluſionem (*efficiendam*) dicantur. 24 Ad perſpicuitatem autem exempla & ſimilitudines afferendae ſunt. Exempla vero propria eſſe debent, & e quibus (*rem*) intelligamus, qualia Homerus, non qualia Choerilus (*propoſuit*). Sic enim magis perſpicuum erit id, quod proponitur.

CAP. II.

Alia praecepta de interrogatione dialectica.

In differendo autem ſyllogiſmo utendum erit apud Dialecticos potius, quam apud multitudinem; inductione contra apud multitudinem potius. De his vero & antea dictum eſt. 2 In quibuſdam autem inducens poteſt interrogando ſumere univerſale. In aliis vero hoc non facile eſt, quia non eſt omnibus ſimilitudinibus poſitum nomen commune; ſed, cum univerſale ſume-

καθόλου λαβεῖν, οὕτως ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων φασί· τοῦτο [δὲ] διορίσαι τῶν χαλεπωτάτων, ὁποῖα τῶν προφερομένων τοιαῦτα, καὶ ὁποῖα οὔ. καὶ παρὰ τοῦτο πολλάκις ἀλλήλους παρακρούονται κατὰ τοὺς λόγους οἱ μὲν φάσκοντες, ὅμοια εἶναι τὰ μὴ ὄντα ὅμοια· οἱ δὲ ἀμφισβητοῦντες, τὰ ὅμοια μὴ εἶναι ὅμοια. διὸ πειρατέον ἐπὶ πάντων τῶν τοιούτων ὀνοματοποιεῖν αὐτόν· ὅπως μήτε τῷ ἀποκρινομένῳ ἐξῇ ἀμφισβητεῖν, ὡς οὐχ ὁμοίως τὸ ἐπιφερόμενον λέγεται· μήτε τῷ ἐρωτῶντι συκοφαντεῖν, ὡς ὁμοίως λεγομένου· ἐπειδὴ πολλὰ τῶν οὐχ ὁμοίως λεγομένων ὁμοίως φαίνεται λέγεσθαι. 3 Ὅταν δὲ, ἐπάγοντος ἐπὶ πολλῶν, μὴ διδῷ τὸ καθόλου, τότε δίκαιον ἀπαιτεῖν ἔνστασιν. μὴ εἰπόντα δ' αὐτὸν, ἐπὶ τίνων οὕτως, οὐ δίκαιον ἀπαιτεῖν, ἐπὶ τίνων οὐχ οὕτως· δεῖ γὰρ ἐπάγοντα πρότε-

re oportet, ſic eſſe inquiunt in omnibus talibus; hoc [autem] definire difficillimum eſt, quaenam eorum, quae afferuntur, ſint talia, & quaenam non (*talia*). Ideoque etiam ſaepe ſe invicem in diſputationibus circumveniunt, dum alii quidem ſimilia eſſe aiunt ea, quae non ſimilia ſunt; alii vero ambigunt, an ea, quae ſimilia ſunt, non ſint ſimilia. Idcirco in omnibus talibus opera danda eſt, ut nomina imponantur; ut nec reſpondenti liceat ambigere, quaſi non ſimiliter dicatur id, quod affertur; nec interroganti calumniari, quaſi ſimiliter dicatur; multa enim, quae non ſimiliter dicuntur, ſimiliter dici videntur. 3 Cum autem, inductione in multis adhibita, non dat (*alter*) univerſale, tunc optimo iure poſtulatur obiectio. Qui autem non dixit, in quibus ita (*ſit*), is non iuſte poſtulat, in quibus non ita ſit; oportet enim (*ſic*) prius inducere,

ρον οὕτω τὴν ἔνστασιν ἀπαιτεῖν. 4 Ἀξιωτέον τε, τὰς ἐνστάσεις μὴ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ προτεινομένου φέρειν, ἂν μὴ ἓν μόνον ᾖ τὸ τοιοῦτον. καθάπερ ἡ δυὰς τῶν ἀρτίων ἀριθμῶν μόνος πρῶτος· δεῖ γὰρ τὸν ἐνιστάμενον ἐφ' ἑτέρου τὴν ἔνστασιν φέρειν, ἢ λέγειν, ὅτι τοῦτο μόνον τοιοῦτον. 5 Πρὸς δὲ τοὺς ἐνισταμένους τῷ καθόλου, μὴ ἐν αὐτῷ δὲ τὴν ἔνστασιν φέροντας, ἀλλ' ἐν τῷ ὁμωνύμῳ· (οἷον, ὅτι ἔχοι ἄν τις τὸ μὴ αὑτοῦ χρῶμα, ἢ πόδα, ἢ χεῖρα· ἔχοι γὰρ ἂν ὁ ζωγράφος τὸ μὴ αὑτοῦ χρῶμα, καὶ ὁ μάγειρος πόδα τὸν μὴ ἑαυτοῦ·) διελόμενον οὖν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐρωτητέον· λανθανούσης γὰρ τῆς ὁμωνυμίας, εὖ δόξει ἐνστῆναι τῇ προτάσει. 6 Ἐὰν δὲ μὴ ἐν τῷ ὁμωνύμῳ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἐνιστάμενος κωλύῃ τὴν ἐρώτησιν, ἀφαιροῦντα δεῖ ἐν ᾧ ἡ ἔνστασις προτείνειν τὸ λοιπὸν καθόλου ποιοῦντα, ἕως ἂν λάβῃ τὸ χρή-

(*deinde*) sic obiectionem postulare. 4 Porro postulandum est, ut obiectiones afferantur non in eo ipso, quod propositum est, nisi unum tantummodo sit tale. Quemadmodum binarius solus numerorum parium primus est; nam obiicientem oportet in alia re instantiam afferre, aut dicere, hoc solum tale esse. 5 Quod autem eos attinet, qui universali obiiciunt, non in eodem autem (*genere*) instantiam afferunt, sed in homonymo; (veluti, aliquem habere posse non suum colorem, aut pedem, aut manum; nam habere possit pictor non suum colorem, & coquus non suum pedem;) in iis, quae sunt eiusmodi, distinctione adhibita interrogandum est; latente enim homonymia, recte obiicere propositioni videbitur (*respondens*). 6 Quod si autem non in homonymo, sed in eodem (*genere*) obiiciens impediat interrogationem, oportet detracto (*eo*), in quo obiectio (*locum habet*), reliquum universaliter proponere, donec

σιμον· οἷον, ἐπὶ τῆς λήθης καὶ τοῦ ἐπιλελῆσθαι. οὐ γὰρ συγχωροῦσι, τὸν ἀποβεβληκότα τὴν ἐπιστήμην ἐπιλελῆσθαι· διότι, μεταπεσόντος τοῦ πράγματος, ἀποβέβληκε [μὲν τὴν ἐπιστήμην]· ἐπιλέλησται δ' οὔ. ῥητέον οὖν ἀφελόντα, ἐν ᾧ ἡ ἔνστασις, τὸ λοιπόν. οἷον, εἰ, διαμένοντος τοῦ πράγματος, ἀποβέβληκε τὴν ἐπιστήμην, διότι ἐπιλέλησται. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐνισταμένους, διότι τῷ μείζονι ἀγαθῷ μεῖζον ἀντίκειται κακόν· προφέρουσι γὰρ, ὅτι τῇ ὑγιείᾳ, ἐλάττονι ὄντι ἀγαθῷ τῆς εὐεξίας, μεῖζον κακὸν ἀντίκειται· τὴν γὰρ νόσον μεῖζον εἶναι κακὸν τῆς καχεξίας. ἀφαιρετέον οὖν καὶ ἐπὶ τούτων, ἐν ᾧ ἡ ἔνστασις· (ἀφαιρεθέντος γὰρ, μᾶλλον ἂν θείη·) οἷον, ὅτι τῷ μείζονι ἀγαθῷ μεῖζον κακὸν ἀντίκειται, ἐὰν μὴ συνεπιφέρῃ θάτερον,

sumserit, quod utile est; velut, in oblivione, & (*eo, quod est*) oblitum esse. Non enim concedunt, eum, qui amisit scientiam, oblitum esse; quia, cum res interciderit, amisit [quidem scientiam]; non tamen oblitus est. Igitur demto (*eo*), in quo instantia (*locum habet*), dicendum est reliquum. Velut, si, re permanente, scientiam amisit, (*eum*) oblitum esse. Similiter (*differendum est*) cum iis, qui obiiciunt (*huic propositioni*), maiori bono maius malum oppositum esse; nam proferunt (*obiectionem hanc*), valetudini, quae est minus bonum, quam firma corporis constitutio, maius malum oppositum esse; morbum enim esse maius malum infirma corporis constitutione. Detrahendum igitur in his quoque est id, in quo instantia (*locum habet*); (eo enim detracto, facilius (*respondens*) concesserit;) velut, maiori bono maius malum oppositum esse, nisi unà (*secum*) inferat alterum, quemadmodum firma corporis constitu-

καθάπερ ἡ εὐεξία τὴν ὑγίειαν. 7 Οὐ μόνον δὲ ἐνισταμένου τοῦτο ποιητέον, ἀλλὰ κἂν ἄνευ ἐνστάσεως ἀρνῆται, διὰ τὸ προορᾶν τι τῶν τοιούτων. ἀφαιρεθέντος γὰρ, ἐν ᾧ ἡ ἔνστασις, ἀναγκασθήσεται τιθέναι, διὰ τὸ μὴ προορᾶν ἐν τῷ λοιπῷ, ἐπί τίνος οὐχ οὕτως· ἐὰν δὲ μὴ τιθῇ ἀπαιτούμενος ἔνστασιν, οὐχ ἕξει ἀποδοῦναι. εἰσὶ δὲ τοιαῦται τῶν προτάσεων αἱ ἐπί τι μὲν ψευδεῖς, ἐπί τι δὲ ἀληθεῖς. ἐπὶ τούτων γάρ ἐστιν ἀφελόντα τὸ λοιπὸν ἀληθὲς καταλιπεῖν. ἐὰν δὲ ἐπὶ πολλῶν προτείνοντος, μὴ φέρῃ τὴν ἔνστασιν, ἀξιωτέον τιθέναι. διαλεκτικὴ γάρ ἐστι πρότασις, πρὸς ἣν, οὕτως ἐπὶ πολλῶν ἔχουσαν, μή ἐστιν ἔνστασις. 8 Ὅταν δὲ ἐνδέχηται, τὸ αὐτὸ ἄνευ τοῦ ἀδυνάτου καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογίζεσθαι, ἀποδεικνύντι μὲν, καὶ μὴ διαλεγομένῳ, οὐδὲν διαφέρει, ἢ οὕτως, ἢ ἐκείνως, συλλογί-

tio ſanitatem. 7 Non ſolum autem, ſi quis nobis occurret, hoc faciendum eſt, ſed etiam, ſi ſine obiectione (*propoſitionem*) negaverit, quia tale quid praevideat. Nam demto (*eo*), in quo inſtantia (*locum habet*), cogetur concedere, quia in eo, quod reliquum erit, non praevidebit, in quonam non ita (*ſit*); ſi vero non concedat, cum ab eo obiectio poſtulatur, non poterit (*eam*) afferre. Sunt autem eiuſmodi propoſitiones tales, quae ex parte quidem falſae, ex parte autem verae ſunt. In his enim licet detractione facta, quod ſupereſt ut verum relinquere. Quod ſi, cum (*interrogans*) in multis propoſuerit, (*alter*) non afferat inſtantiam, poſtulandum eſt, ut concedat. Nam dialectica eſt propoſitio, adverſus quam, cum in multis ita ſe habeat, non eſt obiectio. 8 Cum autem poſſit idem ſine impoſſibili & per impoſſibile concludi, eius, qui demonſtrat, nec diſputat, nihil intereſt, utrum hoc, an illo modo con-

σασθαι· διαλεγομένῳ δὲ οὐ χρηστέον τῷ διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογισμῷ. ἄνευ μὲν γὰρ τοῦ ἀδυνάτου συλλογισαμένῳ οὐκ ἔστιν ἀμφισβητεῖν· ὅταν δὲ τὸ ἀδύνατον συλλογίσωνται, ἂν μὴ λίαν ᾖ περιφανὲς, ψεῦδος ὂν, οὐκ ἀδύνατόν φασιν εἶναι· ὥστε οὐ γίνεται τοῖς ἐρωτῶσιν, ὃ βούλονται. 9 Δεῖ δὲ προτείνειν, ὅσα ἐπὶ πολλῶν μὲν οὕτως ἔχει· ἔνστασις δὲ ἢ ὅλως μή ἐστιν, ἢ μὴ ἐπιπολῆς ἐστι τὸ συνιδεῖν. μὴ δυνάμενοι γὰρ συνορᾶν, ἐφ' ὧν οὐχ οὕτως, ὡς ὂν ἀληθὲς τιθέασιν. 10 Οὐ δεῖ δὲ τὸ συμπέρασμα ἐρώτημα ποιεῖν· εἰ δὲ μὴ, ἀνανεύσαντος, οὐ δοκεῖ γεγονέναι συλλογισμός. πολλάκις γὰρ καὶ μὴ ἐρωτῶντος, ἀλλ', ὡς συμβαῖνον, ἐπιφέροντος, ἀρνοῦνται· καὶ τοῦτο ποιοῦντες οὐ δοκοῦσιν ἐλέγχεσθαι τοῖς μὴ συνορῶσιν, ὅ, τι συμβαίνει ἐκ τῶν τεθέντων. ὅταν οὖν μηδὲ φήσας συμβαίνειν ἐρω-

cludat; disputanti vero non utendum est syllogismo ad impossibile ducenti. Nam si absque impossibili concludat, non licet ambigere; cum autem impossibile concludent, nisi manifesto appareat, falsum esse, non impossibile aiunt esse; quare interrogantes non consequuntur id, quod volunt. 9 Oportet autem proponere, quaecunque in multis ita se habent; obiectio vero aut omnino non est, aut non facile cerni potest. Cum enim perspicere nequeunt (*respondentes*), in quibusnam non ita (*sit*), ut verum (*id, quod propositum est*), concedunt. 10 Non oportet autem conclusionem facere interrogationem; alioquin, abnuente (*respondente*), non videtur factus esse syllogismus. Nam saepe, etiamsi (*adversarius*) non interrogat, sed, ut consequens, inferat, negant (*respondentes*); idque facientes redargui non videntur iis, qui non perspiciunt, quid sequatur ex positis. Cum igitur ne dicens quidem, conclusionem sequi, interro-

τήσῃ· ὁ δὲ ἀρνηθῇ· παντελῶς οὐ δοκεῖ γεγονέναι συλλογισμός. 11 Οὐ δοκεῖ δὲ πᾶν τὸ καθόλου διαλεκτικὴ πρότασις εἶναι· οἷον, τί ἐστιν ἄνθρωπος; ἢ, ποσαχῶς λέγεται τὸ ἀγαθόν; ἔστι γὰρ πρότασις διαλεκτικὴ, πρὸς ἣν ἐστιν ἀποκρίνεσθαι, ναὶ, ἢ οὔ· πρὸς δὲ τὰς εἰρημένας οὐκ ἔστι. διὸ οὐδὲ διαλεκτικά ἐστι τὰ τοιαῦτα τῶν ἐρωτημάτων, ἐὰν μὴ αὐτὸς διορίσας ἢ διελόμενος εἴπῃ· οἷον, ἆρά γε τἀγαθὸν οὕτως, ἢ οὕτως λέγεται; πρὸς γὰρ τὰ τοιαῦτα ῥᾴδια ἡ ἀπόκρισις ἢ καταφήσαντι, ἢ ἀποφήσαντι. διὸ πειρατέον οὕτω προτείνειν τὰς τοιαύτας τῶν προτάσεων· ἅμα δὲ καὶ δίκαιον ἴσως παρ' ἐκείνου ζητεῖν, ποσαχῶς λέγεται τἀγαθὸν, ὅταν, αὐτοῦ διαιρουμένου, καὶ προτείνοντος, μηδαμῶς συγχωρήσῃ. 12 Ὅστις δ' ἕνα λόγον πολὺν χρόνον ἐρωτᾷ, κακῶς πυνθάνεται. εἰ μὲν γὰρ

gabit; alter autem negabit; omnino non videbitur factus esse syllogismus. 11 Non videtur autem omne universale propositio dialectica esse; velut, quid est homo? aut, quot modis dicitur bonum? propositio enim dialectica est, ad quam respondere licet, *Ita*, vel *Non*; ad dictas vero sic respondere non licet. Quare neque huiusmodi interrogationes dialecticae sunt, nisi ipse (*interrogans*) definitione aut divisione facta dixerit; velut, hocne modo an illo bonum dicitur? ad talia enim facilis est responsio vel affirmanti, vel neganti. Quare allaborandum est, ut ita proponantur huiusmodi propositiones; quin etiam aequum est fortasse ab illo quaerere, quot modis dicatur bonum, si, cum ipse (*interrogans*) diviserit, & proposuerit, (*ille*) nullo modo concesserit. 12 Qui autem unam rationem diu interrogat, male percontatur. Nam si interrogatus [ad id, de quo

ἀποκρινομένου τοῦ ἐρωτωμένου [τὸ ἠρωτημένον]· δῆλον, ὅτι πολλὰ ἐρωτήματα ἐρωτᾷ, ἢ πολλάκις ταὐτά· ὥστε ἢ ἀδολεσχεῖ, ἢ οὐκ ἔχει συλλογισμόν· ἐξ ὀλίγων γὰρ πᾶς συλλογισμός· εἰ δὲ μὴ ἀποκρινομένου· ὅ, τι οὐκ ἐπιτιμᾷ, ἢ ἀφίσταται;

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΑΛΕΓΕΣΘΑΙ ΚΑΘΟΛΟΥ.

Cap. II edd. Sylb. & Caſaub.

Ἔστι δ' ἐπιχειρεῖν τε χαλεπὸν καὶ ὑπέχειν ῥᾴδιον τὰς αὐτὰς ὑποθέσεις. ἔστι δὲ τοιαῦτα τά τε φύσει πρῶτα καὶ τὰ ἔσχατα. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα ὁρου δεῖται· τὰ δ' ἔσχατα διὰ πολλῶν περαίνεται βουλομένῳ τὸ συνεχὲς λαμβάνειν ἀπὸ τῶν πρώτων· ἢ σοφισματώδη φαίνεται τὰ ἐπιχειρήματα. ἀδύνατον γὰρ, ἀποδεῖξαί τι μὴ ἀρξάμενον ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀρχῶν, καὶ συνείραντα μέχρι τῶν ἐσχάτων. ὁρίζεσθαι μεν οὖν

interrogatus eſt] reſpondet; patet, (*interrogantem*) multa, aut ſaepius eadem interrogare; proinde aut nugari, aut non habere ſyllogiſmum; ex paucis enim omnis ſyllogiſmus (*conſtat*); ſi vero non reſpondet; cur non reprehendit, aut diſcedit?

CAP. III.

De argumentatione dialectica omnino.

Eſt autem difficile impugnare, & facile defendere eaſdem hypotheſes. Sunt vero eiuſmodi & naturâ prima & ultima. Nam prima quidem definitione indigent; ultima autem per multa concludantur neceſſe eſt ab eo, qui inde a primis continuatam ſeriem argumentorum perſequi velit; alioqui captioſae argumentationes videntur. Nequit enim demonſtrari aliquid, niſi a propriis principiis capto exordio, uſque dum ad ultima perveniatur. Reſpondentes igitur nec (*rem ipſam*) volunt de-

οὔτ' ἀξιοῦσιν οἱ ἀποκρινόμενοι, οὔτ', ἂν ὁ ἐρωτῶν ὁρίζηται, προσέχουσι. μὴ γενομένου δὲ φανεροῦ, τί ποτ' ἐστὶ τὸ προκείμενον, οὐ ῥᾴδιον ἐπιχειρεῖν. μάλιστα δὲ τὸ τοιοῦτον περὶ τὰς ἀρχὰς συμβαίνει· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα διὰ τούτων δείκνυται· ταῦτα δ' οὐκ ἐνδέχεται δι' ἑτέρων, ἀλλ' ἀναγκαῖον, ὁρισμῷ τῶν τοιούτων ἕκαστον γνωρίζειν. 2 Ἔστι δὲ δυσεπιχείρητα καὶ τὰ λίαν ἐγγὺς [τῆς] ἀρχῆς. οὐ γὰρ ἐνδέχεται, πολλοὺς πρὸς αὐτὰ λόγους πορίσασθαι, ὀλίγων ὄντων τῶν ἀνὰ μέσον αὐτῶν τε καὶ τῆς ἀρχῆς, δι' ὧν ἀνάγκη δείκνυσθαι τὰ μετ' αὐτά. 3 Τῶν δὲ ὅρων δυσεπιχειρητότατοι οὗτοι πάντων εἰσὶ μάλιστα, ὅσοι κέχρηνται τοιούτοις ὀνόμασιν, ἃ πρῶτον μὲν ἄδηλά ἐστιν εἴτε ἁπλῶς, εἴτε πολλαχῶς λέγεται· πρὸς δὲ τούτοις μηδὲ γνώριμα, πότερον κυρίως, ἢ κατὰ μεταφορὰν ὑπὸ τοῦ ὁρισαμένου λέγεται. διὰ μὲν γὰρ τὸ ἀσαφῆ εἶναι

finiri, nec, si interrogans definiat, (*definitionem*) admittunt. Nisi autem perspicuum fiat, quid tandem sit illud, quod propositum est, non facile est impugnare. Maxime vero hoc circa principia accidit; nam cetera quidem per haec probantur; haec vero ipsa non possunt (*probari*) per alia, sed necesse est, ut eiusmodi omnia definitione innotescant. 2 Difficile autem quoque est ea impugnare, quae principio valde propinqua sunt. Non enim fieri potest, ut multa adversus haec argumenta in promtu habeamus, cum inter ea & principium pauca sint media, per quae necesse est posteriora probari. 3 Omnium autem definitionum hae difficillime impugnantur, in quibus adhibita sunt eiusmodi nomina, de quibus primum incertum est, utrum simpliciter, an pluribus modis dicantur, praeterea non constat, utrum proprie, an per translationem a definiente dicantur. Nam

οὐκ ἔχει ἐπιχειρήματα· διὰ δὲ τὸ ἀγνοεῖσθαι, εἰ παρὰ τὸ κατὰ μεταφορὰν λέγεσθαι τοιαῦτά ἐστιν, οὐκ ἔχει ἐπιτίμησιν. 4 Ὅλως δὲ πᾶν πρόβλημα, ὅταν μὴ δυσεπιχείρητον, ἢ ὅρου δεῖσθαι ὑπολεπτέον, ἢ τῶν πολλαχῶς, ἢ τῶν κατὰ μεταφορὰν εἶναι λεγομένων, ἢ οὐ πόρρω τῶν ἀρχῶν, ἢ διὰ τὸ μὴ φανερὸν εἶναι πρῶτον ἡμῖν, τοῦτ' αὐτὸ κατὰ τίνα ποτὲ τῶν εἰρημένων τρόπων ἐστὶν, ὃ τὴν ἀπορίαν παρέχεται. φανεροῦ γὰρ ὄντος τοῦ τρόπου, δῆλον, ὅτι ἢ ὁρίζεσθαι ἂν δέοι, ἢ διαιρεῖσθαι, ἢ τὰς ἀνὰ μέσον προτάσεις πορίζεσθαι· διὰ τούτων γὰρ δείκνυται τὰ ἔσχατα. 5 Ἐν πολλαῖς τε τῶν θέσεων μὴ καλῶς ἀποδιδομένου τοῦ ὁρισμοῦ, οὐ ῥᾴδιον διαλέγεσθαι καὶ ἐπιχειρεῖν. οἷον, πότερον ἓν ἑνὶ ἐναντίον, ἢ πλείω. ὁρισθέντων δὲ τῶν ἐναντίων κατὰ τρόπον, ῥᾴδιον συμβιβάσαι, πότερον ἐνδέχεται πλείω

quia obſcura ſunt, non patiuntur impugnationem; quia autem ignoratur, an per translationem talia dicantur, reprehenſione vacant. 4 Omnino autem quodcunque problema, quando difficulter impugnatur, exiſtimandum eſt aut definitione egere, aut eſſe ex iis, quae multifariam, vel per translationem dicuntur, aut non longe abeſſe a principiis, aut (*difficultatem habere*), quod non ſit ſtatim nobis perſpicuum, hoc ipſum, quod affert dubitationem, ad quemnam dictorum modorum referatur. Nam ſi modus perſpicuus eſt, patet, vel definiendum eſſe, vel dividendum, vel medias propoſitiones eruendas eſſe, quia per has ultima probantur. 5 In multis etiam theſibus non ſcite definitione tradita, haud facile eſt differere & argumentari. Velut, utrum unum uni contrarium ſit, an plura. Contrariis vero commode definitis, facile erit colligere, poſſintne plura eorun-

τῶν αὐτῶν εἶναι ἐναντία, ἢ οὔ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁρισμοῦ δεομένων. 6 Ἔοικε δὲ καὶ ἐν τοῖς μαθήμασιν ἔνια δι' ὁρισμοῦ ἔλλειψιν οὐ ῥᾳδίως γράφεσθαι. οἷον καὶ, ὅτι ἡ παρὰ τὴν πλευρὰν τέμνουσα τὸ ἐπίπεδον [γραμμὴ], ὁμαίως διαιρεῖ τήν τε γραμμὴν καὶ τὸ χωρίον. τοῦ δὲ ὁρισμοῦ ῥηθέντος Φανερὸν τὸ λεγόμενον· τὴν γὰρ αὐτὴν ἀνταναίρεσιν ἔχει τὰ χωρία καὶ αἱ γραμμαί· * ἔστι δ' ὁρισμὸς τοῦ αὐτοῦ λόγου οὗτος. ἁπλῶς δὲ τὰ πρῶτα τῶν στοιχείων, τιθεμένων μὲν ὁρισμῶν, (οἷον, τί γραμμὴ, καὶ τί κύκλος,) ῥᾷστα δεῖξαι· πλὴν οὐ πολλά γε πρὸς ἕκαστόν ἐστι τούτων ἐπιχειρεῖν διὰ τὸ μὴ πολλὰ τὰ ἀνὰ μέσον εἶναι. ἐὰν δὲ μὴ τιθῶνται οἱ τῶν ἀρχῶν ὁρισμοὶ, χαλεπὸν, τάχα δ' ὅλως ἀδύνατον. ὁμοίως δὲ τούτοις καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς λόγους ἔχει. οὐκ οὖν δεῖ λαν-

dem contraria esse, necne. Eodem modo (*res se habet*) in aliis definitione indigentibus. 6 Videntur autem etiam in Mathematicis nonnulla ob definitionis defectum haud facile describi. Velut etiam, [lineam] ad latus secantem planum similiter dividere cum lineam, tum spatium. Dicta vero definitione perspicuum est id, quod dicitur; nam eandem divisionem reciprocam habent spatia & lineae; haec autem est eius orationis definitio. Omnino vero prima elementa, positis quidem definitionibus, (velut, quid sit linea, & quid circulus,) facillime probantur; verum non multa adversus unumquodque eorum argumenta suppetunt, quia non multa sunt media. Quod si autem non ponantur principiorum definitiones, difficile est (*ea probare*), forsitan plane impossibile. Similis vero est eorum ratio, quae in disputationibus spectantur. Non oportet igitur latere, si thesis dif-

θάνειν, ὅταν δυσεπιχείρητος ᾖ ἡ θέσις, ὅτι πέπονθέ τι τῶν εἰρημένων. 7 Ὅταν δὲ ᾖ πρὸς τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν πρότασιν μεῖζον ἔργον διαλεγῆναι, ἢ τὴν θέσιν, διαπορήσειεν ἄν τις, πότερον θετέον τὰ τοιαῦτα, ἢ οὔ; εἰ γὰρ μὴ θήσει, ἀλλ' ἀξιώσει καὶ πρὸς τοῦτο διαλέγεσθαι, μεῖζον προστάξει τοῦ ἐν ἀρχῇ κειμένου. εἰ δὲ θήσει, πιστεύσει ἐξ ἧττον πιστῶν. εἰ μὲν οὖν δεῖ [μὴ] χαλεπώτερον τὸ πρόβλημα ποιεῖν, θετέον· εἰ δὲ διὰ γνωριμωτέρων συλλογίζεσθαι, οὐ θετέον· ἢ τῷ μὲν μανθάνοντι οὐ θετέον, ἂν μὴ γνωριμώτερον ᾖ· τῷ δὲ γυμναζομένῳ θετέον, ἂν ἀληθὲς μόνον φαίνηται· ὥστε φανερὸν, ὅτι οὐχ ὁμοίως ἐρωτῶντί τε καὶ διδάσκοντι ἀξιωτέον τιθέναι. 8 Πῶς μὲν οὖν ἐρωτηματίζειν καὶ τάττειν δεῖ, σχεδὸν ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

ficulter impugnetur, eam aliquo dictorum (*modorum*) affectam esse. 7 Cum autem de axiomate & propositione difficilius est differere, quam de thesi, dubitare aliquis possit, utrum sint ponenda, quae sunt huiusmodi, an non? Nam si non posuerit, & de eo (*axiomate*) tamen ut differatur postulaverit, maius alteri onus imponet, quam quod erat a principio propositum. Sin autem posuerit, credet ex iis, quae minus habent fidei. Igitur si [non] oportet difficilius problema facere, ponendum est (*axioma*); si vero ex notioribus ratiocinandum est, non est illud ponendum; sive discenti quidem non ponendum est, nisi notius sit; disputanti autem exercitationis causa ponendum est, si modo verum videatur; quare perspicuum est, non similiter interrogantem & docentem postulare debere, ut (*aliquid*) ponatur. 8 Quomodo igitur interrogare & disponere oporteat, dicta fere sufficiunt.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΟΚΡΙΣΕΩΣ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ.

Cap. III edd. Sylb. & Caſaub.

Περὶ δὲ ἀποκρίσεως πρῶτον μὲν διοριστέον, τί ἐστιν ἔργον τοῦ καλῶς ἀποκρινομένου, καθάπερ τοῦ καλῶς ἐρωτῶντος. 2 Ἔστι δὲ τοῦ μὲν ἐρωτῶντος τὸ οὕτως ἐπάγειν τὸν λόγον, ὥστε ποιῆσαι τὸν ἀποκρινόμενον τὰ ἀδεξότατα λέγειν [ἐκ] τῶν διὰ τὴν θέσιν ἀναγκαίων. τοῦ δὲ ἀποκρινομένου τὸ μὴ δι' αὐτὸν φαίνεσθαι συμβαίνειν τὸ ἀδύνατον, ἢ τὸ παράδοξον, ἀλλὰ διὰ τὴν θέσιν. ἑτέρα γὰρ ἴσως ἁμαρτία τὸ θέσθαι πρῶτον, ὃ μὴ δεῖ, καὶ τὸ θέμενον μὴ φυλάξαι κατὰ τρόπον. 3 Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἀδιόριστα τοῖς γυμνασίας καὶ πείρας ἕνεκα τοὺς λόγους ποιουμένοις· (οὐ γὰρ οἱ αὐτοὶ σκεπτοὶ τοῖς τε διδάσκουσιν ἢ μανθάνουσι, καὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις· οὐδὲ τούτοις τε, καὶ διατρίβουσιν ἀεὶ μετ' ἀλλήλων σκέψεως χάριν. τῷ μὲν γὰρ μανθάνοντι

Cap. V edd. Duvall. & Pac.

CAP. IV.

De reſponſione dialectica.

De reſponſione autem primum agendum eſt, quid ſit officium recte reſpondentis, quemadmodum recte interrogantis. 2 Eſt vero interrogantis, ita diſputationem inducere, ut reſpondentem cogat maxime improbabilia dicere ex iis, quae propter theſin ſunt neceſſaria. Reſpondentis contra eſt, ne ſua culpa videatur accidere abſurdum, aut quod ſit contra opinionem omnium, ſed propter theſin. Nam aliud fortaſſe peccatum eſt initio ponere, quod ponere non oportet, & poſitum non ut decet tueri. 3 Quoniam vero ſunt indefinita (*ea, quae obſervanda ſunt*) diſputantibus exercitationis & periculi faciendi cauſa; (neque enim eadem conſilia ſunt docentibus vel diſcentibus, & certantibus; neque his ipſis, & iis, qui ſe ſemper inter ſe exercent inquiſitionis gra-

θετέον ἀεὶ τὰ δοκοῦντα· καὶ γὰρ οὐδὲ ἐπιχειρεῖ ψεῦδος οὐδεὶς διδάσκειν. τῶν δὲ ἀγωνιζομένων τὸν μὲν ἐρωτῶντα φαίνεσθαί τι δεῖ ποιεῖν πάντως· τὸν δ' ἀποκρινόμενον μηδὲν φαίνεσθαι πάσχειν. ἐν δὲ ταῖς διαλεκτικαῖς συνόδοις τοῖς μὴ ἀγῶνος χάριν, ἀλλὰ πείρας καὶ σκέψεως, τοὺς λόγους ποιουμένοις οὐ διήρθρωταί πω, τίνος δεῖ στοχάζεσθαι τὸν ἀποκρινόμενον, καὶ ποῖα δι-δόναι, καὶ ποῖα μὴ, πρὸς τὸ καλῶς ἢ μὴ καλῶς φυλάττειν τὴν θέσιν.) ἐπεὶ οὖν οὐδὲν ἔχομεν παραδεδομένον ὑπ' ἄλλων, αὐτοί τι πειραθῶμεν εἰπεῖν. 4 Ἀνάγκη δὴ τὸν ἀποκρινόμενον ὑπέχειν λόγον, θέμενον ἤτοι ἔνδοξον ἢ ἄδοξον θέσιν, ἢ μηδέτερον· καὶ ἤτοι ἁπλῶς ἔνδοξον, ἢ ἄδοξον, ἢ ὡρισμένως, οἷον τῷδέ τινι, ἢ αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ. 5 Διαφέρει δ' οὐδέν, ὁπωσοῦν ἐνδόξου ἢ ἀδόξου οὔσης· ὁ γὰρ αὐτὸς τρόπος ἔσται τοῦ

tia. Nam discenti quidem ponenda semper sunt ea, quae videntur; etenim falsum nemo docere aggreditur. Ex certantibus vero interrogantem quidem oportet videri omnino aliquid facere; respondentem contra nihil videri pati. In dialecticis autem congressibus, (*quid sit observandum*) iis, qui non contentionis, sed periculi & inquisitionis gratia disputant, nondum distincte expositum est, nec quo oporteat respondentem collimare, & quae concedere, & quae non (*concedere*), ut praeclare aut secus tueatur thesin;) quoniam igitur nihil habemus ab aliis traditum, ipsi aliquid dicere conabimur. 4 Necesse igitur est, respondentem sustinere disputationem, posita thesi vel probabili, vel improbabili, vel neutra; probabili, inquam, vel improbabili, aut simpliciter, aut definite, vel ipsi (*respondenti*), vel alii. 5 Nihil autem interest, quocunque modo sit probabilis vel improbabilis; idem enim modus erit bene respon-

καλῶς ἀποκρίνεσθαι, καὶ δοῦναι ἢ μὴ δοῦναι τὸ ἐρωτηθέν. 6 Ἀδόξου μὲν οὖν οὔσης τῆς θέσεως, ἔνδοξον ἀνάγκη τὸ συμπέρασμα γίνεσθαι· ἐνδόξου δὲ, ἄδοξον· τὸ γὰρ ἀντικείμενον ἀεὶ τῇ θέσει ὁ ἐρωτῶν συμπεραίνεται. εἰ δὲ μήτ' ἄδοξον, μήτ' ἔνδοξον τὸ κείμενον, καὶ τὸ συμπέρασμα ἔσται τοιοῦτον. 7 Ἐπεὶ δ' ὁ καλῶς συλλογιζόμενος ἐξ ἐνδοξοτέρων καὶ γνωριμωτέρων τὸ προβληθὲν ἀποδείκνυσι· Φανερὸν, ὡς, ἀδόξου μὲν ὄντος ἁπλῶς τοῦ κειμένου, οὐ δοτέον τῷ ἀποκρινομένῳ, οὔθ' ὃ μὴ δοκεῖ ἁπλῶς, οὔθ' ὃ δοκεῖ μέν, ἧττον δὲ τοῦ συμπεράσματος δοκεῖ. ἀδόξου γὰρ οὔσης τῆς θέσεως, ἔνδοξον τὸ συμπέρασμα· ὥστε δεῖ τὰ λαμβανόμενα ἔνδοξα πάντ' εἶναι, καὶ μᾶλλον ἔνδοξα τοῦ προκειμένου, εἰ μέλλει διὰ τῶν γνωριμωτέρων τὸ ἧττον γνώριμον περαίνεσθαι. ὥστ', εἰ μή τι τοιοῦτόν ἐστι τῶν ἐρωτωμέ-

dendi, & concedendi vel non concedendi id, quod interrogatum eſt. 6 Si igitur improbabilis ſit theſis, neceſſe eſt, concluſionem probabilem fieri; ſi vero (*illa*) probabilis, (*hanc*) improbabilem; nam ſemper oppoſitum theſi concludit interrogans. Si vero id, quod ponitur, neque improbabile ſit, neque probabile, concluſio quoque talis erit. 7 Quoniam autem ſcite ratiocinans ex probabilioribus & notioribus propoſitam quaeſtionem demonſtrat; apparet, ſi id, quod poſitum eſt, ſimpliciter improbabile ſit, reſpondentem non concedere debere, nec quod non videtur ſimpliciter, nec quod videtur quidem, ſed minus videtur, quam concluſio. Nam ſi theſis improbabilis eſt, probabilis (*eſt*) concluſio; quare oportet ea, quae ſumuntur, omnia probabilia eſſe, & magis probabilia, quam quod propoſitum eſt, ſi futurum eſt, ut per notiora minus notum concludatur. Itaque, niſi quid ſit eiuſmodi ex interroga-

ιων, οὐ θετέον τῷ ἀποκρινομένῳ. 8 Εἰ δ' ἔνδοξος ἁπλῶς ἡ θέσις, δῆλον, ὅτι τὸ συμπέρασμα ἁπλῶς ἄδοξον. θετέον οὖν τά τε δοκοῦντα πάντα, καὶ τῶν μὴ δοκούντων ὅσα ἧττόν ἐστιν ἄδοξα τοῦ συμπεράσματος· ἱκανῶς γὰρ ἂν δόξειε διειλέχθαι. 9 Ὁμοίως δὲ καὶ, εἰ μήτ' ἄδοξος, μήτ' ἔνδοξός ἐστιν ἡ θέσις. καὶ γὰρ οὕτως τά τε φαινόμενα ἅπαντα δοτέον, καὶ τῶν μὴ δοκούντων ὅσα μᾶλλον ἔνδοξα τοῦ συμπεράσματος. οὕτω γὰρ ἂν ἐνδοξοτέρους συμβήσεται τοὺς λόγους γίνεσθαι. 10 Εἰ μὲν [οὖν] ἁπλῶς ἔνδοξον ἢ ἄδοξον τὸ κείμενον, πρὸς τὰ δοκοῦντα ἁπλῶς τὴν σύγκρισιν ποιητέον. εἰ δὲ μὴ ἁπλῶς ἔνδοξον ἢ ἄδοξον εἴη τὸ κείμενον, ἀλλὰ τῷ ἀποκρινομένῳ· πρὸς αὐτὸν τὸ δοκοῦν καὶ μὴ δοκοῦν κρίνοντα θετέον, ἢ οὐ θετέον. 11 Ἐὰν δὲ ἑτέρου

tis, non est ponendum respondenti. 8 Sin autem simpliciter probabilis sit thesis, patet, conclusionem esse simpliciter improbabilem. Ponenda sunt igitur & omnia, quae videntur, & ex iis, quae non videntur, ea, quae minus sunt improbabilia, quam conclusio; sic enim videri possit satis bene disputatum esse. 9 Similiter vero etiam, si nec improbabilis, nec probabilis sit thesis. Nam sic quoque danda sunt, quaecunque videntur, & ex iis, quae non videntur, ea, quae magis sunt probabilia, quam conclusio. Ita enim fiet, ut probabiliores argumentationes efficiantur. 10 Si igitur simpliciter probabile aut improbabile sit id, quod positum est, cum iis, quae simpliciter videntur, comparatio facienda est. Sin autem non simpliciter vel probabile vel improbabile sit positum, sed respondenti (*probabile vel improbabile*); ad se ipsum (*respiciendo*), & quod videtur, aut non videtur, diiudicando ponendum est, aut non ponendum. 11

δόξαν διαφυλάττῃ ὁ ἀποκρινόμενος, δῆλον, ὅτι πρὸς τὴν ἐκείνου διάνοιαν ἀποβλέποντα θετέον ἕκαστα, καὶ ἀρνητέον. διὸ καὶ οἱ κομίζοντες ἀλλοτρίας δόξας, (οἷον, ἀγαθὸν καὶ κακὸν εἶναι ταὐτὸν, καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν,) οὐ διδόασι, μὴ παρεῖναι ἅμα τῷ αὐτῷ τἀναντία, οὐχ ὡς οὐ δοκοῦν αὐτοῖς τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καθ' Ἡράκλειτον οὕτω λεκτέον. ποιοῦσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ παρ' ἀλλήλων δεχόμενοι τὰς θέσεις· στοχάζονται γὰρ, ὡς ἂν εἴποι ὁ θέμενος. φανερὸν οὖν, τίνων στοχαστέον τῷ ἀποκρινομένῳ, εἴτε ἁπλῶς ἔνδοξον, εἴτε τινὶ, τὸ κείμενόν ἐστιν.

ΚΕΦ. ε'.

ΤΠΟΘΗΚΑΙ ΑΛΛΑΙ.

Cap. III edd. Sylb. & Casaub. Cap. VI edd. Pac. & Duvall.

Ἐπὶ δὲ ἀνάγκη, πᾶν τὸ ἐρωτώμενον ἢ ἔνδοξον εἶναι, ἢ ἄδοξον, ἢ μηδέτερον· καὶ [ἢ] πρὸς τὸν λόγον, ἢ μὴ

Quod si alterius opinionem tueatur respondens, manifestum est, hunc ad illius mentem respiciendo singula ponere & negare debere. Idcirco & alienas opiniones inferentes, (velut, bonum & malum esse idem, ut Heraclitus ait,) non concedunt, eidem simul non adesse contraria, non quod hoc sibi non videatur, sed quia secundum Heraclitum sic est dicendum. Faciunt vero hoc etiam ii, qui ab aliis theses (*defendendas*) accipiunt; coniiciunt enim, quomodo theseos auctor (*ipse*) responderet. Patet igitur, quo collimare debeat respondens, sive simpliciter, sive alicui probabile sit id, quod positum est.

CAP. V.

Praecepta alia.

Cum autem necesse sit, quidquid interrogatur aut probabile esse, aut improbabile, aut neutrum; & [vel]

πρὸς τὸν λόγον εἶναι τὸ ἐρωτώμενον· ἐὰν μὲν ᾖ δοκοῦν, καὶ μὴ πρὸς τὸν λόγον, δοτέον, φήσαντα δοκεῖν· [οὐ γὰρ ἀναιρεῖται, τιθέντος, τὸ ἐν ἀρχῇ]. 2 Ἐάν τε μὴ δοκοῦν καὶ μὴ πρὸς τὸν λόγον, δοτέον μὲν, ἐπισημαντέον δὲ τὸ μὴ δοκοῦν πρὸς εὐλάβειαν εὐηθείας. 3 Ὄντος δὲ πρὸς τὸν λόγον καὶ δοκοῦντος, λεκτέον, ὅτι δοκεῖ μὲν, ἀλλὰ λίαν σύνεγγυς τοῦ ἐν ἀρχῇ ἐστι, καὶ ἀναιρεῖται, τούτου τεθέντος, τὸ κείμενον. 4 Εἰ δὲ πρὸς τὸν λόγον, λίαν δὲ ἄδοξον τὸ ἀξίωμα, συμβαίνειν μὲν φατέον, τούτου τεθέντος, ἀλλὰ λίαν εὐήθες εἶναι τὸ προτεινόμενον. 5 Εἰ δὲ μήτε ἄδοξον, μήτε ἔνδοξον· εἰ μὲν μηδὲν πρὸς τὸν λόγον, δοτέον, μηδὲν διορίσαντα. 6 Εἰ δὲ πρὸς τὸν λόγον, ἐπισημαντέον, ὅτι ἀναιρεῖται,

ad disputationem, vel non ad disputationem pertinere quod interrogatur; si quidem sit probabile, nec ad disputationem faciat, concedendum est, dum dicimus, videri (*illud probabile*); [non enim evertitur, (*eo*) concesso, (*problema*) ab initio positum]. 2 Si vero nec probabile sit, nec ad disputationem (*pertineat*), concedendum quidem est, sed indicandum insuper, non probari (*illud nobis*), ne fatui esse videamur. 3 Quod si autem ad disputationem (*pertineat*) & probabile sit, dicendum est, videri illud quidem, sed nimis propinquum esse ei, quod ab initio propositum est, & everti, eo concesso, id quod positum est. 4 Si vero ad disputationem (*pertineat*), valde autem improbabile sit axioma, dicendum est, effici quidem, eo posito, (*conclusionem*,) sed valde fatuum esse propositum. 5 At si neque improbabile, neque probabile sit, si quidem nihil ad disputationem (*faciat*), dandum est, nulla definitione adiecta. 6 Si vero ad disputationem (*faciat*), indicandum est, everti, eo posito, (*problema*) ab initio propositum.

τεθέντος, τὸ ἐν ἀρχῇ. 7 Οὕτω γὰρ ὁ, τ' ἀποκρινόμενος οὐδὲν δόξει δι' ἑαυτὸν πάσχειν, ἐάνπερ προορῶν ἕκαστα τεθῇ, ὅ, τε ἐρωτῶν τεύξεται συλλογισμοῦ, τιθεμένων αὐτῷ πάντων τῶν ἐνδοξοτέρων τοῦ συμπεράσματος. ὅσοι δὲ ἐξ ἀδοξοτέρων τοῦ συμπεράσματος ἐπιχειροῦσι συλλογίζεσθαι, δῆλον, ὡς οὐ καλῶς συλλογίζονται· διὸ τοῖς ἐρωτῶσιν οὐ θετέον.

ΚΕΦ. στ'.

Cap. III edd. Sylb. & Casaub. Cap. VII edd. Pac. & Duvall.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀσαφῶς καὶ πλεοναχῶς λεγομένων ἀπαντητέον. ἐπεὶ γὰρ δέδοται τῷ ἀποκρινομένῳ μὴ μανθάνοντι εἰπεῖν, ὅτι οὐ μανθάνω· καὶ, πλεοναχῶς λεγομένου, μὴ ἐξ ἀνάγκης ὁμολογῆσαι, ἢ ἀρνήσασθαι· δῆλον, ὡς πρῶτον μὲν, ἂν μὴ σαφὲς ᾖ τὸ ῥηθὲν, οὐκ ἀποκνητέον τὸ φάναι, μὴ συνιέναι· πολ-

7 Sic enim & respondens nihil videbitur suâ culpâ pati, si quidem prospiciens singula posuerit; & interrogans consequetur syllogismum, omnibus sibi (*a respondente*) concessis, quae probabiliora sunt conclusione. Quicunque autem ex iis, quae improbabiliora sunt conclusione, argumentari aggrediuntur, eos patet non scite argumentari; proinde interrogantibus (*haec*) non sunt concedenda.

CAP. VI.

Similiter vero etiam in iis, quae obscure & multifariam dicuntur, occurrendum est. Nam quia datum est respondenti non capienti, ut dicat, Non capio; &, si multis modis (*propositum*) dicitur, non necessario concedat, aut neget: manifestum est, primum quidem, nisi clarum sit id, quod dictum est, (*respondenti*) sine cunctatione dicendum esse, se non intelligere; nam saepe

λάκις γὰρ ἐκ τοῦ μὴ σαφῶς ἐρωτηθέντας διδόναι ἀπαντᾷ τι δυσχερές. 2 Ἐὰν δὲ γνώριμον μὲν ᾖ τὸ πλεοναχῶς λεγόμενον· ἐὰν μὲν ἐπὶ πάντων ἀληθὲς ἢ ψεῦδος ᾖ [τὸ λεγόμενον], δοτέον ἁπλῶς, ἢ ἀρνητέον. ἐὰν δὲ ἐπί τι μὲν ψεῦδος ᾖ· ἐπί τι δὲ ἀληθές· ἐπισημαντέον, ὅτι πλεοναχῶς λέγεται· καὶ διότι τὸ μὲν ψεῦδος· τὸ δὲ ἀληθές. ὕστερον γὰρ διαιρουμένου, ἄδηλον, εἰ καὶ ἐν ἀρχῇ συνεώρα τὸ ἀμφίβολον. 3 Ἐὰν δὲ μὴ προΐδῃ τὸ ἀμφίβολον, ἀλλ' εἰς θάτερον βλέψας θῇ ῥητέον πρὸς τὸν ἐπὶ θάτερον ἄγοντα, ὅτι οὐκ εἰς τοῦτο βλέπων ἔθηκεν, ἀλλ' εἰς θάτερον αὐτῶν· πλειόνων γὰρ ὄντων τῶν ὑπὸ ταὐτὸ ὄνομα ἢ λόγον, ῥᾳδία ἡ ἀμφισβήτησις. 4 Ἐὰν δὲ καὶ σαφὲς ᾖ καὶ ἁπλοῦν τὸ ἐρωτώμενον· ἢ ναὶ, ἢ οὐ, ἀποκριτέον.

ex eo, quod non clare interrogati concedunt, occurrit aliquid moleſtiam faceſſens. 2 Si vero notum ſit id, quod multis modis dicitur; ſi quidem [id, quod dicitur] in omnibus verum aut falſum ſit, dandum eſt ſimpliciter, aut negandum. Si vero ex parte quidem ſit falſum; ex parte autem verum; inſuper indicandum eſt, multis modis dici; & cur partim ſit falſum, partim autem verum. Nam ſi hoc poſterius diſtinguatur, dubium erit, an etiam initio (*reſpondens*) ambiguitatem perſpexerit. 3 Sin autem non proſpexerit ambiguitatem, ſed ad alteram (*ſignificationem*) reſpiciens poſuerit; dicendum eſt adverſus ducentem ad aliam, ſe non ad hanc reſpicientem conceſſiſſe, ſed ad alteram (*ſignificationum*) illarum. Cum enim multa eidem nomini aut orationi ſubiecta ſint, facile exſiſtit dubitatio. 4 Sin vero id, quod interrogatur, & clarum ſit, & ſimplex; aut *Ita*, aut *Non* reſpondendum eſt.

ΚΕΦ. ζ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΟΚΡΙΣΕΩΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΠΑΓΩΓΗΝ.

Cap. III edd. Sylb. & Caſaub. Cap. VIII edd. Pac. & Duvall.

Ἐπεὶ δὲ πᾶσα πρότασις συλλογιστικὴ ἢ τούτων τίς ἐστιν, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς, ἢ τινος τούτων ἕνεκα· δῆλον δ', ὅταν ἑτέρου χάριν λαμβάνηται τῷ πλείω τὰ ὅμοια ἐρωτᾶν· (ἢ γὰρ δι' ἐπαγωγῆς, ἢ δι' ὁμοιότητος, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ καθόλου λαμβάνουσι·) τὰ μὲν καθέκαστα πάντα θετέον, ἂν ᾖ ἀληθῆ καὶ ἔνδοξα· πρὸς δὲ τὸ καθόλου πειρατέον ἔνστασιν φέρειν. τὸ γὰρ ἄνευ ἐνστάσεως ἢ οὔσης ἢ δοκούσης κωλύειν τὸν λόγον δυσκολαίνειν ἐστίν. εἰ οὖν ἐπὶ πολλῶν φαινομένων οὐ δίδωσι τὸ καθόλου μὴ ἔχων ἔνστασιν, φανερὸν, ὅτι δυσκολαίνει. ἔτι δὲ, εἰ μηδ' ἀντεπιχειρεῖν ἔχοι, ὅτι οὐκ ἀληθὲς, μᾶλλον ἂν δόξειε δυσκολαίνειν. καίτοι οὐδὲ

CAP. VII.

De reſponſione ad inductionem.

Quoniam autem omnis propoſitio ſyllogiſtica aut earum aliqua eſt, ex quibus ſyllogiſmus (*conficitur*), aut alicuius ex illis cauſa (*ſumitur*); patet vero, quando alterius gratia ſumatur propterea, quod multa ſimilia interrogantur; (aut enim per inductionem, aut per ſimilitudinem, plerumque univerſale accipiunt;) ſingularia quidem omnia ponenda ſunt, ſi ſint vera & probabilia; adverſus univerſale autem tentandum eſt, ut inſtantiam afferamus. Nam ſine inſtantia, quae aut ſit (*inſtantia*), aut videatur eſſe, argumentationem impedire, hoc eſt turbare. Si igitur, cum multa videantur, non concedit (*aliquis*) univerſale, nec tamen affert inſtantiam, manifeſtum eſt, eum turbare. Inſuper, ſi ne quidem contrarium habeat argumentum, (*quo oſtendat, propoſitum*) non eſſe verum, magis adhuc videbitur turba-

τοῦθ' ἱκανόν· πολλοὺς γὰρ λόγους ἐναντίους ἔχομεν ταῖς δόξαις, οὓς χαλεπὸν λύειν· καθάπερ τοῦ Ζήνωνός, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται κινεῖσθαι, οὐδὲ τὸ στάδιον διελθεῖν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τὰ ἀντικείμενα τούτοις οὐ θετέον. εἰ οὖν μήτε ἀντεπιχειρεῖν ἔχων, μήτε ἐνίστασθαι, οὐ τίθησι, δῆλόν, ὅτι δυσκολαίνει. ἔστι γὰρ ἡ ἐν λόγοις δυσκολία ἀπόκρισις παρὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους συλλογισμοῦ φθαρτική.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΥΠΕΧΕΙΝ ΘΕΣΙΝ.

Ὑπέχειν δὲ καὶ θέσιν καὶ ὁρισμὸν αὐτὸν αὑτῷ δεῖ προεγχειρήσαντα. ἐξ ὧν γὰρ ἀναιροῦσιν οἱ πυνθανόμενοι τὸ κείμενον, δῆλον, ὅτι τούτοις ἐναντιωτέον. 2 Ἄδοξον δὲ ὑπόθεσιν εὐλαβητέον ὑπέχειν. εἴη δ' ἂν ἄδοξος πλε-

Cap. III edd. Sylb. & Caſaub. Cap. IX edd. Pac. & Duvall.

re. Quamquam ne hoc quidem ſufficit; nam rationes habemus multas opinionibus contrarias, quas difficile eſt ſolvere; veluti Zenonis (*rationem*), nihil poſſe moveri, aut ſtadium tranſire; at nec propterea his oppoſita ponenda ſunt. Si quis igitur neque argumentationem contrariam habens, neque inſtantiam, non concedit, manifeſtum eſt, eum turbare. Eſt enim iniquitas in diſputationibus reſponſio praeter expoſitos modos vim habens ſyllogiſmum interimendi.

CAP. VIII.

De defenſione propoſiti.

Defendere autem & theſin & definitionem ita oportet, ut (*reſpondens*) ante adverſus ſe ipſum argumenta proponat. Ex quibus enim interrogantes (*problema*) poſitum evertunt, patet, his eſſe occurrendum. 2 Cavendum vero eſt, ne improbabilem hypotheſin defendamus. Multis autem modis improbabilis eſſe poteſt.

ονα χῶς. καὶ γὰρ, ἐξ ἧς ἄτοπα συμβαίνει λέγειν· οἷον, εἰ πάντα φαίη τις κινεῖσθαι, ἢ μηδέν· καὶ ὅσα χείρονος ἤθους ἐλέσθαι, καὶ ὑπεναντία ταῖς βουλήσεσιν· οἷον, ὅτι ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν· καὶ τὸ ἀδικεῖν βέλτιον τοῦ ἀδικεῖσθαι. οὐ γὰρ ὡς λόγου χάριν ὑπέχοντα, ἀλλ'
Cap. X edd. Pac. & Duvall. ὡς τὰ δοκοῦντα λέγοντα μισοῦσιν. 3 Ὅσοι δὲ τῶν λόγων ψεῦδος συλλογίζονται, λυτέον ἀναιροῦντα, παρ' ὃ γίνεται τὸ ψεῦδος. οὐ γὰρ ὁτιοῦν ἀνελὼν λέλυκεν, οὐδ' εἰ ψεῦδός ἐστι τὸ ἀναιρούμενον· ἔχοι γὰρ ἂν πλείω ψευδῆ ὁ λόγος· οἷον, εἴ τις λάβοι, τὸν καθήμενον γράφειν, Σωκράτην δὲ καθῆσθαι· συμβαίνει γὰρ ἐκ τούτων, Σωκράτην γράφειν· ἀναιρεθέντος οὖν τοῦ Σωκράτην καθῆσθαι, οὐδὲν μᾶλλον λέλυται ὁ λόγος· καίτοι ψεῦδος τὸ ἀξίωμα· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο ὁ λόγος ψευ-

Nam & (*ea eſt improbabilis*), ex qua efficitur, ut abſurda dicantur; velut, ſi quis dicat, omnia moveri aut nihil; & illae (*improbabiles ſunt*), quas deterioribus moribus praediti eligunt, & quae hominum ſtudiis & voluntatibus repugnant; velut, voluptatem eſſe Bonum; & melius eſſe iniuriam facere, quam accipere. Non enim quaſi diſputationis cauſa defendentem, ſed quaſi (*ea*), quae (*ſibi vera*) videntur, dicentem, oderunt. 3 Quaecunque autem argumentationes falſum colligunt, ſolvendae ſunt ſublato eo, ex quo falſum efficitur. Non enim quovis ſublato (*argumentum*) ſolvitur, ne quidem ſi falſum ſit quod tollitur; plura enim falſa argumentatione contineri poſſunt; velut, ſi quis ſumſerit, ſedentem ſcribere, Socratem vero ſedere; nam ex his colligitur, Socratem ſcribere; hoc igitur ſublato, Socratem ſedere, nihilo magis ſoluta eſt argumentatio; atqui axioma eſt falſum; ſed non ob id argumentatio eſt

δής· ἐὰν γάρ τις τύχῃ καθήμενος μὲν, μὴ γράφων δὲ, οὐκέτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἡ αὐτὴ λύσις ἁρμόσει· ὥστε οὐ τοῦτο ἀναιρετέον, ἀλλὰ τὸ τὸν καθήμενον γράφειν· οὐ γὰρ πᾶς ὁ καθήμενος γράφει· λέλυκε μὲν οὖν πάντως ὁ ἀνελὼν, παρ' ὃ γίνεται τὸ ψεῦδος. 4 Οἶδε δὲ τὴν λύσιν ὁ εἰδὼς, ὅτι παρὰ τοῦτο ὁ λόγος· καθάπερ ἐπὶ τῶν ψευδογραφουμένων· οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ ἐνστῆναι, οὐδ' ἂν ψεῦδος ᾖ τὸ ἀναιρούμενον· ἀλλὰ καὶ, διότι ψεῦδος, ἀποδεικτέον. οὕτω γὰρ ἂν εἴη φανερὸν, πότερον προορῶν τι, ἢ οὔ, ποιεῖται τὴν ἔνστασιν. 5 Ἔστι δὲ λόγον κωλῦσαι συμπεράνασθαι τετραχῶς. ἢ γὰρ ἀνελόντα, παρ' ὃ γίνεται τὸ ψεῦδος. ἢ πρὸς τὸν ἐρωτῶντα ἔνστασιν εἰπόντα· πολλάκις μὲν γὰρ οὐ λέλυκε μὲν, ὁ μέντοι πυνθανόμενος οὐ δύναται προῤῥωτέρω προάγειν. τρίτον δὲ, πρὸς τὰ ἠρωτημένα· συμβαίνοι

Cap. IV edd. Sylb. & Caſaub.

falſa; ſi quis enim ſedeat, neque ſcribat, eidem non amplius eadem ſolutio conveniet; quare non hoc eſt tollendum, ſed τὸ ſedentem ſcribere; non enim quicunque ſedet ſcribit; omnino igitur ſolvit, qui ſuſtulit, ex quo falſum efficitur. 4 Intelligit autem ſolutionem, qui novit, ex hoc argumentationem (*pendere*); quemadmodum in falſis deſcriptionibus contingit; neque enim ſufficit obiicere, ne quidem, ſi falſum ſit, quod tollitur; ſed etiam, cur ſit falſum, demonſtrandum eſt. Nam ſic apparebit, utrum aliquid proſpiciens, an non, obiectionem proponat. 5 Impediri autem argumentatio quo minus concludatur, poteſt quatuor modis. Primum enim ſublato eo, ex quo efficitur falſum. Deinde obiectione dicta adverſus interrogantem; ſaepe enim, (*reſpondens*) quidem non ſolvit, interrogans tamen non poteſt ulterius progredi. Tertio autem, (*obiectione allata*) adverſus ea, quae interrogantur; poteſt enim accidere, ut

γὰρ ἂν, ἐκ μὲν τῶν ἠρωτημένων μὴ γίνεσθαι, ὃ βουλόμεθα, διὰ τὸ κακῶς ἠρωτῆσθαι· προστεθέντος δέ τινος, γίνεσθαι τὸ συμπέρασμα. εἰ μὲν οὖν μηκέτι δύναται προάγειν ὁ ἐρωτῶν, εἰς τὸν ἐρωτῶντα εἴη ἂν ἡ ἔνστασις· εἰ δὲ δύναται, πρὸς τὰ ἠρωτημένα. τετάρτη δὲ καὶ χειρίστη τῶν ἐνστάσεων ἡ πρὸς τὸν χρόνον. ἔνιοι γὰρ τοιαῦτα ἐνίστανται, πρὸς ἃ διαλεχθῆναι πλείονός ἐστι χρόνου, ἢ τῆς παρούσης διατριβῆς. 6 Αἱ μὲν οὖν ἐνστάσεις, καθάπερ εἴπομεν, τετραχῶς γίνονται. λύσις δέ ἐστι τῶν εἰρημένων ἡ πρώτη μόνον· αἱ δὲ λοιπαὶ κωλύσεις τινὲς καὶ ἐμποδισμοὶ τῶν συμπερασμάτων.

Cap. IV edd. Sylb. & Caſaub. Cap. XI edd. Pac. & Duvall.

ΚΕΦ. Θ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΠΙΤΙΜΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Ἐπιτίμησις δὲ τοῦ λόγου κατ' αὐτόν τε λόγον,

ex interrogatis non efficiatur, quod volumus, quia male interrogatum ſit; adiecto autem aliquo, efficiatur concluſio. Si igitur interrogans amplius progredi non poteſt, adverſus interrogantem erit obiectio afferenda; ſin vero poteſt, adverſus ea, quae interrogata ſunt. Quarta autem & deterrima obiectio eſt, quae ad tempus (*refertur*). Nonnulli enim talia obiiciunt, quae ad differendum plus temporis requirunt, quam praeſens congreſſus admittat. 6 Obiectiones igitur, ſicut diximus, quatuor modis fiunt. Ex his autem, quas diximus, prima tantum eſt ſolutio; reliquae vero ſunt turbationes quaedam & impedimenta concluſionum.

CAP. IX.

De reprehenſione argumentationis.

Reprehenſio autem argumentationis non eſt eadem cum ratione ipſius argumentationis, tum quando haec

καὶ ὅταν ἐπερωτᾶται, οὐχ ἡ αὐτή· πολλάκις γὰρ τοῦ μὴ καλῶς διειλέχθαι λόγον ὁ ἐρωτώμενος αἴτιος, διὰ τὸ μὴ συγχωρεῖν, ἐξ ὧν ἦν διαλεχθῆναι καλῶς πρὸς τὴν θέσιν· οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ θατέρῳ μόνῳ τὸ καλῶς ἐπιτελεσθῆναι τὸ κοινὸν ἔργον. ἀναγκαῖον οὖν ἐνίοτε πρὸς τὸν λέγοντα, καὶ μὴ πρὸς τὴν θέσιν, ἐπιχειρεῖν, ὅταν ὁ ἀποκρινόμενος τἀναντία τῷ ἐρωτῶντι παρατηρῇ προσεπηρεάζων. δυσκολαίνοντες οὖν ἀγωνιστικὰς, καὶ οὐ διαλεκτικὰς, ποιοῦνται τὰς διατριβάς. 2 Ἔτι δὲ, ἐπεὶ γυμνασίας καὶ πείρας χάριν, ἀλλ' οὐ διδασκαλίας, οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων· δῆλον, ὡς οὐ μόνον τἀληθῆ συλλογιστέον, ἀλλὰ καὶ ψεῦδος· οὐδὲ δι' ἀληθῶν ἀεὶ, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ ψευδῶν. πολλάκις γὰρ, ἀληθοῦς τεθέντος, ἀναιρεῖν ἀνάγκη τὸν διαλεγόμενον· ὥστε προτατέον τὰ ψευδῆ. ἐνίοτε δὲ καὶ, ψευδοῦς τεθέντος,

in interrogatione ponitur; saepe enim est culpa eorum, qui interrogantur, ut non recte tractetur argumentatio, quod illi non concedant, ex quibus scite differi adversus thesin poterat; neque enim in alterutro solum positum est, ut commune opus bene perficiatur. Necesse igitur est nonnunquam contra dicentem, nec contra thesin argumentari, cum respondens per calumniam captet, quae interroganti contraria sint. Sic tergiversantes contentiosas, non dialecticas, disputationes faciunt. 2 Praeterea, quoniam exercitationis & periculi faciendi causa, non eruditionis gratia, tales disputationes (*instituuntur*); patet, non solum vera esse concludenda, sed etiam falsum; neque ex veris semper, sed interdum etiam ex falsis. Saepe enim id, quod vere positum est, evertere disputantem necesse est; quare proponenda sunt falsa (*axiomata*). Interdum vero etiam id, quod falso posi-

ἀναιρετέον διὰ ψευδῶν· οὐδὲν γὰρ κωλύει, τινὶ δοκεῖν τὰ μὴ ὄντα μᾶλλον τῶν ἀληθῶν· ὥστε ἐκ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων τοῦ λόγου γινομένου, μᾶλλον ἔσται πεπεισμένος, ἢ ὠφελημένος. 3 Δεῖ δὲ τὸν καλῶς μεταβιβάζοντα διαλεκτικῶς καὶ μὴ ἐριστικῶς διαβιβάζειν, καθάπερ τὸν γεωμέτρην γεωμετρικῶς, ἄν τε ψεῦδος, ἄν τ' ἀληθὲς ᾖ τὸ συμπεραινόμενον. ὁποῖοι δὲ διαλεκτικοὶ συλλογισμοὶ, πρότερον εἴρηται. 4 Ἐπεὶ δὲ Φαῦλος κοινωνὸς ὁ ἐμποδίζων τὸ κοινὸν ἔργον, δῆλον, ὅτι καὶ ἐν λόγοις. κοινὸν γάρ τι προκείμενον καὶ ἐν τούτοις ἐστὶ, πλὴν τῶν ἀγωνιζομένων. τούτοις δὲ οὐκ ἔστιν ἀμφοτέροις τοῦ αὐτοῦ τέλους τυχεῖν· πλείους γὰρ ἑνὸς ἀδύνατον νικᾶν. διαφέρει δὲ οὐδὲν, ἄν τε διὰ τοῦ ἀποκρίνεσθαι, ἄν τε διὰ τοῦ ἐρωτᾶν, ποιῇ αὐτό· ὅ, τε γὰρ ἐριστικῶς ἐρωτῶν φαύλως διαλέγεται· ὅ, τε ἐν

tum eſt, evertendum eſt per falſa (*axiomata*); nihil enim prohibet, quo minus alicui magis probentur ea, quae non ſunt, quam (*quae*) vera (*ſunt*); quocirca ex his, quae illi probantur, argumentatione facta, potius perſuaſus, quam adiutus erit. 3 Oportet autem eum, qui recte alio diſputationem traducere vult, dialectice nec contentioſe traducere, quemadmodum Geometram geometrice, ſive falſum, ſive verum ſit quod concluditur. Quales autem dialectici ſyllogiſmi ſint, antea dictum eſt. 4 Quia vero pravus ſocius eſt, qui impedit commune opus, patet, (*rem ita ſe habere*) etiam in diſputationibus. Commune enim quiddam propoſitum etiam in his eſt, exceptis iis, qui certandi cauſa diſputant. His autem non licet ambobus eundem finem conſequi; cum plures uno vincere nequeant. Nihil vero refert, utrum propter reſponſionem, an propter interrogationem id fiat; nam & contentioſe interrogans male diſputat; &

τῷ ἀποκρίνεσθαι μὴ διδοὺς τὸ φαινόμενον, μηδὲ ἐκδεχόμενος, ὅ, τί ποτε βούλεται ὁ ἐρωτῶν πυθέσθαι. δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐχ ὁμοίως ἐπιτιμητέον καθ' αὑτόν τε τῷ λόγῳ, καὶ τῷ ἐρωτῶντι· οὐδὲν γὰρ κωλύει, τὸν μὲν λόγον φαῦλον εἶναι· τὸν δὲ ἐρωτῶντα ὡς ἐνδέχεται βέλτιστα πρὸς τὸν ἀποκρινόμενον διειλέχθαι. πρὸς γὰρ τοὺς δυσκολαίνοντας οὐ δυνατὸν ἴσως εὐθὺς, οἵους τις βούλεται, ἀλλ' οἵους ἐνδέχεται, ποιεῖσθαι τοὺς συλλογισμούς. 5 Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἀδιόριστον, πότε τἀναντία, καὶ πότε τὰ ἐν ἀρχῇ λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι· (πολλάκις γὰρ καθ' αὑτοὺς λέγοντες ἐναντία λέγουσι· καὶ ἀνανεύσαντες πρότερον, δι-δόασιν ὕστερον· διόπερ ἐρωτώμενοι καὶ τὰ ἐναντία καὶ τὰ ἐν ἀρχῇ πολλάκις ὑπακούουσιν·) ἀνάγκη, φαύλους γίνεσθαι τοὺς λόγους. αἴτιος δὲ ὁ ἀποκρινόμενος

qui in reſpondendo non dat, quod (*verum aut probabile*) videtur, is neque ſuſcipit, quodcunque interrogans percontari voluerit. Patet igitur ex dictis, non ſimilem incurrere reprehenſionem argumentationem per ſe, & interrogantem; nihil enim vetat, diſputationem quidem pravam eſſe; interrogans autem fieri poteſt, ut optime contra reſpondentem diſſeruerit. Nam adverſus tergiverſantes non licet fortaſſe ſtatim, cuiuſmodi quis velit, ſed quales poſſit, efficeré ſyllogiſmos. 5 Quoniam autem non definitum eſt, quando contraria, & quando in principio (*quaeſita*) homines ſumant; (ſaepe enim per ſe dicentes contraria dicunt, & cum prius abnuerint, poſtea concedunt; ideoque interrogati & contraria, & quae initio (*quaeſita fuerunt*), ſaepe admittunt;) neceſſe eſt, pravas fieri argumentationes. Reſpondentis vero culpa eſt, alia quidem non concedentis, haec au-

τὰ μὲν οὐ διδοὺς, τὰ δὲ τοιαῦτα διδούς. Φανερὸν οὖν, ὅτι οὐχ ὁμοίως ἐπιτιμητέον τοῖς ἐρωτῶσι καὶ τοῖς λόγοις. 6 Καθ' αὑτὸν δὲ τῷ λόγῳ πέντε εἰσὶν ἐπιτιμήσεις. 7 Πρώτη μὲν, ὅταν ἐκ τῶν ἠρωτημένων μὴ συμπεραίνηται μήτε πρὸς τὸ τεθὲν, μήτε ὅλως μηδὲν ὄντων ἢ ψευδῶν, ἢ ἀδόξων, ἢ πάντων, ἢ τῶν πλείστων, ἐν οἷς τὸ συμπέρασμα· καὶ μήτε ἀφαιρεθέντων τινῶν, μήτε προστεθέντων· μήτε τῶν μὲν ἀφαιρεθέντων, τῶν δὲ προστεθέντων, γίνεται τὸ συμπέρασμα. 8 Δευτέρα δὲ, εἰ πρὸς τὴν θέσιν μὴ γίνοιτο ὁ συλλογισμὸς ἐκ τοιούτων τε, καὶ οὕτως, ὡς εἴρηται πρότερον. 9 Τρίτη δὲ, εἰ, προστεθέντων τινῶν, γίνοιτο συλλογισμὸς, ταῦτα δ' εἴη χείρω τῶν ἐρωτηθέντων, καὶ ἧττον ἔνδοξα τοῦ συμπεράσματος. 10 Πάλιν, εἰ ἀφαιρεθέντων τινῶν. ἐνίοτε γὰρ πλείονα λαμβάνουσι τῶν ἀναγκαίων· ὥστε

tem talia concedentis. Manifeſtum igitur eſt, non ſimilem incurrere reprehenſionem interrogantes & argumentationes. 6 Per ſe autem argumentationis quinque ſunt reprehenſiones. 7 Prima quidem, quando ex interrogatis non concluditur neque adverſus (*problema*) poſitum, neque omnino aliquid, quoniam aut falſa aut non probabilia ſunt vel omnia, vel plurima, ex quibus concluſio (*efficitur*); & (*quoniam*) nec detractis quibuſdam, nec additis, nec his quidem detractis, his vero additis, fit concluſio. 8 Secunda autem, ſi adverſus theſin non valet ſyllogiſmus ex talibus, & ita (*factus*), ut antea dictum eſt. 9 Tertia vero, ſi, additis quibuſdam, conficitur ſyllogiſmus, illa autem ſunt deteriora iis, quae interrogata ſunt, minuſque probabilia, quam concluſio. 10 Rurſus, ſi detractis quibuſdam (*idem contingit*). Interdum enim plura ſumuntur, quam neceſſe eſt;

οὐ τῷ ταῦτα εἶναι λέγεται ὁ συλλογισμός. 11 Ἔτι, εἰ ἐξ ἀδοξοτέρων καὶ ἧττον πιστῶν τοῦ συμπεράσματος· ἢ ἐξ ἀληθῶν, ἀλλὰ πλείονος ἔργου δεομένων ἀποδεῖξαι τοῦ προβλήματος. 12 Οὐ δεῖ δὲ πάντων τῶν προβλημάτων ὁμοίως ἀξιοῦν τοὺς συλλογισμοὺς ἐνδόξους εἶναι καὶ πιθανούς. Φύσει γὰρ εὐθὺς ὑπάρχει τὰ μὲν ῥᾴω, τὰ δὲ χαλεπώτερα τῶν ζητουμένων. ὥστε, ἂν ἐξ ὧν ἐνδέχεται μάλιστα ἐνδόξων συμβιβάσῃ, διείλεκται καλῶς. Φανερὸν οὖν, ὅτι οὐδὲ τῷ λόγῳ ἡ αὐτὴ ἐπιτίμησις, πρός τε τὸ προβληθὲν, καὶ καθ' αὑτόν. οὐδὲν γὰρ κωλύει, καθ' αὑτὸν μὲν εἶναι τὸν λόγον ψεκτόν· πρὸς δὲ τὸ πρόβλημα ἐπαινετόν· καὶ πάλιν ἀντεστραμμένως, καθ' αὑτὸν μὲν ἐπαινετόν· πρὸς δὲ τὸ πρόβλημα ψεκτόν· ὅταν ἐκ πολλῶν ἐνδόξων συμπεραίνε-

ut non propterea, quia haec (*conceſſa*) ſunt, dicatur ſyllogiſmus. 11 Porro, ſi ex minus probabilibus & credibilibus, quam ſit concluſio, (*argumentatio ſumitur*); aut ex veris, quae tamen plus negotii requirunt, ut demonſtrentur, quam problema. 12 Non oportet autem poſtulare, ut omnium problematum ſyllogiſmi aeque probabiles ſint, & ad perſuadendum apti. Alia enim eorum, quae quaeruntur, ſuapte natura ſtatim faciliora ſunt, alia vero difficiliora. Quapropter ſi ex propoſitionibus, quoad eius fieri potuit, maxime probabilibus (*aliquis*) argumentatus fuerit, ſcite differuit. Patet igitur, neque argumentationis eandem eſſe reprehenſionem, & ratione eius, quod in quaeſtione poſitum eſt, & ratione illius ipſius. Nihil enim vetat, argumentationem per ſe quidem eſſe vitioſam; ratione vero problematis laudabilem; & rurſus vice verſa, per ſe quidem laudabilem; ratione vero problematis vitioſam; cum ex

σθαι ῥᾴδιον ἢ καὶ ἀληθῶν. 13 Ἔϊη δ' ἂν ποτε λόγος καὶ συμπεπερασμένος μὴ συμπεπερασμένου χείρων· ὅταν ὁ μὲν ἐξ εὐηθῶν συμπεραίνηται, μὴ τοιούτου τοῦ προβλήματος ὄντος· ὁ δὲ προσδέηται τοιούτων, ἃ ἐστιν ἔνδοξα καὶ ἀληθῆ, καὶ μὴ ἐν τοῖς προσλαμβανομένοις ἡ ὁ λόγος. 14 Τοῖς δὲ διὰ ψευδῶν ἀληθὲς συμπεραίνουσιν οὐ δίκαιον ἐπιτιμᾶν. ψεῦδος μὲν γὰρ ἀεὶ ἀνάγκη διὰ ψευδῶν συλλογίζεσθαι· τὸ δ' ἀληθές ἐστι καὶ διὰ ψευδῶν [ποτὲ] συλλογίζεσθαι· φανερὸν δὲ ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν. 15 Ὅταν δὲ ἀπόδειξις ἢ τινος ὁ εἰρημένος λόγος, εἰ τί ἐστιν ἄλλο πρὸς τὸ συμπέρασμα μηδαμῶς ἔχον, οὐκ ἔσται παρὰ ἐκείνου συλλογισμός. ἐὰν δὲ φαίνηται, σόφισμα ἔσται, [καὶ] οὐκ ἀπόδειξις. 16 Ἔστι δὲ φιλοσόφημα μὲν συλλογισμὸς ἀποδεικτικός· ἐπιχείρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικός· σόφι-

multis probabilibus & veris facilius fit concludere. 13 Fit vero interdum, ut argumentatio etiam concludens fit deterior eâ, quae non concludit; quando illa quidem ex futilibus concludit, cum problema tale non fit; haec autem eget talibus, quae probabilia sunt & vera, nec in his assumtis posita est argumentatio. 14 Qui autem per falsa verum concludunt, iure reprehendi non possunt. Nam falsum quidem semper necesse est per falsa concludi; verumtamen licet etiam [interdum] ex falsis colligere; patet autem hoc ex Analyticis. 15 Quando autem argumentatio dicta est alicuius rei demonstratio, si quid aliud est ad conclusionem (*probandam*) nihil faciens, non erit ex eo syllogismus. Sin autem videatur, sophisma erit, non demonstratio. 16 Est autem *philosophema* quidem syllogismus demonstrativus; *epichirema* vero syllogismus dialecticus; *sophisma* porro

σμα δὲ συλλογισμὸς ἐριστικός· ἀπόρημα δὲ συλλογισμὸς διαλεκτικὸς ἀντιφάσεως. 17 Εἰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων [τι] δοκούντων δειχθείη, μὴ ὁμοίως δὲ δοκούντων, οὐδὲν κωλύει, τὸ δειχθὲν μᾶλλον ἑκατέρου δοκεῖν. ἀλλ' εἰ τὸ μὲν δοκοίη, τὸ δὲ μηδετέρως· ἢ εἰ τὸ μὲν δοκοίη, τὸ δὲ μὴ δοκοίη· εἰ μὲν ὁμοίως, ὁμοίως ἂν εἴη, καὶ μή· εἰ δὲ μᾶλλον θάτερον, ἀκολουθήσει τῷ μᾶλλον. 18 Ἔστι δέ τις ἁμαρτία καὶ αὕτη κατὰ τοὺς συλλογισμούς, ὅταν δείξῃ διὰ μακροτέρων ἐνδεχόμενον δι' ἐλαττόνων, καὶ ἐν τῷ λόγῳ ὑπαρχόντων· οἷον, ὅτι ἐστὶ δόξα μᾶλλον ἑτέρα ἑτέρας, εἴ τις αἰτήσαιτο αὐτοέκαστον μάλιστα εἶναι· εἶναι δὲ δοξαστὸν αὐτοαληθῶς· ὥστε τῶν τινῶν μᾶλλον αὐτό· πρὸς δὲ τὸ μᾶλλον μᾶλλον τὸ λεγόμενον εἶναι· εἶναι δὲ καὶ αὐτοδόξαν ἀληθῆ, ἢ ἔσται

syllogiſmus litigioſus; *aporema* denique ſyllogiſmus dialecticus contradictionis. 17 Si quid autem ex utriſque (*propoſitionibus*) probabilibus oſtendatur, non tamen aeque probabilibus, nihil vetat, id, quod oſtenſum eſt, utrâque propoſitione probabilius eſſe. At ſi haec quidem probabilis ſit, altera vero neutro modo ſe habeat; vel ſi altera quidem ſit probabilis, altera vero non probabilis; ſiquidem ſimiliter, ſimiliter fuerit (*concluſio*), & non (*fuerit*); ſin autem altera (*propoſitio ſit*) magis talis, conſequens erit magis tali. 18 Eſt vero aliquod peccatum & hoc in ſyllogiſmis, cum quis per plura probaverit, quod (*probari*) poterat per pauciora, & quae in argumentatione inſunt; velut (*probaturus*), opinionem aliam aliâ magis eſſe, ſi poſtulaverit, *ipſumquodque* maxime eſſe; eſſe autem opinabile *ipſumvere*; quare *ipſum* magis quibuſdam eſſe; id autem, quod magis dicitur, ad id, quod magis eſt, referri; eſſe autem & *ipſamopinionem* veram, quae erit magis exquiſita, quam aliae quae-

μᾶλλον ἀκριβὴς τῶν τινῶν· ἠῖτηται δὲ καὶ αὐτοδόξαν ἀληθῆ εἶναι, καὶ αὐτοέκαστον μάλιστα εἶναι· ὥστε αὕτη ἡ δόξα [ἡ μάλιστα] ἀληθὴς ἀκριβεστέρα ἐστί. τίς δὲ ἡ μοχθηρία; ἢ ὅτι ποιεῖ, παρ' ὃ ὁ λόγος, λανθάνειν τὸ αἴτιον.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΕΡΙ ΛΟΓΟΥ ΔΗΛΟΥ ΚΑΙ ΨΕΥΔΟΥΣ.

Cap. IV edd. Sylb. & Caſaub. Cap. XII edd. Pac. & Duvall.

Λόγος δέ ἐστι δῆλος ἕνα μὲν τρόπον καὶ δημοσιώτατον, ἐὰν ᾖ συμπεπερασμένος οὕτως, ὥστε μηδὲν δεῖν ἐπερωτῆσαι. 2 Ἕνα δὲ, καὶ ὃς μάλιστα λέγεται, ὅταν εἰλημμένα μὲν ᾖ, ἐξ ὧν ἀναγκαῖον εἶναι, ᾖ δὲ διὰ συμπερασμάτων συμπεραινόμενα. 3 Ἔτι, εἰ ἐλλείπει τὸ σΦόδρα ἔνδοξον. 4 Ψευδὴς δὲ λόγος καλεῖται τετραχῶς· ἕνα μὲν τρόπον, ὅταν Φαίνηται συμπεραίνεσθαι μὴ συμπεραινόμενος, ὃς καλεῖται συλλογι-

dam; poſtulatum eſſe autem, *ipſamopinionem* veram eſſe, & *ipſumquodque* maxime eſſe; quare hanc opinionem [maxime] veram accuratiorem eſſe. At quanta moleſtia! Efficit ſane, ut lateat cauſa, ex qua ducitur argumentatio.

CAP. X.

De perſpicua & de falſa argumentatione.

Argumentatio autem eſt perſpicua uno modo eoque maxime vulgari, ſi ita concluſa eſt, ut nulla amplius opus ſit interrogatione. 2 Altero vero, qui etiam maxime dicitur, ſi ſunt ſumta, ex quibus effici neceſſe eſt, (*quae concluduntur*,) ſunt autem illa ex (*aliis*) concluſionibus collecta. 3 Praeterea, ſi deeſt, quod valde eſt probabile. 4 Falſa vero argumentatio dicitur quatuor modis; uno quidem modo, ſi videtur concludere, neque concludit, qui vocatur ſyllogiſmus litigioſus.

σμὸς ἐριστικός. 5 Ἄλλον δέ, ὅταν συμπεραίνηται μέν, μὴ μέντοι πρὸς τὸ προκείμενον· ὅπερ συμβαίνει μάλιστα τοῖς εἰς τὸ ἀδύνατον ἄγουσι. 6 Ἢ πρὸς τὸ προκείμενον μὲν συμπεραίνηται, μὴ μέντοι κατὰ τὴν οἰκείαν μέθοδον. τοῦτο δέ ἐστιν, ἐὰν ὁ μὴ ὢν ἰατρικὸς δοκῇ ἰατρικὸς εἶναι· ἢ γεωμετρικὸς μὴ ὢν γεωμετρικός· ἢ διαλεκτικὸς μὴ ὢν διαλεκτικός· ἄν τε ψεῦδος, ἄν τε ἀληθὲς ᾖ τὸ συμβαῖνον. 7 Ἄλλον δὲ τρόπον, ἐὰν διὰ ψευδῶν συμπεραίνηται· τούτου δὲ ἔσται ποτὲ μὲν τὸ συμπέρασμα ψεῦδος, ποτὲ δὲ ἀληθές. τὸ μὲν γὰρ ψεῦδος ἀεὶ διὰ ψευδῶν συμπεραίνεται· τὸ δ' ἀληθὲς ἐγχωρεῖ καὶ μὴ δι' ἀληθῶν, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον. 8 Τὸ μὲν οὖν ψευδῆ τὸν λόγον εἶναι, τοῦ λέγοντος ἁμάρτημα μᾶλλον ἢ τοῦ λόγου· καὶ οὐδὲ τοῦ λέγοντος ἀεί, ἀλλ' ὅταν λανθάνῃ αὐτὸν, [ὅτι ψευδῆ λόγον

5 Alio vero, si (*aliquid*) concludit, quod tamen non (*pertinet*) ad propositum (*problema*); quod quidem maxime accidit ad impossibile ducentibus. 6 Aut (*si*) concludit, quod ad propositum (*problema*) pertinet, non tamen iusta ratione & accommodata. Hoc vero est, si non medica (*argumentatio*) videatur esse medica; aut (*videatur esse*) geometrica, quae non est geometrica; aut dialectica, quae non est dialectica; sive verum, sive falsum sit, quod efficitur. 7 Alio modo, si ex falsis concludat; huius autem (*argumentationis*) aliquando conclusio falsa, aliquando vera est. Nam falsum quidem semper ex falsis concluditur; verum autem licet etiam ex non veris (*concludere*), quemadmodum & antea dictum est. 8 Quod igitur falsa sit argumentatio, argumentantis magis peccatum est, quam argumentationis; immo neque argumentantis semper, sed cum latet illum, [quod fal-

εἶπε τινά]· ἐπεὶ καθ' ἑαυτόν γε πολλῶν ἀληθῶν ἀποδεχόμεθα μᾶλλον, ἂν ἐκ τῶν μάλιστα δοκούντων ἀναιρῇ τι τῶν ἀληθῶν. τοιοῦτος γὰρ ὢν, ἀληθῶν ἀπόδειξίς ἐστι· δεῖ γὰρ τῶν κειμένων τι μὴ εἶναι παντελῶς· ὥστε ἔσται τούτου ἀπόδειξις. εἰ δ' ἀληθὲς συμπεραίνοιτο διὰ ψευδῶν καὶ λίαν εὐηθῶν, πολλῶν ἂν εἴη χείρων ψεῦδος συλλογιζομένων· εἴη δ' ἂν τοιοῦτος καὶ ψεῦδος συμπεραινόμενος· ὥστε δῆλον, ὅτι πρώτη μὲν ἐπίσκεψις λόγου καθ' αὑτὸν, εἰ συμπεραίνεται· δευτέρα δὲ, πότερον ἀληθὲς, ἢ ψεῦδος· τρίτη δ', ἐκ ποίων τινῶν. εἰ μὲν γὰρ ἐκ ψευδῶν, ἐνδόξων δὲ, λογικός· εἰ δ' ἐξ ὄντων μὲν, ἀδόξων δὲ, Φαῦλος· εἰ δὲ καὶ ψευδῆ καὶ λίαν ἄδοξα, δῆλον, ὅτι Φαῦλος ἢ ἁπλῶς, ἢ τοῦ πράγματος.

fam quandam argumentationem dixerit;] quoniam per ſe multis veris (*argumentationibus eam*) magis probamus, ſi ex iis, quae maxime videntur, aliquid verum evertit. Nam quae talis eſt, verorum demonſtratio eſt; oportet enim eorum, quae poſita ſunt, quidpiam non eſſe omnino; quocirca erit huius demonſtratio. Quod ſi autem verum concludat ex falſis & nimis futilibus, certe multis falſum colligentibus deterior erit; poteſt vero talis eſſe & quae falſum concludit; quare patet, primam eſſe conſiderationem argumentationis per ſe, an (*haec*) concludat; ſecundam autem, utrum verum, an falſum (*concludat*); tertiam vero, ex quibuſnam. Nam ſi ex falſis, probabilibus tamen, concludat, logica eſt; ſi ex iis, quae ſunt vera, at non probabilia, prava eſt; ſi vero ea ſint & falſa & valde improbabilia, patet, (*argumentationem*) pravam eſſe aut ſimpliciter, aut ratione rei (*de qua agitur*).

ΚΕΦ. ια΄.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΙΤΕΙΣΘΑΙ ΤΟ ΕΝ ΑΡΧΗ ΚΑΙ ΤΑ ΕΝΑΝΤΙΑ.

Τὸ δ' ἐν ἀρχῇ καὶ τὰ ἐναντία πῶς αἰτεῖται ὁ ἐρωτῶν, κατ' ἀλήθειαν μὲν ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς εἴρηται, κατὰ δόξαν δὲ νῦν λεκτέον. 2 Αἰτεῖσθαι δὲ φαίνονται τὸ ἐν ἀρχῇ πενταχῶς. 3 Φανερώτατα μὲν καὶ πρῶτον, εἴ τις αὐτὸ τὸ δείκνυσθαι δέον αἰτήσει· τοῦτο δ' ἐπ' αὐτοῦ μὲν οὐ ῥᾴδιον λανθάνειν· ἐν δὲ τοῖς συνωνύμοις, καὶ ἐν ὅσοις τὸ ὄνομα καὶ ὁ λόγος τὸ αὐτὸ σημαίνει, μᾶλλον. 4 Δεύτερον δὲ, ὅταν κατὰ μέρος δέον ἀποδείξαι καθόλου τις αἰτήσῃ· οἷον, ἐπιχειρῶν, ὅτι τῶν ἐναντίων μία ἐπιστήμη, ὅλως τῶν ἀντικειμένων ἀξιώσειε μίαν εἶναι· δοκεῖ γὰρ, ὃ ἔδει καθ' αὐτὸ δεῖξαι,

Cap. IV edd. Sylb. & Caſaub. Cap. XIII edd. Pac. & Duvall.

CAP. XI.

De petitione quaeſiti ab initio & contrariorum.

Quod autem in principio (*quaeſitum eſt*) & contraria quomodo petat interrogans, ſecundum veritatem quidem in Analyticis dictum eſt, ſecundum opinionem vero nunc dicendum erit. 2 Petere autem videntur a principio (*quaeſitum*) quinque modis. 3 Manifeſtiſſime quidem & primo, ſi quis id petet, quod ipſi demonſtrandum eſt; quod in eadem re non facile latet; in ſynonymis autem iiſque omnibus, quorum nomen & definitio idem declarant, magis (*latet*). 4 Secundo porro, ſi id, quod particulariter demonſtrari debet, univerſaliter aliquis petierit; velut, ſi probaturus, contrariorum unam (*eſſe*) ſcientiam, omnino oppoſitorum unam eſſe, (*ut ſibi concedatur*) poſtulaverit; videtur enim id, quod eum oportebat per ſe probare, una cum pluribus aliis pe-

μετ' ἄλλων αἰτεῖσθαι πλειόνων. 5 Τρίτον, εἴ τις, τὸ καθόλου δεῖξαι προκειμένου, κατὰ μέρος αἰτήσειεν· οἷον, εἰ, πάντων τῶν ἐναντίων προκειμένου, τῶνδε τινῶν ἀξιώσειε· δοκεῖ γὰρ καὶ οὗτος, ὃ μετὰ πλειόνων ἔδει δεῖξαι, καθ' αὑτὸ [καὶ] χωρὶς αἰτεῖσθαι. 6 Πάλιν, εἴ τις διελὼν αἰτεῖται τὸ προβληθέν· οἷον, εἰ, δέον δεῖξαι τὴν ἰατρικὴν ὑγιεινοῦ καὶ νοσώδους, χωρὶς ἑκάτερον ἀξιώσειεν. 7 Ἢ, εἴ τις τῶν ἑπομένων ἀλλήλοις ἐξ ἀνάγκης θάτερον αἰτήσειεν, οἷον, τὴν πλευρὰν ἀσύμμετρον τῇ διαμέτρῳ, δέον ἀποδεῖξαι, ὅτι ἡ διάμετρος τῇ πλευρᾷ. 8 Ἰσαχῶς δὲ καὶ τὰ ἐναντία αἰτοῦνται τῷ ἐξ ἀρχῆς. 9 Πρῶτον μὲν γὰρ, εἴ τις τὰς ἀντικειμένας αἰτήσαιτο, φάσιν καὶ ἀπόφασιν. 10 Δεύτερον δὲ,

tere. 5 Tertio, si quis, cum universale probare instituerit, particulare petat; velut, si, cum propositum sit (*ad probandum*), omnium contrariorum esse (*unam scientiam*), postulet, (*ut sibi concedatur*), certorum quorundam (*contrariorum unam esse scientiam*); nam hic quoque videtur id, quod eum cum pluribus oportebat probare, per se separatim petere. 6 Rursus, si quis dividens (*problema*) petat id, quod propositum est (*ad disputandum*); velut, si, cum eum probare oporteat, artem medicam esse salubrium & insalubrium, separatim utrumque petat. 7 Aut, si quis eorum, quae se invicem necessario consequuntur, alterum petat; velut, (*si,*) cum eum demonstrare oporteat, latus cum diametro non habere communem mensuram, (*petat,*) diametrum (*habere communem mensuram*) cum latere. 8 Tot vero etiam modis contraria petuntur, quot ab initio (*quaesitum*). 9 Nam primo quidem, si quis contrarias postulet, affirmationem & negationem. 10 Secundo autem, si contraria

τἀναντία κατὰ τὴν ἀντίθεσιν· οἷον, ἀγαθὸν καὶ κακὸν ταὐτόν. 11 Τρίτον, εἴ τις τὸ καθόλου ἀξιώσας ἐπὶ μέρους αἰτοῖτο τὴν ἀντίφασιν. οἷον, εἰ λαβὼν, τῶν ἐναντίων μίαν ἐπιστήμην ὑγιεινοῦ καὶ νοσώδους ἑτέραν ἀξιώσειεν· ἢ τοῦτο αἰτησάμενος ἐπὶ τοῦ καθόλου τὴν ἀντίθεσιν πειρῷτο λαμβάνειν. 12 Πάλιν, ἐάν τις αἰτήσῃ τὸ ἐναντίον τῷ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντι διὰ τῶν κειμένων. 13 Κἂν εἴ τις αὐτὰ μὲν μὴ λάβῃ τὰ ἀντικείμενα· τοιαῦτα δ' αἰτήσαιτο δύο, ἐξ ὧν ἔσται ἡ ἀντικειμένη ἀντίφασις. 14 Διαφέρει δὲ τὸ τἀναντία λαμβάνειν τοῦ ἐν ἀρχῇ τοσοῦτον, ὅτι τοῦ μὲν ἐστὶν ἡ ἁμαρτία πρὸς τὸ συμπέρασμα· πρὸς γὰρ ἐκεῖνο βλέποντες τὸ ἐν ἀρχῇ λέγομεν αἰτεῖσθαι· τὰ δ' ἐναντία ἐστὶν ἐν ταῖς προτάσεσι τῷ [γὰρ] ἔχειν πως ταύτας πρὸς ἀλλήλας.

(*petantur*) ſecundum oppoſitionem; velut, bonum & malum eſſe idem. 11 Tertio, ſi quis univerſale (*ſibi concedi*) poſtulans particulariter contradictionem (*petat*). Velut, ſi ſumat, contrariorum unam (*eſſe*) ſcientiam, (*deinde*,) ſalubris & inſalubris diverſam eſſe poſtulet; aut hoc poſtulato, in univerſali oppoſitionem ſumere conetur. 12 Rurſus, ſi quis petierit contrarium ei, quod neceſſario ex poſitis efficitur. 13 Nec non, ſi quis ipſa quidem oppoſita non ſumat; duo autem eiuſmodi petat, ex quibus ſequetur oppoſita contradictio. 14 Differunt autem Sumere contraria & Petere ab initio quaeſitum in eo, quod hoc quidem peccatum concluſionem attinet; nam ad hanc reſpicientes dicimus peti ab initio quaeſitum; contraria vero in propoſitionibus ſunt certo quodam modo inter ſe affectis.

ΚΕΦ. ιβ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΣ ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗΣ.

Cap. V edd. Sylb. & Casaub. Cap. XIV edd. Pac. & Duvall.

Πρὸς δὲ γυμνασίαν καὶ μελέτην τῶν τοιούτων λόγων πρῶτον μὲν ἀντιστρέφειν ἐθίζεσθαι χρὴ τοὺς λόγους· οὕτως γὰρ πρός τε τὸ λεγόμενον εὐπορώτερον ἕξομεν, καὶ ἐν ὀλίγοις πολλοὺς ἐξεπιστησόμεθα λόγους· τὸ γὰρ ἀντιστρέφειν ἐστὶ τὸ μεταλαβόντα τὸ συμπέρασμα μετὰ τῶν λοιπῶν ἐρωτημάτων ἀνελεῖν ἐν τῶν δοθέντων· ἀνάγκη γὰρ, εἰ τὸ συμπέρασμα μή ἐστι, μίαν τινὰ ἀναιρεῖσθαι τῶν προτάσεων, εἴπερ, πασῶν αὐτῶν τεθεισῶν, ἀνάγκη ἦν, τὸ συμπέρασμα εἶναι. 2 Πρὸς ἅπασάν τε θέσιν, καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως, τὸ ἐπιχείρημα σκεπτέον· καὶ εὑρόντα, τὴν λύσιν εὐθὺς ζητητέον· οὕτω γὰρ ἅμα συμβήσεται πρός τε τὸ ἐρωτᾶν, καὶ πρὸς τὸ ἀποκρίνεσθαι γεγυ-

CAP. XII.

De exercitatione dialectica.

Ad exercitationem autem & meditandas huiuſcemodi argumentationes primum aſſueſcendum eſt argumentationes convertere; ſic enim maior nobis ad id, de quo differitur, argumentorum copia ſuppetet, & in paucis multas argumentationes tenebimus; nam convertere eſt mutata in oppoſitam concluſione cum reliquis interrogationibus evertere aliquid eorum, quae data ſunt; neceſſe enim eſt, ſi concluſio non ſit, unam aliquam propoſitionem everti, ſiquidem, his omnibus poſitis, neceſſe erat, concluſionem eſſe. 2 Ad omnem vero theſin, utrum ea ſic, an non ſic ſe habeat, argumentatio ſpectanda eſt; & hac inventa, ſolutio ſtatim eſt quaerenda; ſic enim ſimul fiet, ut & ad interrogandum &

μνάσθαι· κἂν πρὸς μηδένα ἄλλον ἔχωμεν, καθ' αὐτούς· παραλλήλα τε ἐκλεκτέον πρὸς τὴν αὐτὴν θέσιν ἐπιχειρήματα· τοῦτο γὰρ πρός τε τὸ βιάζεσθαι πολλὴν εὐπορίαν ποιεῖ, καὶ πρὸς τὸ ἐλέγχειν μεγάλην ἔχει βοήθειαν, ὅταν εὐπορῇ τις, καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως· πρὸς τὰ ἐναντία γὰρ ἂν συμβαίνοι ποιεῖσθαι τὴν φυλακήν· πρός τε τὴν γνῶσιν καὶ τὴν κατὰ φιλοσοφίαν φρόνησιν τὸ δύνασθαι συνορᾶν καὶ συνεωρακέναι τὰ ἀφ' ἑκατέρας συμβαίνοντα τῆς ὑποθέσεως οὐ μικρὸν ὄργανον· λοιπὸν γάρ, τούτων ὀρθῶς ἐλέσθαι θάτερον. 3 Δεῖ δὲ πρὸς τὸ τοιοῦτον ὑπάρχειν εὐφυᾶ· καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ κατ' ἀλήθειαν εὐφυία τὸ δύνασθαι καλῶς ἐλέσθαι τἀληθές, καὶ φυγεῖν τὸ ψεῦδος· ὅπερ οἱ πεφυκότες εὖ δύνανται ποιεῖν εὖ· οἱ γὰρ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες τὸ προσφερόμενον εὐκρινοῦσι τὸ βέλτιστον. 4 Πρός τε τὰ πλειστάκις ἐμπίπτοντα τῶν προ-

ad respondendum exercitati simus; & si nemo alius sit, (*quocum disputemus*), per nosmet ipsos (*id faciendum est*); & alternatim eligenda sunt argumenta circa eandem thesin; nam hoc & ad urgendum magnam copiam parit, & ad redarguendum magnum affert adiumentum, si alicui suppetunt argumenta in utramque partem; fieri enim potest, ut a contrariis cavendum sit; ad cognitionem quoque & ad philosophicam prudentiam haud leve est instrumentum posse perspicere, & iam perspexisse, quid ex utraque hypothesi eveniat; nam reliquum erit, ut horum alterum recte eligatur. 3 Sed ad tale quid oportet esse naturâ bene informatum; atque haec re vera est bona indoles, posse recte eligere verum & declinare falsum; quod quidem bene a natura informati possunt recte peragere; nam qui (*recte*) diligunt & oderunt, quod proponitur, optimum recte diiudicant. 4 Etiam de pro-

βλημάτων ἐξεπίστασθαι δεῖ λόγους. 5 Καὶ μάλιστα περὶ τῶν πρώτων θέσεων· ἐν τούτοις γὰρ ἀποδυσπετοῦσιν οἱ ἀποκρινόμενοι πολλάκις. 6 Ἔτι τε, ὅρων εὐπορεῖν δεῖ, καὶ τῶν ἐνδόξων τε, καὶ τῶν πρώτων ἔχειν προχείρως· διὰ γὰρ τούτων οἱ συλλογισμοὶ γίνονται. 7 Πειρατέον δὲ καὶ, εἰς ἃ πλειστάκις ἐμπίπτουσιν οἱ διάλογοι, κατέχειν. 8 Ὥσπερ γὰρ ἐν γεωμετρίᾳ πρὸ ἔργου τὸ περὶ τὰ στοιχεῖα γεγυμνάσθαι· καὶ ἐν ἀριθμοῖς τὸ περὶ τοὺς κεφαλισμοὺς προχείρως ἔχειν, μέγα διαφέρει πρὸς τὸ καὶ τὸν ἄλλον ἀριθμὸν γινώσκειν πολλαπλασιούμενον· ὁμοίως καὶ ἐν τοῖς λόγοις τὸ πρόχειρον εἶναι περὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς προτάσεις ἀπὸ στόματος ἐξεπίστασθαι· καθάπερ γὰρ ἐν τῷ μνημονικῷ μόνον οἱ τόποι τεθέντες εὐθὺς ποιοῦσιν αὐτὰ μνημονεύειν· καὶ ταῦτα ποίησει συλλογι-

blematis, quae ſaepiſſime (*in diſputationem*) incidunt, argumentationes probe ſcire oportet. 5 Et maxime de primis theſibus; nam haec, (*quae vulgo recepta ſunt,*) reſpondentes ſaepe faſtidiunt. 6 Praeterea quoque definitionum copiam nos habere oportet, tam eorum, quae probabilia, quam, quae prima ſunt; ex his enim ſyllogiſmi conficiuntur. 7 Opera vero etiam danda eſt, ut teneamus, in quae ſaepiſſime diſputationes incidunt. 8 Nam ſicut in Geometria e re eſt, in elementis exercitatum eſſe; & in numeris ſumma capita in promtu habere multum confert ad cognoſcendum alium quoque numerum multiplicatum; ſimiliter etiam in diſputationibus (*utile eſt*) promtum eſſe in principiis, & propoſitiones memoriter tenere; quemadmodum enim loci memoriae tantum infixi ſtatim faciunt eadem meminiſſe; ita etiam illa efficient (*differentem*) magis ſyllogiſticum,

στικώτερον διὰ τὸ πρὸς ὡρισμένας αὐτὰς βλέπειν κατ' ἀριθμόν. 9 Πρότασίν τε κοινὴν, μᾶλλον ἢ λόγον, εἰς μνήμην θετέον· ἀρχῆς γὰρ καὶ ὑποθέσεως εὐπορῆσαι μετρίως χαλεπόν. 10 Ἔτι, τὸν ἕνα λόγον πολλοὺς ποιεῖν ἐθιστέον, ὡς ἀδηλότατα κρύπτοντας· εἴη δ' ἂν τὸ τοιοῦτον, εἴ τις ὅτι πλεῖστον ἀφισταίη τῆς συγγενείας, περὶ ὧν ὁ λόγος· ἔσονται δὲ δυνατοὶ τῶν λόγων οἱ μάλιστα καθόλου τοῦτο πάσχειν· οἷον, ὅτι οὐκ ἔστι μία πλειόνων ἐπιστήμη· οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν πρός τι, καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων, καὶ συστοίχων ἐστί. 11 Δεῖ δὲ καὶ τὰς ἀπομνημονεύσεις καθόλου ποιεῖσθαι τῶν λόγων, κἂν ᾖ διειλεγμένος ἐπὶ μέρους· οὕτω γὰρ καὶ πολλοὺς ἐξέσται τὸν ἕνα ποιεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ῥητορικοῖς ἐπὶ τῶν ἐνθυμημάτων· αὐτὸν δ' ὅτι μάλιστα φεύγειν ἐπὶ τὸ καθόλου φέρειν τοὺς συλλογισμούς.

quoniam ad ipsas (*propositiones*) secundum numerum definitas respicit. 9 Propositionem etiam communem, magis quam argumentationem, memoriae mandare oportet; nam principii & hypotheseos copiam habere, mediocriter difficile est. 10 Praeterea, ex una argumentatione multas facere assuescendum est, dum quam maxime occultamus. Fiet autem hoc, si quis quam longissime recedat a cognatione eorum, de quibus instituta est disputatio; poterunt autem illae argumentationes hoc ferre, quae sunt maxime universales; velut, non esse unam plurium (*rerum*) scientiam; hoc enim & in relatis, & in contrariis, & in coniugatis locum habet. 11 Oportet vero etiam commemorationes aliorum universales facere, licet particulariter (*aliquis*) tradiderit; sic enim ex una plures effici poterunt; similis quoque in rhetoricis enthymematum ratio est; ipsum autem (*differentem oportet*) quam maxime universale declinare in af-

12 Ἀεί τε δεῖ σκοπεῖν τοὺς λόγους, εἰ ἐπὶ κοινῶν διαλέγονται· πάντες γὰρ οἱ ἐν μέρει καὶ καθόλου διειλεγμένοι εἰσί· καὶ ἔνεστιν ἐν τῇ κατὰ μέρος ἡ τοῦ καθόλου ἀπόδειξις, διὰ τὸ μὴ εἶναι συλλογίσασθαι μηδὲν ἄνευ τοῦ καθόλου. 13 Τὴν δὲ γυμνασίαν ἀποδοτέον τῶν μὲν ἐπακτικῶν πρὸς νέον· τῶν δὲ συλλογιστικῶν πρὸς ἔμπειρον. 14 Πειρατέον δὲ λαμβάνειν παρὰ μὲν τῶν συλλογιστικῶν τὰς προτάσεις, παρὰ δὲ τῶν ἐπακτικῶν τὰς παραβολάς· ἐν τούτοις γὰρ ἑκάτεροι γεγυμνασμένοι εἰσίν. 15 Ὅλως δὲ ἐκ τοῦ γυμνάζεσθαι διαλεγόμενον πειρατέον ἀποφέρεσθαι ἢ συλλογισμὸν περί τινος, ἢ λύσιν, ἢ πρότασιν, ἢ ἔνστασιν· ἢ, εἰ ὀρθῶς τις ἤρετο, ἢ εἰ μὴ ὀρθῶς, ἢ αὐτὸς, ἢ ἕτερος, καὶ παρά τι ἑκάτερος. ἐκ τούτων γὰρ ἡ δύναμις· τὸ δὲ γυ-

ferendis ſyllogiſmis. 12 Ac ſemper conſiderare oportet, an argumentationes in communibus verſentur; omnes enim particulares (*argumentationes*) etiam in univerſali verſantur; & ineſt in probatione particulari ipſius univerſalis demonſtratio, quia nihil ſyllogiſmo concludi poteſt ſine univerſali. 13 Inſtituenda autem eſt exercitatio probationum per inductionem erga iuniores; ſyllogiſticarum vero erga peritos. 14 Tentandum vero eſt, ut accipiamus propoſitiones ab iis, qui apti ſunt ad ſyllogiſmos conficiendos; ab iis, qui per inductionem probare norunt, ſimilitudines; nam in his utrique ſunt exercitati. 15 Omnino autem ex dialectica exercitatione opera danda eſt ut auferamus aut ſyllogiſmum de aliqua re, aut ſolutionem, aut propoſitionem, aut inſtantiam, aut, (*ut notemus*,) rectene quiſpiam interrogaverit, an non recte, ſive ipſe, ſive alius, & circa quid uterque (*differens verſatus fuerit*). In his enim (*poſita eſt differendi*)

μνάζεσθαι δυνάμεως χάριν· καὶ μάλιστα περὶ τὰς προτάσεις, καὶ τὰς ἐνστάσεις· ἔστι γὰρ, (ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν,) διαλεκτικὸς ὁ προτατικὸς καὶ ἐνστατικός. ἔστι δὲ τὸ μὲν προτείνεσθαι ἓν ποιεῖν τὰ πλείω· δεῖ γὰρ ἐν ὅλῳ ληφθῆναι, πρὸς ὃ ὁ λόγος· τὸ δὲ ἐνίστασθαι τὸ ἓν πολλά· ἢ γὰρ διαιρεῖ, ἢ ἀναιρεῖ, τὸ μὲν διδοὺς, τὸ δ' οὐ τῶν προτεινομένων. 16 Οὐχ ἅπαντι δὲ διαλεκτέον, οὐδὲ πρὸς τὸν τυχόντα γυμναστέον· ἀνάγκη γὰρ, πρὸς ἐνίους φαύλους γίνεσθαι τοὺς λόγους. πρὸς γὰρ τὸν πάντως πειρώμενον φαίνεσθαι διαφεύγειν, δίκαιον μὲν πάντως πειρᾶσθαι συλλογίζεσθαι, οὐκ εὔσχημον δέ. διόπερ οὐ δεῖ συνεστᾶναι εὐχερῶς πρὸς τοὺς τυχόντας· ἀνάγκη γὰρ, πονηρολογίαν συμβαίνειν. καὶ γὰρ οἱ γυμναζόμενοι ἀδυνατοῦσιν ἀπέχεσθαι

facultas; exercitatio autem facultatis gratia (*inſtituitur*); & maxime circa propoſitiones & obiectiones; eſt enim is, (ut ſimpliciter dicam,) Dialecticus, qui eſt ad proponendum & obiiciendum aptus. Proponere autem eſt unum facere ex pluribus; nam oportet in toto ſumi id, ad quod argumentatio (*refertur*); obiicere vero eſt, unum ex multis facere; aut enim diſtinguit (*obiiciens*), aut refellit, partim concedens, partim negans ea, quae propoſita ſunt. 16 Non eſt autem cum quovis diſputandum, neque adverſus quemvis exercitatio inſtituenda; nam neceſſe eſt, adverſus nonnullos pravas fieri argumentationes. Etenim adverſus eum, qui omnino nititur, ut videatur effugere, licet quidem omnia conari, ut ſyllogiſmo concludatur, ſed non decet. Quare non oportet cum quibuſvis facile congredi; neceſſe enim eſt, pravam hinc diſputationem fieri. Nam etiam, qui ſe exercendi cauſa diſputant, nequeunt ſibi tempera-

τοῦ διαλέγεσθαι μὴ ἀγωνιστικῶς. 17 Δεῖ δὲ καὶ πεποιημένους ἔχειν λόγους πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν προβλημάτων, ἐν οἷς ἐλαχίστων εὐπορήσαντες πρὸς πλεῖστα χρησίμους ἕξομεν. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ καθόλου, καὶ πρὸς οὓς πορίζεσθαι χαλεπὸν ἐκ τῶν παρὰ πόδας.

ΤΕΛΟΣ

ΤΩΝ ΤΟΠΙΚΩΝ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.

re, quo minus differant contentioſe. 17 Oportet etiam paratas argumentationes habere adverſus eiuſmodi problemata, in quibus cum pauciſſimae (*argumentationes*) ſuppetant, illae adverſus plurima (*problemata*) utiles erunt. Hae vero ſunt (*argumentationes*) univerſales, & quas aſſumere ex rebus paſſim obviis difficile eſt.

ANIMADVERSIONES CRITICAE

AD

ARISTOTELIS TOPICA.

Ad Topicorum Lib. I.

CAP. I.

§. 2. Τί ἐστι συλλογισμὸς) Edd. Ald. & Camot. τίς ἐστι συλλογ. Male.

§. 3. Cf. Analyt. prior. I, 3. Ex hoc loco pro διὰ τῶν κειμένων Casaubonus in margine emendandum esse censuit: τῷ ταῦτα εἶναι. Non necesse est. Video tamen, τῷ ταῦτα εἶναι legisse quoque Alexandrum Aphrodisiensem Comment. pag. 6, lin. 16. At idem p. 9 interpretatur verba διὰ τῶν κειμένων. Num forte τῷ ταῦτα εἶναι exciderunt? Tum reponendum esset: τῷ ταῦτα εἶναι διὰ τῶν κειμένων.

§. 4. Ἀπόδειξις δέ ἐστιν) Cod. Guelph. Vatican. apud Accoramb. Alex. Aphrod. p. 10, edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. ἀπόδειξις μὲν οὖν ἐστιν. Nescio, an melius.

§. 8. Καὶ ὁ ἐξ ἐνδόξων [δὲ], ἢ φαινομένων ἐνδόξων) Uncinis haec, ut suspecta, secluси; abundant enim, & absunt quoque a textu ap. Alex. Aphrod. p. 12, & a Cod. Guelpherbytano. Δὲ, quod sensum turbat, Sylburgius iam & Casaub. uncis compescuerunt.

Καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ) Abest ὡς a MSS. Pacii.

§. 9. Καὶ τῶν ταύτης συγγενῶν) Sic legunt Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. Edd. Basil. Paris. Hild. Sylb. Casaub. ταύτῃ συγγενῶν.

Συμβέβηκεν ἔχειν) In aliis edd. legi συμβέβηκεν ὑπάρχειν, monuit Sylburgius.

Ἔοικε γὰρ) Edd. Bas. Paris. Sylb. Casaub. ἔοικε δέ· sed tuentur γὰρ Cod. Guelpherb. & edd. reliquae omnes.

Οὔτε γὰρ τὰ πᾶσι δοκοῦντα λ., οὔτε τὰ τ. π., οὔτε τὰ τ. σ.) Ed. Iſingr. poſt οὔτε omittit articulum τά.

Τὸν παραλογισμὸν ποιεῖται) In edd. Sylb. & Caſaubon. additur: ὁ ψευδογραφῶν, interpretationis cauſa.

§. 10. Τοσοῦτον ἡμῖν διορίσθω) Abeſt ἡμῖν a MSS. Pac.

Ὁπωσοῦν ἕκαστον αὐτῶν) In Cod. Camot. additur: καὶ εἰπεῖν τὸ χρήσιμον. Conf. ſupra §. 1.

CAP. II.

§. 3. Περὶ τοῦ προτεθέντος) Edd. Pac. Sylb. Caſaub. περὶ παντὸς τοῦ προτεθέντος. Sed non agnoſcunt παντὸς Cod. Guelpherb. verſiones Lat. Boëthii, veteris interpret. & ed. Lat. Venet. (1560, 8.) edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden. Igitur illud prorſus delevi.

§. 7. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐκ τῶν ἐνδεχομένων ποιεῖν, ἃ προαιρούμεθα) Uncinis circumdederunt haec verba Sylburgius & Caſaubonus, ſecuti Muretum Var. lect. lib. VI, cap. 8, qui ea non ab Ariſtotele ſcripta, ſed ab imperito quodam librario temere inſerta eſſe exiſtimavit; praeſertim cum nec vetus interpres Latinus, nec Alex. Aphrodiſ. ea legerint. Verum, an Alexander Aphrodiſ. verba illa non in Codice ſuo invenerit, dubitari poteſt; nam is interpres non ſingula textus Ariſtotelici verba, ut Ammonio, Simplicio, Io. Philopono, mos eſt, affert; deinde ignoro, quem veterem interpretem Latinum Muretus innuat; nam Boëthius, & vetus verſio Latina lectionem vulgatam tuentur, quam ceteroquin etiam Cod. Guelph. & edd. reliquae omnes habent. Omnino non cauſam perſpicio, cur verba illa Mureti ſuſpicionem moverint; quare uncos a Sylburgio adhibitos ſuſtuli.

Ὁ ἰατρικὸς) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. ὁ ἰατρός.

Μηδὲν παραλίπῃ) Sic melius legunt Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Edd. Iſingr. Pac. παραλείπῃ. Cf. ad hoc caput Ariſtot. Rhet. I, 1. Quinctilian. Inſtitutt. II, 18.

CAP. III.

§. 1. Εἰ δὴ λάβοιμεν) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. εἰ δέ.

§. 2. Ἐξ ὧν τε οἱ λόγοι, καὶ περὶ ὧν οἱ συλλογισμοί. γίνονται μὲν γὰρ οἱ λόγοι ἐκ τῶν προτάσεων· περὶ ὧν δὲ [γίνονται] οἱ συλλογισμοὶ, τὰ προβλήματά ἐστι) Interpo-

latum hunc locum putat Muretus l. l. & ita emendari iubet: καὶ περὶ ὧν (viz. οἱ λόγοι). γίνονται μὲν γὰρ ἐκ τῶν προτάσεων· περὶ ὧν δὲ τὰ προβλήματά ἐστι. Loqui plerumque tam concise Aristotelem, non negaverim; (vid. infra c. VII, c. X sub fin.) enimvero eum semper ita loqui oportere, non necesse est. Nihil igitur mutandum censeo. Durum quoque est supplere post καὶ περὶ ὧν ex antecedentibus οἱ λόγοι, & quidem eo sensu, ut λόγοι sint hic *syllogismi*, quibus paulo antea simpliciter *orationes* intelliguntur. Verbum γίνονται autem recte uncinis compescuere Sylburg. & Casaubonus; nam abest illud a Cod. Guelph. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Paris. Hilden.

§. 3. Ὑπολάβῃ λέγειν) Codd. q. Pac. ὑπολαμβάνῃ.

Ὅτι ἕκαστον) Ita habent Alex. Aphrodis. p. 23, & edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. At Cod. Guelpherb. & edd. reliquae: ὡς ἕκαστον.

§. 4. Γένος ἐστὶ) Abest ἐστὶ a MSS. Pac.

Καὶ πότερον τὸ ζῷον γένος ἐστὶν ἀνθρώπου, ἢ οὔ;) Non agnoscunt haec Cod. Guelpherb. Boëthius, ver. interp. Lat. edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. Inseruit ea ex marg. ed. Isingr. Pacius, qui etiam in MSS. suis invenit κ. π. τ. ζ. γ. ἐ. ἢ οὔ, omisso ἀνθρώπου. Uncis ea equidem circumscripsi.

Μεταβάλλων τῷ τρόπῳ) Ita legunt Alex. Aphrodis. l. l. Cod. Guelpherb. edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. τὸν τρόπον.

CAP. IV.

§. 3. Ὀνόματι τὴν ἀπόδοσιν) Cod. Camot. ὀνοματικὴν ἀπόδοσιν, haud dubie scripturae vitio.

§. 4. Πότερον ταὐτὸν αἴσθησις) Edd. Pac. Sylb. Casaub. post ταὐτὸν habent ἐστίν. Eieci hoc e textu, cum absit illud a Cod. Guelpherb. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Basil. Paris. Hilden.

Τοιαῦτά ἐστι) Abest ἐστι a Cod. Guelpherb. quare uncinis illud secluси.

Δῆλον ἐξ αὐτῶν) Codd. q. Pac. δῆλον δι' αὐτῶν.

§. 5. Ἴδιον ἀνθρώπου) Edd. Sylb. Casaub. ἰδίου [κατ'] ἀνθρώπου. Cod. Guelpherb. ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου.

Οὐδεὶς γὰρ ἴδιον λέγει) Codd. q. Pac. οὐδὲν γάρ.

Εἰ δ' ἄρα τι) In marg. ed. Isingr. εἰ γάρ.

Τὸ μὲν γὰρ ἐκ δεξιῶν εἶναι) Codd. q. Pac. ἐκ δεξιᾶς.

Καὶ ἄλλῳ ὑπάρχειν) Abeſt καὶ a Cod. Guelpherb. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden.

Εἴ τι καθεύδει) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. additum habent ἄλλο, quod tamen recte Pacius textu eliminavit, cum non agnoſcant illud MSS. Pac. Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr.

§. 6. Conf. Porphyr. Iſag. cap. II.

Τοιαῦτα λεγέσθω) Cod. Guelpherb. edd. Baſil. Pariſ. Hilden. τὰ τοιαῦτα. Sylburg. & Caſaub. articulum uncinis incluſerunt. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. ταῦτα λεγ. Equidem Pacium ſecutus ſum, qui articulum omiſit.

Ὅσα ἁρμόττει ἐρωτηθέντα) Sic reſtitui auctoritate Cod. Guelpherb. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Boëthius & vetus interpres vertunt: *quemadmodum convenit* eum, qui interrogatus eſt, *reſpondere*. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. ἐρωτηθέντας. Ita quoque in verbis ſequentibus ſingularem numerum ἐρωτηθέντα repoſui.

§. 7. Γένει αλλο ἄλλῳ) Abeſt ἄλλο ab edd. Baſil. & Pariſ.

Τοῦ δὲ ἑτέρου, ὅτι οὐκ ἔστι) Codd. q. Pac. poſt ἑτέρου ex antecedentibus repetunt δείξωμεν.

§. 8. Καὶ ὃ ἐνδέχεται) In marg. ed. Iſingr. ἢ ὅ.

§. 11. Τότε ποτὲ) Abeſt τότε a MSS. Pacii.

§. 12. Τὰ πρὸς τὸ ἴδιον — λεγόμενα) Recte monuit Muretus Var. lectt. VII, 9, πρὸς hoc loco ſignificare *adverſus*, non *ad*, ut vulgo interpretantur.

§. 13. Τοῦ προκειμένου) In marg. ed. Iſingrin. τῶν προκειμένων.

§. 14. Προσαγορεύοντας αὐτὰ) Ita dedit Pacius. Tuetur αὐτὰ quoque Cod. Guelpherb. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. ταῦτα. Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaubon. ταὐτά.

CAP. V.

§. 1. Confer Categor. cap. V. Analyt. poſt. I, 5, 5. Metaphyſ. IV, 6.

§. 2. Εἰώθαμεν προσαγορεύειν) Codd. q. Pac. εἰώθαμεν τύπῳ διαλαβεῖν.

§. 4. Ὕδωρ οὐδενὶ ἄλλῳ) Poſt ὕδωρ edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaubon. inſerta habent: ταὐτὸν λεγόμενον. Textu ea iam eiecit Pacius. Recte. Nam male repetita ſunt ex antecedentibus a librario quodam.

Ἀπὸ τῶν) Non agnoſcunt ἀπὸ Cod. Guelpherb. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden.

§. 8. Ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος) Sic habent Cod. Guelph. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Boëthius & vetus interpres Latinus vertunt: *tertium vero, cum ab accidente.* Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pluraliter: ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων. Minus bene.

Τὴν πρόσταξιν ποιοῦμεν) Cod. Guelpherb. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ποιούμεθα. Melius forſitan.

CAP. VI.

§. 2. Καὶ εἰ μὲν ἀντικατηγορεῖται) Edd. Sylb. & Caſaub. addunt: τοῦ πράγματος, interpretationis cauſa.

Τῷ ὁρισμῷ λεγομένων) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. addunt ἐστὶν, quod autem non agnoſcunt Cod. Guelpherb. & edd. reliquae.

Μήτε ἴδιόν ἐστι) Abeſt ἐστι iterum a Cod. Guelpherb. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden.

CAP. VII.

§. 1. Τέτταρες διαφοραὶ) Tuentur διαφοραὶ MSS. Pacii, Cod. Vatic. apud Accoramb. Cod. Guelpherb. Boëthius, vetus interpres Latinus, & edd. omnes. Alexander Aphrodiſ. p. 35 διαφοραὶ non in Cod. ſuo legit, ſed alia, quae textus vulgatus non habet. Sunt eius verba haec: τέσσαρες διαφοραὶ τῶν προβλημάτων τε καὶ προτάσεων. Τὸ δὲ, ἐν αἷς ὑπάρχουσιν αἱ ῥηθεῖσαι τέσσαρες, ἐλλειπῶς εἶπε (Ariſtoteles). Λείπει γὰρ τὸ, διαφοραὶ τῶν προβλημάτων τε καὶ προτάσεων. Petrus quoque Victorius Var. lectt. XVIII, 18, verbum διαφοραὶ a Codd. ſuis abeſſe, monuit, nec putavit idem, hoc verbum eſſe ſupplendum, verum ex proximo repetendum κατηγορίαι. Utram autem lectionem admittas, res eodem recidit. Nam quatuor illa (genus, proprium, cet.) poſſunt vocari differentiae, quia per ea diſtinguuntur propoſitiones & problemata; poſſunt etiam appellari categoriae, quia conſiderantur, ut attributa, quae de ſuis ſubiectis dicuntur. Vide Pacii Comment. Analyt. pag. 357.

§. 2. Αἱ ἀπὸ τούτων) In marg. ed. Iſingr. αἱ διὰ τούτων.

§. 3. Λευκὸν εἶναι ἢ χρῶμα) Abeſt ἢ ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr.

Λέγει, καὶ ποιὸν) Codd. q. Pac. ἐρεῖ pro λέγει.

Λέγει, καὶ ποσὸν) Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ἐρεῖ.

Περὶ τούτου) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. περὶ αὐτοῦ.

§. 4. Πῶς δὲ λη̃ψόμεθα) Edd. Sylb. & Caſaub. addunt: τὰς προτάσεις, gloſſae loco. Sequens καὶ Cod. Guelph. omiſit.

CAP. VIII.

§. 4. Εἰ γὰρ ἔνδοξον εἴη) Abeſt εἴη ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden.

§. 5. Ἔνδοξα φανεῖται εἶναι) Codd. q. Pac. φαίνεται. Abeſt εἶναι a Cod. Guelpherb. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylburg. & Caſaub. uncinos adhibuerunt.

Κατὰ αντίφασιν δὲ, ὅτι οὐ κακῶς ποιεῖν) Poſt ὅτι οὐ inſerunt δεῖ Cod. Guelpherb edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub.

§. 6. Καὶ τοὺς ἐχθροὺς) Non habent καὶ edd. Baſil. Pariſ. Hilden.

CAP. IX.

§. 2. Ἡ ἡδονὴ ἀγαθὸν) Cod. Guelph. & marg. ed. Iſingr. αἱρετόν. Boëthius & vetus interpres Latinus: *utrum voluptas* ſit eligenda, *an non?* Equidem αἱρετὸν malim.

§. 3. Καὶ ὧν ἐναντίοι εἰσὶν οἱ συλλογισμοὶ) Codd. q. Pac. καὶ ὧν εἰσιν ἐναντίαι ὑπολήψεις. Cod. Guelpherb. κ. ὧν εἰσιν ἐναντ. συλλογισμοὶ, mutato paululum verborum ordine. Cf. ad hanc § Alexand. Aphrodiſ. p. 43.

§. 5. De *Antiſthenis* placito, *non poſſe contradici*, amplius non conſtat. *Heracliti* ſententiam expoſitam vide ab Ariſtot. de Anim. I, 2. Conf. Sext. Empir. adv. Mathem. VII, ſ. 126. Brucker. hiſt. crit. philoſ. T. I, p. 1212. De *Meliſſo* v. commentationem meam: *Hiſtoria Pantheiſmi inde a Xenophane uſque ad Spinozam*, in Commentatt. Soc. ſcient. Gotting. a. 1790.

§. 6. Λόγον ἔχομεν ἐναντίον) Edd. Iſingr. & Pac. ἐναντίων. Minus bene.

§. 7. Ὅτι δέ ἐστι καὶ ἡ θέσις πρόβλημα, δῆλον) Locus vix ſanus eſt; ſaltem verba tranſpoſita ſunt; nihil tamen in vulgata lectione corrigere auſus ſum. Cod. Guelpherb. ὅτι δέ ἐστι πρόβλημα καὶ ἡ θέσις, δ. Hoc equidem praetulerim. In marg. ed. Iſingr. ὅτι δέ ἐστι τὶ πρόβλημα καὶ ἡ θέσις, δῆλον.

§. 8. Πάντα τὰ διαλεκτικὰ προβλήματα) Retinui vulgatum, ut Aristoteli solemnius, & tuentur idem Cod. Guelpherb. edd. Basil. Paris. Pac. Hilden. Sylb. Casaub. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. πάντα τὰ τῆς διαλεκτικῆς προβλήματα.

Τυγχάνουσιν οὖσαι) In ed. Isingr. οὖσαι excidit.

CAP. X.

§. 5. Ἡ μὲν ἐπαγωγὴ πιθανώτερον καὶ σαφέστερον, καὶ κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωριμώτερον, καὶ τοῖς πολλοῖς κοινὸν) Servavi lectionem Pacianam, quam & marg. ed. Isingr. & Cod. Guelph. habent. In ed. Duvall. verba καὶ σαφ. — καὶ τοῖς πολλοῖς operarum incuria omissa sunt. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. πιθανώτερα καὶ σαφέστερα, κ. κ. τ. α. γνωριμώτερα, κ. τ. π. κοινόν. Sed vix tibi persuadeas, hanc faciliorem lectionem a librario quodam in difficiliorem illam mutatam fuisse, inprimis cum sequatur: καὶ τοῖς πολλοῖς κοινὸν, genere neutro.

Ὁ δὲ συλλογισμὸς βιαστικώτερον) Ita reposui auctoritate Cod. Guelpherb. Vulgo: βιαστικώτερος. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. & Cod. Cam. δραστικώτερος. At vetus quoque interpres Latinus vertit: *syllogismus autem* violentior *est*. In subsequentibus iterum ἐνεργέστερον scripsi pro ἐνεργέστερος ex Cod. Guelpherb.

CAP. XI.

§. 1. Τῶν συλλογισμῶν ἐστι τέτταρα) Pacius post συλλογισμῶν inseruit καὶ τῶν ἐπαγωγῶν, quae a me deleta sunt, cum non legantur in Cod. Guelph. nec apud Boëthium & veterem interpretem Latinum, nec in edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Basil. Paris. Hilden. Iam Sylb. & Casaub. uncinos adhibuere.

Τὸ προτάσεις λαβεῖν) In edd. Pac. Sylb. & Casaub. τὸ τὰς προτ. λαβ. Verum abest articulus a Cod. Guelpherb. & ab edd. reliquis.

§. 2. Τὴν μὲν ἀποβαλόντι) In marg. ed. Isingr. τὴν μὲν ἀποβαλόντα.

Ἀπὸ τοῦ πολλαχῶς λεγομένου) Codd. q. Pac. singulariter: ἀπὸ τοῦ πολλαχῶς λεγομένου. Idem legisse videtur vetus interpres Latinus.

CAP. XII.

§. 1. Περὶ προτάσεως) Codd. q. Pac. περὶ προτάσεων, ut infra §. 9.

Τῶν γνωριμωτάτων· ἢ καὶ τὰς ἐναντίας ταῖς φαινομέναις, [καὶ ὅσαι δόξαι κατὰ [τὴν] τέχνην εἰσί. δεῖ δὲ προτείνειν τὰς ἐναντίας ταῖς φαινομέναις] κατὰ ἀντίφασιν) Hic locus corruptus, & in Codd. varie turbatus est. Vulgatam lectionem iam ante oculos habuit Alex. Aphrodis. p. 49, ut ex eius interpretatione apparet; nam singula verba non attulit. Uncis a me inclusa interpolationis suspicionem incurrere, nemo facile negabit; desunt illa quoque in Cod. Guelpherbytano, & in edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Codex post ταῖς φαινομέναις addit ἐνδόξαις. quod edd. modo laudatae non agnoscunt. In verbis κατὰ τὴν τέχνην abest τὴν ab edd. Basil. Paris. Hild. Eaedem autem post προτείνειν inserunt καὶ, quod Pacius delevit. Codd. q. Pac. post τῶν γνωριμωτάτων statim subiungunt, quae in sequentis membri posteriori commate leguntur: καὶ ὅσαι δόξαι κατὰ τέχνην εἰσί. Boëthius & vetus interpres Latinus vulgatum expressérunt.

§. 2. Τὸ ποιεῖν αὐτὰς) Codd. q. Pac. τ. π. αὐτοὺς, nescio an melius. Cf. ad hanc paragraphum Aristot. de sensu & sensil. cap. II. Macrob. Saturnal. VII. 14. Gellii Noct. Att. V, 16. Lactant. de opif. Dei cap. VIII.

Οἷον, φιλότιμος, ὁ ποίας καὶ ὁ πόσης ὀρεγόμενος τιμῆς) Diu incertus haeſi, quonam modo hoc commation legendum ſit. Uti dedi, ita accurate exaratum habet Cod. Guelpherb. Boëthius non aliter verba diſtinxiſſe videtur. Vertit enim: *Ut, ambitioſus, & qualis & quanti appetens eſt honoris.* Eandem verborum diſtinctionem receperunt quoque edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. Cf. Alexandri Aphrodiſ. Comment. p. 226. Sequitur

etiam apud ipſum Ariſtotelem ſtatim: ἢ ἀκρατὴς, ὁ περὶ ποίας ἡδονάς. Edd. Iſingrin. Pac. & Duvall. habent: οἷον, φιλότιμος, ὁποίας καὶ ὁπόσης ὀρεγόμενος τιμῆς.

Πάντες γὰρ ὀρέγονται τιμῆς) Incluſa haec in textu abſunt a MSS. Pac. Tuentur autem ea Boëthius, vetus interpres Latinus, & edd.

Ὑφ' εἱαστοτοῦν ἡδονῆς) Ita repoſui ex edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Cod. Guelpherb. ὑπὸ οἱασοῦν, in quo latet noſtra lectio. Edd. Iſingr. Pac. & Duvall. ὑφ' ὁποιασοῦν.

Σκιὰν γῆς) Margo ed. Iſingr. addit: τοῦ ἡλίου ὑπὸ γῆν ὄντος, apertum gloſſema.

Καὶ ποιου, καὶ ποῦ) Abeſt καὶ ποῦ a MSS. Pacii. Cum tamen illud non niſi aegre abeſſe poſſit, uncinos a Sylburgio applicatos ſuſtuli.

Ἀπολείπων γὰρ) Cod. Guelpherb. ἀπολιπὼν γάρ.

Σεισμὸς ἔσται — πνεῦμα ἔσται) Cod. Guelph. utrobique: σεισμὸς ἐστιν — πνεῦμά ἐστιν. Edd. Ald. Camot. Iunt. poſterius ἐστιν omittunt, quod Iſingr. addidit. Edd. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. σεισμὸς ἔσται — ἔσται πνεῦμα. Equidem Pacium ſecutus ſum, incluſo poſteriori ἔσται, quod mihi a librario male ſedulo adiectum videtur.

§. 5. Ὥστ' οὐκ ἀναγκαῖον, ἀγαθὸν, ἢ ἡδὺ εἶναι) Abſunt haec a MSS. Pacii; quare uncinos adhibui. Agnoſcunt tamen ea Boëthius, vetus interpres Latinus, Cod. Guelph. & edd. omnes.

§. 6. Φαινομένου οὐδενὸς) Non habent οὐδενὸς MSS. Pac.

Οἷον, αὐτοεπιθυμία αὐτοηδέος· καὶ αὐτοβούλησις αὐτοαγαθοῦ. φαινομένου δὲ ἀγαθοῦ οὐκ ἔσται αὐτοβούλησις· οὐδὲ φαινομένου ἡδέος αὐτοεπιθυμία) Locus hic variis interpolationibus in Codd. & edd. obſitus & turbatus eſt. Dedi lectionem in editionibus Pacii ſerioribus receptam. Expreſſerunt eam Boëthius, & vetus interpres Latinus. Hic quidem vertit: *apparentis* (vitioſe legitur: *appetentis*) *autem* per ſe boni *non erit per ſe voluntas, neque* apparentis delectabilis *per ſe concupiſcentia; inconveniens enim, bonum vel delectabile eſſe apparens.* Fortaſſe legit interpres in Cod. ſuo: φαινομένου δὲ αὐτοαγαθοῦ. Puto tamen, erraſſe eum, aut in eius Codice *librarii peccato* exaratum fuiſſe αὐτοαγαθοῦ, cum ille in ſequenti membro ſimpliciter verterit *apparentis delectabilis*, ergo non legerit itidem φαινομένου αὐτοηδέος, quod tamen legi debuiſſet, ſi in priori membro,

cui alterum respondet, positum esset φαινομένου δὲ αὐτοεπιθυμία ἀγαθοῦ. Edd. Ald. Camot. Iunt. οὐκ ἔσται οὖν φαινομένου ἀγαθοῦ αὐτεβούλησις· οὐδὲ φαινομένου ἡδέος αὐτοεπιθυμία· οὐκ ἔστιν οὖν φαινομένου ἀγαθοῦ, οὐδὲ φαινομένου ἡδέος. Edd. Isingr. Pac. pr. & Cod. Guelpherb. nostram lectionem tuentur, praeterquam quod post αὐτοεπιθυμία insertum habent: οὐκ ἔστιν (Cod. Guelph. οὐκ ἔσται) οὖν φαινομένου ἀγαθοῦ, οὐδὲ φαινομένου ἡδέος. In margine notavit Pacius, ea, quae nos in textu exhibuimus, in MSS. suis plane desiderari, quorum loco commatia modo allata legantur. Hildenius quoque lectionem ad MSS. Pacianorum fidem constituit. Edd. Basil. Paris. Sylb. Casaub. lectionem Aldinam retinuerunt, omissis tamen verbis: οὐκ ἔστιν οὖν φαινομένου ἀγαθοῦ, οὐδὲ φαινομένου ἡδέος.

CAP. IX.

§. 3. Εἰ γὰρ τὸ διπλάσιον τὺ ἐν ἴσῳ ὑπερέχον· ἥμισυ τὸ ἐν ἴσῳ ὑπερεχόμενον) In Cod. Guelpherb. locus sic legitur: εἰ γὰρ διπλάσιον τὸ ἴσῳ ὑπερέχον· ἥμισυ τὸ ἴσῳ ὑπερεχόμενον. Melius. Igitur in textu verba, quae Cod. non agnoscit, uncinis secluси.

§. 4. Μηδέτερον ἐναντίον τῷ ἐξ ἀρχῆς) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. post ἐναντίον addunt ἐστί. Ceterum verba haec, ἐνάντίον τῷ ἐξ ἀρχῆς ῥηθέντι· δῆλον, ὅτι οὐδέτερος ἂν — in Cod. Guelph. librarii incuria exciderunt.

Ὁ ἐξ ἀρχῆς ἀποδοθεὶς ὀρθῶς ἀποδέδοται) Sic Cod. Guelpherbyt. & edd. Pacii seriores. Pro ἀποδέδοται edd. Ald. Camot. Iunt. Pac. pr. Isingrin. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ἀποδίδοται. Minus apte. Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. post ἀποδοθεὶς insertum quoque habent λόγος, ex interpolatione satis manifesta.

§. 5. Δῆλον, ὅτι) Cod. Guelpherb. δῆλον, ὡς.

Οὐ γὰρ ἐνδέχεται ἑκάτερον δι' ἑκατέρου γνωρίζεσθαι) Ita restitui, iubente sensu, & auctoritate Codd. Camot. Guelpherb. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. Vetus interpres Latinus: *non enim contingit, alterum per alterum cognosci.* Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. Duvall. συμβαίνοι γὰρ ἂν ἑ. δ. ἕ. γ.

Ἐπισκεπτέον οὖν ἐν) Cod. Guelpherb. ἐπισκ. δ' ἐν.

Τὸ ἐναντίον ἀνισότητι) Abest τὸ a Cod. Guelph. Sic in praecedentibus τὴν ἰσότητα εἶναι, non agnoscunt εἶναι edd. Basil. Paris. Hilden. quamobrem uncinos applicavi.

§. 6. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἀνισότης οὐδὲν διαφέρει, καὶ ἡ στέρησις ἰσότητος) Recepi in textum lectionem iam in marg. ed. Iſingr. propoſitam, & Cod. etiam Guelpherbytani fide ſuffultam. Vetus interpres Latinus: *namque inaequalitas nihil differt & privatio aequalitatis.* Vulgo: ἐπεὶ γὰρ ἀνισότητα οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν, ἢ στέρησιν ἰσότητος. Quam lectionem ſi cum noſtra conferas, apparet, hanc eſſe Ariſtotelicam, illam interpretem ſapere, quicunque is tandem fuerit.

Ἔσται ἡ ἰσότης) Abeſt articulus ἡ a Cod. Guelpherb.

§. 7. Δῆλον, ὅτι κακὸν) Cod. Guelpherb. δῆλον γὰρ, ὅτι καὶ κακόν.

Ἔσται ἀγαθὸν) Ibidem: ἔσται οὖν ἀγαθόν.

§. 8. Μὴ ἀπέδωκεν) Ibidem: μὴ ἀποδέδωκεν.

Ἔστι στέρησις) Ibidem cum articulo: ἔστι ἡ στέρησις.

Ὅτι οὐκ ἐν τῷ λογιστικῷ, ἀλλ' ἐν ἀνθρώπῳ, ἢ ψυχῇ) In marg. ed. Iſingr. & in Cod. Guelpherb. ὅτι ἐν τῷ λογιστικῷ, ἀλλ' οὐκ ἐν (Cod. τῷ) ἀνθρώπῳ. Ed. Duvall. ἐν τῷ λογικῷ, fortaſſe operarum peccato, nam edd. Pac. λογιστικῷ tuentur.

Ἐν ὀφθαλμῷ εἶπε· δεῖ γὰρ) Peſſime apud Duvallium legitur: ἐν ὀφθαλμῷ. εἶπε γὰρ — omiſſo δει, operarum ſocordia.

§. 9. Φαμὲν ἀγνοεῖν) Codd. q. Pac. λέγομεν ἀγνοεῖν.

CAP. X.

§. 2. Ὡς Πλάτων ὁρίζεται) Conf. Alexandr. Aphrodiſ. Comment. p. 228. Reſpexit haud dubie Ariſtoteles ad Platonis loca in Timaeo obvia, ubi de creatione hominis, *animalis mortalis*, & reliquorum animalium mortalium ſermo eſt.

Ἁπλῶς δ' οἷς) Cod. Guelpherbyt. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ἁπλῶς δ' ἐν οἷς.

Τοῖς λέγουσιν ἰδέας) Incluſa haec in textu abſunt a MSS. Pacii. Tuentur tamen ea Cod. Guelpherb. Boëthius, vetus interpres Latinus, & edd. omnes.

§. 3. Εἰ τῶν κ. ὁ. λ. ἕνα λόγον) Edd. Iſingr. & Pac. cum Duvall. ἐπὶ τῶν κ. ὁ. λ. εἰ ἕνα λόγον. Quod equidem dedi, habet etiam Cod. Guelpherb.

Ἁπάντων ἀπέδωκε) Cod. Guelph. & aliae edd. πάντων.

Ὁ ἀποδοθεὶς ὅρος) Codd. q. Pac. λόγος pro ὅρος.

§. 4. Ὁ Διονυσίου τῆς ζωῆς ὅρος) Intelligitur Dionyſius Grammaticus, Platonis magiſter, cuius ipſe Plato in *Ama-*

toribus meminit; & qui forsitan idem cum eo est, quem philosophiae Heracliteae interpretem veteres passim laudant. Plura de eo vide in Menagii Obss. ad Diog. Laërt. III, 4, & IX, 15; Vol. II, p. 136, 398.

Κίνησις γένους) Codd. q. Pac. κίνησις γένος. Perperam.

§. 5. Λαθεῖν μὴ ἴδιον) Ibidem: λαβεῖν.

§. 6. Οὐχ ὡρίσθαι) Cod. Guelpherb. οὐκ εὖ ὡρίσθαι.

Δεῖ γὰρ ἐπὶ πᾶν) Edd. Ald. Camot. Iunt. δεῖ γὰρ ἐπὶ παντός.

§. 7. Ἢ ὁπότερον ἂν ᾖ) Abest disiunctiva ἢ a Cod. Guelpherbyt.

Ἂν δὲ) Edd. Basil. Paris. Hild. Sylb. Casaub. ἐὰν δέ.

Ἔσονται ὁρισμοὶ τοῖς λοιποῖς) Codd. q. Pac. τῶν λοιπῶν. Cod. Guelpherb. ἔσονται οἱ ὁρισμοὶ τῶν λοιπῶν.

CAP. XI.

§. 1. Ἀποδοθῇ ὁ ὅρος) Non habent articulum ὁ edd. Ald. Camot. Iunt.

Ἐπιπροσθεῖ τοῖς πέρασιν — ἐπιπροσθεῖ τ. π.) Utrobique Cod. Guelpherb. ἐπιπροσθῇ. Nescio an melius.

§. 2. Καὶ ῥήματα) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Basil. Paris. Pac. pr. Hilden. Sylb. Casaub. καὶ τὰ ῥήματα. Verum respuunt articulum Codd. Pac. Cod. Guelph. & edd. Pacii seriores cum Duvall.

Μεταλλαγὴν γίνεσθαι) Codd. q. Pac. γενέσθαι. Minus bene.

Οὐχ ὁρισάμενος εἴη) Ita edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. In marg. ed. Isingr. & in Cod. Guelpherb. negativa οὐκ omissa est. Male. Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. οὐχ ὁρισάμενος ἂν εἴη. Cum utrumque & οὐχ & ἂν uncinis incluserit Sylburgius, equidem prius illis liberavi, & posterius plane non in textum admisi.

Ἀντὶ λωπίου) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ἀντὶ τοῦ λωπίου.

§. 4. Εἰ μὴ ταὐτὸν) Cod. Guelpherb. εἰ οὐ ταὐτόν.

§. 5. Τῶν ὀνομάτων μετάληψιν) Ibidem: τῶν ὀ. τὴν μ.

Κοινότερον γὰρ) Absunt haec a MSS. Pacii.

§. 6. Τοῦ γένους γνώριμος) Codd. q. Pac. γνώριμον.

CAP. XII.

§. 1. Ὅταν περιττὸν ἀριθμὸν) Cod. Guelpherbyt. & edd. omnes praeter Isingr. & Pac. cum articulo: ὅταν τὸν π. ἀρ.

Ὥστε ἢ ἐπιτίμησις) Codd. q. Pac. nec non edd. nonnullae ὥστε ἡ ἐ. Male.

§. 3. Ὁ λόγος ἔψευσται) Abeſt ὁ λόγος a Codd. q. Pac. quare Sylburgius uncinos adhibuit. Pro ἔψευσται Cod. Guelpherb. legit ψεύδεται.

§. 4. Ἕκαστον ἂν αὐτῶν) In marg. ed. Iſingr. τῶν pro αὐτῶν. Melius forte.

Ὀρθῶς ἂν εἴη ἀποδιδοὺς, εἴπερ ὁ κατὰ συμβεβηκὸς ἀποδιδοὺς ὀρθῶς ἀποδίδωσιν) Ita dedi e Cod. Guelph. Edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ὀρθῶς ἂν εἴη ἀποδούς. Edd. Iſingrin. Pacc. Duvall. ὀρθῶς ἂν εἴη ἀποδοὺς — κατὰ συμβεβηκὸς ἀποδούς. Articulum ὁ ante πρὸς ὀπ. uncinis ſeclusi, cum illum non agnoſcant Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt.

§. 5. Ἡ ἰατρικὴ) Cod. Guelpherb. articulum ἡ omiſit. Idem ſequentia mutato paululum verborum ordine ſic legit: οὐ γὰρ μόνον ἰατρικὴ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν αἱ πολλαὶ πρὸς ὃν λέγονται. ὥστε ἑκάστη ἐπιστήμη ὄντος ἔσται. δῆλον οὖν, ὅτι οὗτος οὐδεμιᾶς ἐστιν ἐπιστήμης ὁρισμός· ἴδιον γὰρ καὶ οὐ κοινὸν τὸν ὁρισμὸν δεῖ εἶναι.

§. 6. Τὸ πρᾶγμα εὖ ἔχον) Abeſt πρᾶγμα a Cod. Guelph. Τοιοῦτος δὲ καὶ) Idem non habet καί.

Καὶ τοῦ κλέπτου) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. cum repetito articulo: καὶ ὁ τοῦ κλ.

Καὶ μηδὲν παραλιπεῖν) Sic legunt Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. & Pac. pr. Vetus interpres Latinus: *& nihil praetermittere.* Edd. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. καὶ μηδὲν παραλιπών. Edd. Pac. ſeriores & Duvall. καὶ μ. παραλείπων. Minus apte.

Τοιοῦτος ὢν ἀγαθὸς ἑκάτερος) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ἀγαθὸς expunxerunt, & utique hoc ex ſequentibus per interpolationem intruſum eſt. Vetus quoque interpres Latinus: *cum talis ſit uterque.* Tuetur tamen ἀγαθὸς Cod. Guelpherb. quamobrem uncinis applicandis me continui.

Ὁ δὲ ἀγαθὸς κλέπτης ἔσται) Cod. Guelpherb. ὁ δὲ κλέπτης ἔσται ἀγαθός.

Λάθρα λαμβάνειν) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. λαβεῖν. In ſerioribus edd. Pacius λαμβάνειν repoſuit, quod etiam Cod. Guelpherb. & edd. reliquae habent.

§. 7. Ἀποδέδωκεν) Cod. Guelpherb. ἀπέδωκεν.

Οἷον, τὴν δικαιοσύνην) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. οἷον, ὃ τὴν δ.

Τῶν δ' ἄλλο αἱρετῶν) Adduntur his in MSS. Pac. & in edd. Sylb. & Casaub. uncinis secluſa: ἡ δὲ δικαιοσύνη καὶ ἡ σοφία καὶ δι' ἑαυτὰ αἱρετά. At manifeſto haec interpolationi debentur.

Ὁ οὕτως διορισάμενος) Cod. Guelph. ὃ οὕτως ὁρισάμενος.

Ἕκαστον γὰρ) Edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ἑκάστῳ γάρ. Sed ἑκάστου agnoſcit quoque Cod. Guelpherb.

Εἶναι αἱρετὸν) Cod. Guelpherb. αἱρετὸν εἶναι. Abeſt εἶναι ab edd. Basil. Paris. Hilden.

CAP. XIII.

§. 2. Εἰ ἑκάτερος ἑτέρου ἔχει) Cod. Guelph. ἐὰν ἑκάτερος ἑτέρου ἔχῃ. Melius forte. Edd. Basil. Paris. Hilden. εἰ ἑκάτερον ἑτέρου ἔχει, neutro genere.

§. 3. Ἀμφότεροι γὰρ) Cod. Guelph. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ἀμφω γάρ. Edd. Ald. Camot. Iunt. ἀμφότερα γάρ· id quidem male.

§. 5. Ἐπ' οἰκίας) Male apud Duvallium: ἐπ' οἰκείας.

§. 6. Μηδὲν ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι) Edd. Basil. Paris. Hild. Sylb. Casaub. μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἓν γίνεσθαι. Satis tamen pater, ἓν per interpolationem in textum migraſſe, quare Sylburgius iam & Casaubonus uncinis illud compeſcuere.

§. 7. Ἐν ἑνί τινι τῷ πρώτῳ πέφυκε γίνεσθαι) Cod. Guelpherb. mutato verborum ordine: ἐν ἑ. τ. π. γ. τ. π.

Ἐν ἑκατέρῳ. ὅλον γὰρ) Ibidem: ἐν ἑκατέρῳ· ὅλον, omiſſo γὰρ, ita ut ὅλον ſit initium apodoſeos.

Τὸ ὅλον πρώτῳ) Ibidem: τὸ ὅλον τῷ πρώτῳ.

§. 8. Ἐν ἑνὶ τῷ πρώτῳ) Ibidem: ἐν ἑνί τινι πρώτῳ.

Ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ τὰ μέρη, καὶ ἐν ἑτέρῳ τὸ ὅλον) Cod. Guelpherb. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. alio verborum ordine: ἀλλ' ἐν ἑτ. τὸ ὅλον, καὶ ἐν ἑτέρῳ τὰ μέρη.

§. 10. Τὰ δὲ μέρη μηδέτερα) Num forte legendum ſit: μηδέτερον;

Ἐκ μηδετέρου ἀγαθόν τι, ἢ κακὸν, γενέσθαι δυνατὸν) Cod. Guelph. ἐκ μηδετέρου δυνατὸν κ. τ. λ.

§. 12. Τὰ δὲ ἀνάπαλιν) Sic legunt Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Pac. Duvall. Contra edd. reliquae: ἢ ἀνάπαλιν. Ita quoque vetus interpres Latinus: *aut e contrario.*

Τὰν δὲ ἄμφω δεθῇ μιχθέντα, κακὸν) Restitui κακὸν, quod Cod. Guelph. & edd. omnes, praeter Pacianas seriores & Duvall. habent.

§. 13. Εἰ ἐκ βελτίονος καὶ χείρονος ὂν μή ἐστι τὸ ὅλον) Ita repositi fretus auctoritate Cod. Guelpherb. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. & Casaub. Vetus interpres Latinus: *si quod ex peiore & meliore est, non est totum.* Idem expressit Boëthius. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. Duvall. εἰ ἐκ βελτίονος καὶ χείρονος, ὧν μή ἐστι τὸ ὅλον. Minus bene.

§. 14. Τὰ, ἐξ ὧν συγκειται, ἀγαθὰ) Codd. q. Pac. singulariter: ἀγαθόν. Male.

Ἐστὶ γὰρ τῶν μὴ καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν οὐδὲν κωλύει) Edd. Basil. Paris. Hilden. ἐστὶ γαρ. In Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. totum commation ἐστὶ γὰρ τ. μ. κ. ἀ. ἀ. omissum est; adscripsit autem illud in Codice serior manus. Pro οὐδὲν κωλύει ibidem legitur: ἀλλ' οὐδὲν κωλύει.

§. 15. Ἡ συλλαβὴ) Abest articulus a Cod. Guelpherb.

§. 16. Οὐ γὰρ τὸ ἐκ τούτων, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐκ τούτων ἑκαστου τῶν συνθέτων ἡ οὐσία) Sic legunt Cod. Guelph. & edd. Veneta vetus a Sylburgio collata, Isingr. Pacc. Vetus interpres Latinus: *non enim ex his, sed sic ex his est singuli compositorum substantia.* Edd. Ald. Camot. Iunt. habent οὐδὲ γὰρ, pro οὐ γάρ. Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. paulo aliter: οὐδὲ γὰρ τῷ ἐκ τούτων, ἀλλὰ τῷ οὕτω ἐκ τούτων ἑκάστου ἐστὶ τῶν συνθέτων ἡ οὐσία. Edd. Sylburg. & Casaub. ἐστὶ uncinis circumdederunt.

§. 17. Ὅτι τόδε μετὰ τοῦδε ἤτοι τόδε καὶ τόδε λέγεται, ἢ τόδε ἐκ τῶνδε) Cod. Guelph. ὅτι τὸ τόδε μετὰ τ. ἢ τῷ τοῖσδε ταὐτὸν λέγεται, ἢ τῷ ἐκ τῶνδε. Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingrin. ὅτι τόδε μετὰ τοῦδε ἢ τοῖσδε ταὐτὸν, ἢ τὸ (Isingrin. τόδε) ἐκ τῶνδε. Equidem lectionem Pacianam, eamque vulgatam retinui, cui etiam sequentia optime conveniunt. Vetus interpres Latinus: *quod hoc cum illo aut hoc & illud dicitur, aut hoc ex illis.*

Τὰ αὐτὰ) Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. ταὐτα. Minus bene.

§. 18. Ἐν τῷ τόπῳ — ἐν τῷ χρόνῳ) Abest articulus utrobique a Cod. Guelpherbyt. & ab edd. omnibus, praeterquam ab Isingr. Pac. & Duvall. igitur uncinos applicavi.

Ἀληθὲς ἢ) Cod. Guelpherb. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. εἰη. Omnino tam ἦ, quam εἴη in suspicionem incurrunt. Cf. §. 19.

Εἰρημένον ἐπὶ τούτων) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. ὑπὸ τούτων. Non bene: Cod. Guelph. τὸ ἐπὶ τούτων εἰρημένον.

§. 19. Ὅσαχῶς λέγεται ἕτερον μεθ' ἑτέρου) Incluſa haec in textu abſunt a MSS. Pacii.

Ἀληθὲς ἢ) Addidit ἢ Pacius ex ed. Iſingr. nam reliquae edd. illud non agnoſcunt. Cod. Guelpherb. ἀληθὲς εἶη.

Ὑπάρχειν ἑκάτερον) Cod. Guelph. ἑκάτερον ὑπάρχειν.

Πρὸς ταὐτὸν) Vulgo non contracte: πρὸς τὸ αὐτό. Secutus ſum edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Pac. pr. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub.

Ἑκάτερον λέγεσθαι) Cod. Guelpherb. λέγεσθαι ἑκάτερον τέλος. Habent τέλος quoque edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. & Hild. Vetus interpres illud non expreſſit, & facile apparet interpolatio. Vocabulum ideo, ut ſuſpectum, uncinis iam in editione prima ſecluſit Pacius, & in poſterioribus textu eiecit. Sylburgius & Caſaubonus receperunt τέλος quidem, ſed uncinis adhibitis.

Εἰ καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ) Abeſt καὶ a Cod. Guelph.

Πρὸς ἕτερον ἑκάτερον αὐτῶν) Cod. Guelph. mutato verborum ordine: πρὸς ἕτερον αὐτῶν ἑκάτερον. Minus bene.

§. 20. Λύπη ἐστὶ) Ibidem: λύπη ἀπεδόθη.

Διὰ τοῦτο) Ibidem: διὰ τόδε.

Τῷ μετὰ τούτου τόδε εἶναι) Ibidem: τῷ τόδε μετὰ τοῦδε εἶναι.

CAP. XIV.

§. 1. Καὶ σώματος) Cod. Guelpherb. cum articulo: τοῦ σώματος. Melius.

Τῶν δ' εἰρημένων οὐδετέρῳ οὐδὲν) Ita legunt Cod. Guelpherb. & edd. Iſingr. Pac. Sylb. Caſaub. Recte. Edd. Ald. Camot. Iunt. τῶν δ' εἰρημένων οὐδέτερον οὐδέν. Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. τῶν δ' εἰρ. οὐδετέρων οὐδέν.

§. 2. Δῆλον γὰρ) Non habent γὰρ edd. Baſil. Pariſ. Hild.

Ἐπειδὴ ὁμοίως) Edd. eaedem una cum Sylburg. & Caſaub. ἐπεὶ ὁμοίως.

Τῆς ψυχῆς ὅρος) Addunt ἐστὶν edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub.

§. 3. Πρὸς τῶν μερῶν τι) Cod. Guelpherbyt. πρὸς μέρος τι, quod malim. Edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. παρὰ τῶν μερῶν τι. Non bene.

§. 4. Συνδιορθώσαντα) In marg. ed. Iſingr. συνδιαρθρώσαντα. Sic etiam ſerior manus lectionem Codicis Guelpherbytani correxit.

Συσχηματίσαντα) Cod. Guelpherb. σχηματίσαντα.

Πρὸς τὸ δηλοῦν τι) Ibidem: πρὸς τῷ δηλοῦντι. Male.

Δηλούμενον ὑπὸ τοῦ λόγου) Ibidem: δηλ. εἶναι τοῦ λογου.

§. 5. Ὁ ἐπεισφερόμενος) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. ὁ εἰσφερόμενος.

Καὶ αὐτὸν ὁρισμὸν ἕτερον εἰστέον) Poſt αὐτὸν ſupplendum eſt τὸν ὁριζόμενον, ſive τὸν ἐπιχειροῦντα. Recte monuit Sylburgius, ferri etiam poſſe accuſativum in hoc loquendi genere, eumque adeo ſaepiſſime ab Ariſtotele uſurpari. Vide illius notam, Opp. Ariſtot. Vol. I, pag. 502. Edd. Iſingr. Pac. & Duvall. pro αὐτὸν in textum receperunt αὐτῷ. Cod. Guelpherb. habet: καὶ αὐτὸν ἕτερον ὁρισμὸν ὁριστέον. Neſcio an melius.

§. 6. Τοὺς ὁρισμοὺς) Codd. q. Pac. τοὺς ὅρους.

Εἰρημένον) Male apud Duvallium: εἰρημένων. Sic in antecedentibus editio Aldina habet operarum vitio impreſſum τὸ προσκείμενον pro τὸ προκείμενον, ut nos dedimus.

Πρὸς παράδειγμα) Abeſt praepoſitio a Cod. Guelpherb. Codd. q. Pac. pluraliter πρὸς παραδείγματα. Minus apte.

Ὧν προσῆκεν ἔχειν) Non agnoſcit ἔχειν Cod. Guelph.

Τὸ προσκείμενον περιέργως) Hic in pleriſque edd. contrario modo peccatum eſt, quam quo paulo ante in ed. Ald. peccatum fuiſſe dixi. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylburg. Caſaub. habent προκείμενον. Male. Correxit hoc iam Pacius; neque tamen auſus eſt bonus Sylburgius correctioni in textu locum dare, etſi in nota monuerit, *contra omnium edd. conſenſum* προσκείμενον legendum eſſe. Utinam tandem caperent editores, *abſurda* nec editionum nec Codicum auctoritate ſe tueri poſſe, maxime quando vera lectio ipſa verba ſpectanti ſtatim ſe offert. Firmatur lectio Paciana προσκείμενον praeſtantiſſimo Codice Guelpherbytano. Vetus interpres Latinus: *& quod* appoſitum *eſt ſuperfluens.*

Περὶ τοὺς ὁρισμοὺς) Codd. q. Pac. περὶ τοὺς ὅρους.

Ad Topicorum Lib. VII.

CAP. I.

§. 1. Νῦν ῥητέον) Abeſt νῦν a Cod. Guelpherb. a vetere verſione Latina, & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pacius illi iam uncinos addidit. Cf. Topic. I, 5.

§. 2. Ἐπειδὴ ταὐτά ἐστι) Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. marg. Iſingr. ſingulariter: ταὐτόν ἐστι.

§. 3. Πρὸς ἑκάτερον) In marg. ed. Iſingr. πρὸς ἑκάτερα. In praecedentibus pro καὶ φθαρτικῶν edd. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. legunt cum articulo: καὶ τῶν φθαρτικῶν.

§. 4. Ἀποδεικνυσι τὸν αὐτὸν) Cod. Guelpherb. τὸν αὐτὸν ἀποδείκνυσι.

Καὶ εὐδαίμων) Cod. Guelpherb. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. repetito articulo: καὶ ὁ εὐδαίμων. De Xenocratis ſententia conf. Topic. II, 7. Ethic. ad Nicom. I, 9 ſq.

Καὶ τὸ μέγιστον) Abeſt articulus τὸ a Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt.

§. 5. Ἢ καὶ αἱρετώτατον) Non habent καὶ Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Contra abeſt ἢ ab edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Alterutrum textu expungendum eſt. Mallem ἢ expungi.

Ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων) Addit περιέχονται Cod. Guelph.

Καὶ οὗτοι πάντων τ. λ. εἰσι βελτίους) In marg. ed. Iſingrin. γίνονται βελτίους.

Καὶ μέγιστον) Cod. Guelph. cum articulo: καὶ τὸ μέγ.

Καὶ ὁ σπουδαῖος βίος) Edd. Ald. Camot. Iunſt. Iſingrin. οὐδ' ὁ σπουδαῖος βίος.

Διότι ἀμφω αἱρετώτατοι) Incluſa haec in textu non agnoſcunt MSS. Pacii.

§. 6. Πάλιν σκοπεῖν) Codd. q. Pac. πάλιν χρὴ σκοπεῖν.

§. 7. Καὶ οἷς ἕτερον αὐτῶν συμβέβηκε, καὶ ἕτερον δεῖ συμβεβηκέναι) Uncinis haec circumdedi; nam interpolationem redolent, nec leguntur in Cod. Guelpherb.

§. 8. Ἢ πρός τι δηλοῖ) Ed. Iſing. τόδε πρός τι δηλοῖ.

§. 11. Τὸ μὲν δέχεται — ἀμφω μὲν δέχεται) Edd. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. utrobique ἐπιδέχεται.

§. 13. Καὶ πολλαπλάσιον) Eaedem edd. cum articulo: καὶ τὸ πολλαπλάσιον.

§. 14. Καθάπερ τοῖς τὸ κενὸν καὶ τὸ πλῆρες ἀέρος ταὐτὸν φάσκουσιν εἶναι) Non tam in animo habuit Ariſtoteles Leucippi & Democriti placita, quam potius opinionem vulgi, Totum hoc, quod aërem dicimus, & corpora non niſi aëre repleta *Vacui* nomine deſignare ſoliti.

§. 15. Καὶ ὧν ἕτερον κατηγορεῖται, καὶ ἕτερον κατηγορεῖσθαι δεῖ) Abſunt haec a Cod. Guelph. Pro κατηγορεῖται ed. Ald. Camot. Iunt. κατηγόρηται. Male.

§. 16. Τὸ ταὐτὸν) Ita repoſui e Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Emendaverat Pacius ταὐτὸ, parum apte. Idem in excuſis quibuſdam legi teſtatur πάντα, & vitio operarum pro ταὐτὰ ſic impreſſum eſſe coniicit. Firmat coniecturam acutiſſimi quondam viri Sylburgii nota, qua hic in ed. vetere Veneta a ſe collata ταὐτὰ reperiri annotavit. Ceterum ſtatim §. 17 repetitur noſtra lectio τὸ ταὐτὸν, quam etiam ſenſus poſtulat.

Οὐκ ἀνάγκη ἀριθμῷ) Ed. Iſingr. οὐκ ἐνδέχεται καὶ ἀριθμῷ. Idem tuetur Cod. Guelpherb. omiſſo tamen *καὶ*. Repugnat ſenſus. Non enim *impoſſibile* eſt, *ſpecie* eadem eſſe quoque *numero* eadem; at non *neceſſe* eſt.

§. 17. Οἱ μὲν οὖν πρὸς τὸ ταὐτὸν) Edd. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. poſt μὲν οὖν inſertum habent τοῦ. Articulum τὸ ante ταὐτὸν Cod. Guelph. & eaedem edd. reſpuunt.

§. 18. Confer Topic. I, 5.

§. 19. Τὸ δεῖξαι) Abeſt τὸ a Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden.

Τὰ ἄλλα) Cod. Guelpherb. contracte τἄλλα.

CAP. II.

§. 1. Ὡς ἀρχὴν) Non legunt ὡς edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. quare iam Pacius uncinos adhibuit. Tuentur tamen illud Cod. Guelpherb. & edd. reliquae. In antecedentibus pro ὅτι οὐδεὶς edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. & Pac. pr. habent διότι.

§. 2. Τοσοῦτον μόνον λεκτέον) Ed. Iſingr. ὥστε τ. μ. λ. Cod. etiam Guelpherbytanus ὥστε legit, quamquam illud a ſeriori manu deletum eſt.

Δυνατὸν γενέσθαι ὁρισμοῦ καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι συλλογισμὸν) Cod. Camotianus & Cod. Guelpherb. brevius: δυνατὸν γ. καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι συλλογισμόν. Ed. Iſingr. pro ὁρισμοῦ habet ὁρισμόν· id quidem male.

Καὶ ἐν τῷ τί ἐστι) Abeſt καὶ a Cod. Guelpherb. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr.

Ἃ μόνον ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος κατηγορεῖται) MSS. Pacii Cod. Guelpherbyt. & ed. Iſingrin. μόνον ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορεῖσθαι τοῦ πράγματος. Eandem lectionem tuentur edd. Ald. Camot. Iunt. Pac. pr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. praeterquam quod ante μόνον, ut vulgo, addunt ἃ, & verbis τοῦ πράγματος κατηγορεῖσθαι ſubiungunt δεῖ.

Ut equidem dedi, ita lectionem in ſerioribus edd. ſuis Pacius conſtituit. Expreſſit eam vetus interpres Latinus: *ſi quis ſumat ea, quae tantum praedicantur de re in eo, quod quid eſt.*

Ὅρον τοῦ πράγματος) Non agnoſcunt τοῦ πράγματος Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. quare poſt Sylburgium uncinos applicavi.

§. 3. Διώρισται μὲν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον) Ed. Iſingr. διώρ. μὲν οὖν. Cf. Analyt. poſter. II, 13 ſq.

§. 5. Ὁποῖος ἂν μάλιστα φανείη) Cod. Guelpherb. ὅπου ἂν μάλιστα φανῇ. Melius forſitan.

§. 6. Ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένει) Ibidem disiunctiva ἢ omiſſa eſt.

Καθάπερ λευκοῦ) Ibidem: καθάπερ καὶ λευκοῦ.

Ὁ ἀποδοθεὶς) Additur ibidem λόγος.

§ 7. Τὰ ἐναντία ᾗ) Ibidem: ᾗ τὰ ἐναντία.

Ἐπεὶ καὶ σώματός ἐστιν ἀρετὴ) Edd. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. ἐπειδὴ καί. Cod. Guelph. ἐπειδὴ καὶ σώματος καὶ ψυχῆς ἀρετὴ καὶ κακία, quod malim.

§. 9. Ἂν ᾗ — φανερὸς) Cod. Guelph. ἂν φανερὸς — ᾗ.

Ἢ ἐν τῷ αὐτῷ γένει) Non agnoſcunt disiunctivam ἢ Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hild.

Ἢ πᾶσαι) Cod. Guelph. ἢ ἁπάσαι.

Ταὐτὰ εἶναι) Sic bene emendavit in ſerioribus edd. ſuis Pacius. Vulgo: ταῦτα εἶναι. Adſtipulatur Pacii coniecturae Cod. Guelpherb. Vetus interpres Latinus: *nam ambo* eadem *eſſe* non contingit.

§. 10. Καὶ τὸ φθαρτικὸν διαλυτικὸν) Recepit hanc lectionem ex ed. Iſingr. Pacius, & videtur ea ſequentibus probari: εἴ γε τὸ φθαρτικὸν διαλυτικὸν οὐσίας. Repugnant tamen illi Cod. Guelpherb. & edd. reliquae omnes, quippe quae habent: καὶ τὸ φθαρτικῶς διαλυτικῶς. Vetus interpres Latinus: *& corruptive diſſolutive.* Nihil tamen in textu Paciano mutare auſus ſum.

§. 11. Ὁμοίως ἐχόντων) Cod. Guelph. ὁμοίως δ' ἐχόντων.

Οὗτος ἂν εἴη ὁρισμὸς) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylburg. Caſaub. οὕτως ἂν εἴη ὁρ. Minus apte.

§. 12. Κατασκευάζειν) Codd. q. Pac. & Cod. Guelph. κατασκευάσαι.

Καὶ εἰ ὁμοίως) Verba, quae ſequuntur, uſque ad πρὸς δύο § 13, in Cod. Guelpherb. omiſſa ſunt. Adlevit ea in margine alia manus.

§. 13. Δυνατὸν εἶναι) Cod. Guelph. εἶναι δυνατόν.

CAP. III.

Ἐκ τῶν πτώσεων, καὶ τῶν συστοίχων) Ibidem: ἐκ τῶν συστοίχων, καὶ ἐκ τῶν πτώσεων.

Τό τ' ἐπιβλέπτειν ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα) Ibidem: τό τε βλέπτειν ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα. Apud Duvallium vitiose impressum est: ἐπὶ τὸ κ. ἑ. quod correxi.

Ἐπειδὴ συνώνυμον τὸ εἶδός ἐστιν) Non agnoscit ἔστιν Cod. Guelpherb. Ed Isingr. post ἐστὶ addit τοῖς τοιοῖσδε. Conf. Elench. Sophist. I, 8. In margine ed. Duvall. lectio varians mendose impressa est sic: εἰδός ἐστι τοῖς διεῖσι. Equidem vulgatum retinui, incluso tamen ἐστιν.

Ἔστι δὲ χρήσιμος ὁ τόπος) Cod. Guelpherb. ἔστι δὲ χρήσιμον τὸ τοιοῦτον.

Καθάπερ πρότερον εἴρηται) Cf. Topic. VI, 10.

Τούτῳ χρηστέον) Abest commation hoc a MSS. Pacii & Cod. Guelpherb.

CAP. IV.

§. 1. Τὸ γένος μόνον) Non habent μόνον Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Paris. Hilden. Pacius iam uncinos adhibuit.

§. 3. Κατηγορεῖσθαι τὸν ὅρον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. pr. κατηγορεῖσθαι. In serioribus edd. suis Pacius κατηγορεῖσθαι restituit. Ante τὸν ὅρον Cod. Guelph. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. καὶ infertum habent; id quidem non male.

Οὐκ ἀνάγκη δεῖξαι τὸ) Exciderunt verba δεῖξαι τὸ in Cod. Guelpherb.

Εἴτε καὶ καθόλου) Abest καὶ ab edd. Ald. Camot. Iunt.

Ἀναγκαῖον ἐπὶ τοῦ ἀνασκευάζειν) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ἀναγκαῖον καὶ ἐπὶ τοῦ ἀ. Cod. Guelpherb. pro ἀνασκευάζειν legit ἀνασκευάσαι.

Ἀνασκευάζοντι καθόλου) Sic emendavi e Cod. Guelph. Vulgo: ἀνασκευάζοντα καθόλου. Minus bene.

Ὅτι κατά τινος — ὁ λόγος οὐ κατηγορεῖται) In Cod. Guelph. serior manus hunc locum correxit ita: ὅτι κατ' οὐδενὸς — ὁ λόγος κατηγορεῖται· & haud dubie haec lectio vera est. Nam vetus interpres Latinus vertit: *quoniam de nullo, de quibus praedicatur nomen, & ratio praedicatur.* Cf. etiam sequentia. Nolui tamen in textu vulgato aliquid mutare. Addidi asteriscum, quo lectores ad notas relegentur.

§. 4. Ὑπάρχει ὁ ὁρισμὸς) Cod. Guelpherb. γίνεται ὁ ὁρ.

§. 6. Πάντα συλλογίζεσθαι ἀνάγκη) Ibidem: ἀνάγκη πάντα συλλογίζεσθαι.

§. 7. Σχεδὸν δὲ πάντα τὰ λοιπὰ) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. post. σχεδὸν δὲ insertum habent καί. Cod. Guelpherb. σχεδ'ἐν δε καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. Ab edd. Ald. Camot. Iunt. τὰ λοιπὰ omnino abest.

Καὶ πρὸς τὸ ἴδιον) Cod. Guelpherb. καὶ τὸ ἴδιον, omissa praepositione.

Τῷ ὑπὸ τοὔνομα) Ibidem: τὸ ὑπὸ τ. Male.

Εἰ δὲ καὶ παντὶ) Ibidem, & in edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. pr. εἰ τε. Repositi Pacius in serioribus edd. εἰ δέ. Vetus interpres Latinus: *si vero.*

§. 8. Κατασκευάζοντα μὲν — δείξαντα ὑπάρχειν· ἀνασκευάζοντα δὲ) Cod. Guelpherb. & edd. Pac. Sylb. Casaub. cum nostra lectione conspirant. Ed. vetus Veneta a Sylburgio collata habet: κατασκευάζοντι — ἀνασκευάζοντι. Edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Paris. Hilden. κατασκευάζειν μὲν, quod minus quadrat ad sequens membrum ἀνασκευάζοντα δὲ, ut iam monuit Sylburgius. Pro δείξαντα ὑπάρχειν Codd. q. Pac. legunt: δείξαντα ὑπάρχον.

§. 9. Ὅτι ὡς γένος) Edd. Basil. Paris. Hilden. διότι ὡς γένος. Minus bene.

Ἢ τινὶ, ἢ μὴ παντὶ) Dedi μὴ παντὶ, quod sensus utique postulat. Habent μὴ παντὶ Cod. Guelph. (in quo tamen serior librarius male sedulus correxit μηδενὶ) & ed. Isingrin. Vetus interpres Latinus: *non inesse vel alicui, vel non omni.* Vulgo: ἢ τινὶ, ἢ μηδενί. Codd. q. Pac. ἢ τ. ἢ παντὶ, abiecta omnino negativa, utpote quae iam antecedit.

§. 11. Ἢ κατασκευάζειν) Adduntur his in textu Codicis Guelpherbytani sequentia: καὶ δι' ἑνὸς γὰρ ἀνασκευάζεται τὸ καθόλου.

Ἀνασκευάζοντα δὲ) Codd. q. Pac. ἀνασκευάζοντι δέ.

§. 12. Πλεῖστα μὲν γὰρ) Abest μὲν a Cod. Guelpherb. & ab edd. Basil. Paris. Hilden.

§. 13. Τὰ ἐκ τῶν ὅρων) Cod. Camotian. addit τέτακται. Parum apte. In verbis praecedentibus, πρὸς μὲν ὅρον ἐνδέχεται καὶ, abest καὶ ab edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Paris. Hild. quare cum Sylburgio uncinos applicavi.

§. 15. Ὡς ἐπιτοπολὺ εἶναι) Cod. Guelpherb. pro εἶναι habet συνίστασθαι.

Ὅτι τε πολλὰ) Ibidem: ὅτι τε τὰ πολλά.

§. 16. Ὅτι οὕτως ὑπάρχει) Ibid. & in Codd. q. Pac. ὅτι

οὕτως ὑπάρχον. Melius, si antecedentia spectes: ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις οὐ μόνον ὑπάρχον.

In Codice Guelpherbytano subiunctum huic libro est fragmentum ex commentario Alexandri Aphrodisiei ad Topicorum librum octavum p. 248. Moneo hoc, si quis forte post me alius hunc Codicem conferens Alexandri verba cum Aristotelis textu uno tenore coniuncta animadverterit, ne is putet, se thesaurum adhuc latentem inveniisse.

Ad Topicorum Lib. VIII.

CAP. I.

§. 1. Οὐδὲν μέλει) Male in Cod. Guelpherb. & in edd. Ald. Camot. Iunt. οὐδὲν μέλλει.

Τῷ ἐξ ἀρχῆς) Cod. Guelpherb. τοῦ ἐξ ἀρχῆς.

§. 2. Αὔξειν, ἢ ἐρωτηματίζειν) Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Paris. Hild. Sylb. Casaub. αὔξειν καὶ ἐρωτηματίζειν.

§. 4. Οὐκ εὐθὺς προτατέον) Sic bene edd. Isingrin. Pacc. Sylb. Casaub. & Duvall. Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Basil. Paris. Hilden. προταχτέον. Cod. Guelph. post εὐθὺς insertum habet αὐτὰς, quod tamen redundat.

Ἐὰν δὲ μὴ τιθῇ) Codd. q. Pac. addunt: τὰς ἀναγκαίας, quae verba uncinis secluſa in textum admiserunt Sylburgius & Casaubonus. Cod. Guelph. pro τιθῇ habet τεθῇ.

Προτείνοντα) Cod. Guelph. προτείνοντας.

Καὶ μὴ δυνάμενον) Annotatum est in marg. ed. Isingrin. καὶ ante μὴ δυνάμενον videri redundare. Non male.

§. 7. Χρησίμων τινὰ) Cod. Guelpherb. χρησίμων τινάς.

§. 9. Διὰ τοῦ λ. ἔμπροσθεν τρόπου) Cod. Guelpherb. & edd. Isingr. & Pacc. sic legunt. In aliis edd. legitur πρόσθεν pro ἔμπροσθεν.

Ἄδηλον, πῶς συμβαίνει) Edd. Ald. Camot. Iunt. ἄδηλόν πως, indefinite. Non bene.

Ἐκ τίνων συμβαίνει) Ita restitui e Cod. Guelph. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. Vetus interpres Latinus: *ex quibus accidet.* Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pacc. ἐκ τίνος, singulariter. Minus recte.

Τὰ τούτου λήμματα) Cod. Guelph. αὐτὰ τὰ λήμματα. Sic etiam vetus interpres Latinus: *ipsas propositiones.*

Ὁ συλλογισμὸς γίνεται) Abeſt articulus ab edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden.

§. 11. Ὁρισμῷ λαμβάνειν) Ed. Iſingr. ὁρισμὸν λ. Vetus interpres Latinus: *oportet & definitionem ſumere.* Vulgatum retinui, cum tueantur illud Cod. Guelpherb. &. edd. reliquae omnes.

Ἐπὶ συστοίχου) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ἐπὶ τοῦ σ. Cod. etiam Guelph. articulum agnoſcit.

Οὐ καθόλου) Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. οὐ τὸ καθόλου.

Ἀποθεῖν δὲ ἡ ὀργὴ ὄρεξις εἶναι τιμωρίας) Incluſa haec in textu ab interpolatione profecta eſſe videntur. Nam deſunt in Cod. Guelph. neque expreſſit ea vetus interpres Latinus.

Τὸν ἀποκρινόμενον) Male apud Duvallium: τὸ ἀποκρινόμ.

Καὶ ποιῆσαι μεταμελεῖσθαι) Cod. Guelph. καὶ μόνον π. μ. Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. μεταμέλεσθαι. Minus apte.

§. 12. Τὸ προτείνειν) Cod. Guelph. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. addunt δεῖ.

§. 13. Ποιεῖν ἄδηλον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hild. ποιεῖ ἄδηλον.

§. 14. Διὰ τῆς ὁμοιότητος) Cod. Guelph. τὸ διὰ τῆς ὁμ. Τοῦ καθόλου) Ibidem: τὸ καθόλου. Non bene.

Οὕτω καὶ αἰσθησις) Edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. cum articulo: οὕτω καὶ ἡ αἰσθησις. Etiam in ſequenti verſu, ubi eadem fere verba repetuntur, iſtae editiones articulum agnoſcunt.

Τοῦ ὁ) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. una cum Cod. Guelph. ἐφ' ᾧ. Sed melius eſt vulgatum, quod etiam Pacius in ſerioribus edd. ſuis repoſuit.

§. 16. Διὰ τὸ χρῆσθαι καὶ αὐτοὺς) Sic repoſui e Cod. Guelph. Male vulgo: διὰ τὸ χρῆσθαι καὶ αὐτοί.

§. 18. Καὶ μὴ δι' αὐτὸ χρήσιμον, τιθέασι μᾶλλον) Abeſt χρήσιμον a MSS. Pacii; quare uncini adhibiti ſunt. In nonnullis edd. χρήσιμον ad ſequens commation τιθέασι μᾶλλον refertur. Ceterum tuentur χρήσιμον & Cod. Guelph. & vetus interpres Latinus.

§. 19. Ἔτι, μὴ αὐτὸ) Cod. Guelph. ἔτι δέ.

Ἐκ τούτων) Ibidem: ἐκ τούτου. Melius.

§. 20. Τὰ πρῶτα) Ibidem additur: τῶν ἐρωτημάτων· ſed haec gloſſa eſt manifeſta.

Πρῶτα λέγειν) Ibidem: πρῶτα λαλεῖν. Edd. Baſil. Pariſ.

Hilden. Sylb. Caſaub. *πρῶτα ἐρωτᾷν*. Sic quoque vetus interpres Latinus: *principia interrogant*. In praecedentibus pro *τοὺς πλείστους* Cod. Guelph. habet *τοὺς πλείους*.

§. 21. *Θέντες γὰρ τὰ πλεῖστα*) Edd. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. *δέντες γ. τ. πρῶτα*. Vetus interpres Latinus: *ponentes enim principia*. Neſcio an melius.

Τιθεῖσι δὲ προχείρως) Abeſt *προχείρως* a MSS. Pacii & vetere verſione Latina.

Πεισέσθαι) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. *πείσασθαι*. Minus apte. In ſerioribus edd. Pacc. *πείσεσθαι* legitur.

§. 22. *Ἐν παραβύστῳ προτιθέντες*) *Παραβύειν* eſt *infercire*, *inculcare*, *intrudere*; deinde etiam *occultare*, *velare*. Hinc *παράβυσμα* & *παράβυστον* ſ. *παράβυστος* ſignificat *vas* quodcunque, vel *ſaccum*, *cui varia inſerta & intruſa ſunt*. Dicitur quoque *παράβυστος λεκτὸς* vel *ſella in thalamis mulierum*. Harpocrat. h. v. *Ἐκαλεῖτο δέ τις ἐν τοῖς γυμφικοῖς δωματίοις καὶ κλίνη παράβυστος*. Iam vero ſenſus totius loci hic eſt: *Propterea fallunt nonnunquam interrogantes, dum* multa *argumenta quaſi* ſacco inferta *proponunt, quae reſpondens non ſtatim perſpicit, ideoque concedit, licet ea, ſigillatim & nude poſita, nunquam conceſſurus fuiſſet*. Patet, de *Parabylo*, dicaſterio Athenienſium, cui undecim viri praeerant, (v. Meurſii Lectt. Attic. II, 9) ad quod alluſiſſe Ariſtotelem Sylburgius exiſtimavit, hoc loco non cogitandum eſſe. Repoſui igitur *ἐν παραβύστῳ*, pro *ἐν Παραβύστῳ*.

§. 24. *Χοιρίλος*) Sylburgius maluit *Χοίριλλος*. Sed Suidas v. *Πρατίνας* nomen poëtae Athenienſis per unum λ exhibet. Dubito etiam de Sylburgii aſſerto, veteres dixiſſe poëtam Samium *Χοιρίλον*, Athenienſem *Χοίριλλον*· ſed res non tanti eſt, ut illi immorer.

CAP. II.

§. 1. *Εἴρηται δὲ ὑπὲρ τούτων καὶ πρότερον*) Vide ſupra cap. I, & Topic. lib. I, 12.

§. 2. *Τοῦτο δὲ διορίσαι*) Abeſt *δὲ* ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. quapropter iam Pacius in ed. pr. illud uncinis compeſcuit.

Τῶν χαλεπωτάτων) Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. addunt: *ἐστίν*.

§. 4. *Ἐφ' ἑτέρου*) Ed. Iſingr. *ὑφ' ἕτερον*, operarum forſitan vitio.

§. 6. Ἀποβέβληκε μὲν τὴν ἐπιστήμην) Verba μὲν τὴν ἐπιστήμην gloſſam redolent, nec leguntur in edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Pac. pr. Tuentur tamen illa Cod. Guelph. & vetus interpres Latinus cum Boëthio.

Ἐπὶ τούτων) Cod. Guelph. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ſingulariter: ἐπὶ τούτου. Neſcio an melius.

§. 7. Ἐπὶ τίνος) Sic in ſerioribus edd. ſuis recte emendavit Pacius, quem Sylburgius & Caſaubonus ſecuti ſunt. In aliis: ἐπί τινος.

Ἐπὶ πολλῶν προτεινόντος) Ita legunt Cod. Guelph. ed. vetus Veneta a Sylburgio collata, edd. Pacc. Sylb. & Caſaub. Bene. Supra §. 3 eodem modo: ὅταν δὲ ἐπάγοντος ἐπὶ πολλῶν. In aliis edd. ἐπὶ πολ. προτείνοντα, quo ſenſus evertitur. Conf. Sylburgii nota, qui etiam προτείνων non male legi putat; in quo ei non adſtipulor.

Διαλεκτικὴ γάρ ἐστι) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. διαλεκτικὴ δέ ἐστι. In verbis antecedentibus ἀξιωτέον τιθέναι edd. Ald. Camot. Iunt. ἀξ. προτιθέναι.

§. 8. Ὅταν δὲ ἐνδέχηται) Male apud Duvallium & in aliis quoque edd. ὅταν δὲ ἐνδέχεται.

Συλλογίζεσθαι) Codd. q. Pac. συλλογίσασθαι.

Καὶ μὴ διαλεγομένῳ) In Cod. Guelph. & in edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. excidit negativa μή. Male.

§. 11. Οὕτως ἢ οὕτως) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. οὕτως, ἢ οὐχ οὕτως. Sylburgius iam negativam uncinis incluſit.

§. 12. Τὸ ἠρωτημένον) Turbant haec ſenſum, quapropter iam Pacius ea delenda eſſe cenſuit. Abſunt quoque a Cod. Guelph. vetere verſione Latina, & edd. Ald. Camot. Iunt.

Ὅ, τι οὐκ ἐπιτιμᾷ) Sic dedit Pacius. Recte. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. ὅτι οὐκ ἐπιτιμᾷ.

CAP. III.

§. 1. Ἔστι δὲ τοιαῦτα) Cod. Guelph. εἰσὶ δὲ τοιαῦτα. Minus Attice.

Μὴ ἀρξάμενον) Cod. Guelph. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. τὸν μὴ ἀρξάμενον, cum articulo.

Οὔτ' ἀξιοῦσιν) Cod. Guelph. οὐκ ἀξιοῦσιν.

Προσέχουσι) Male apud Duvallium: προέχουσι.

Φανερού, τί ποτε) In Cod. Guelph. poſt φανεροῦ inſertum eſt τοῦ.

Ταῦτα δ' οὐκ ἐνδέχεται) Serior manus ibidem ταῦτα

mutavit in *ταύτας*, quoniam refertur ad antecedens *ἀρχάς*. Verum generatim locutus eſt Ariſtoteles; nam addidit: *ἀλλ' ἀναγκαῖον, ὁρισμῷ τῶν τοιούτων* ΕΚΑΣΤΟΝ *γνωρίζειν*. Igitur vulgatum *ταῦτα* retinendum eſt.

§. 2. *Ἐγγὺς τῆς ἀρχῆς*) Cod. Guelpherb. ſine articulo: *ἐγγὺς ἀρχῆς*.

Πρὸς αὐτὰ) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaubon. *πρὸς ταῦτα*.

§. 3. *Τοιαῦτά ἐστιν*) Sic iam dedit Pacius in edd. ſerioribus ſuis. Idem tuetur Cod. Guelpherbyt. Vulgo: *τοιοῦτόν ἐστιν*.

§. 4. *Ἐστὶν, ὃ τὴν ἀπορίαν παρέχεται*) Cod. Guelph. *ἔστι τὰ τοιαῦτα, ἃ τὴν ἀπορίαν παρέχεται*.

Προτάσεις πορίζεσθαι) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Pac. pr. *πρ. ὁρίζεσθαι*. Minus bene. Cod. Guelph. & edd. reliquae melius: *πορίζεσθαι*. Vetus interpres Latinus: *medias propoſitiones invenire*. Repoſuit hoc Pacius quoque in edd. ſerioribus.

§. 5. *Ἐν πολλαῖς*) Abeſt *ἐν* ab edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. In ſerioribus Pacianis autem reſtitutum eſt. Uncos, quibus Sylburgius & Caſaubonus *ἐν* compeſcuerunt, ſuſtuli.

Ὁρισθέντων δὲ τῶν ἐναντίων) Ed. Iſingr. *ὁρ. δὲ τῶν αὐτῶν εἶναι ἐναντίων*. Sed haec interpolatio eſt manifeſta. Boëthius & vetus interpres Latinus: *definitis autem contrariis ſecundum modum*.

§. 6. *Τεμνουσα τὸ ἐπίπεδον γραμμὴ ὁμοίως διαιρεῖ*) In vulgata hac lectione, quae bene ſe habet, conſpirant Cod. Guelph. & edd. Gr. omnes. Vetus interpres Latinus: *Cum iuxta latus ſecat planum* linea, *ſimiliter dividit*. At Codd. q. Pac. *γραμμὴ* non agnoſcunt; quod igitur, cum ſalvo ſenſu abeſſe poſſit, uncinis ſecluſi. Iidem etiam legunt *διαιρεῖται*· hoc quidem non bene. Ut locus melius intelligatur, pauca adiiciam:

Cogitemus figuram planam parallelogramma A B E F. Ducatur linea C D, quae ſit parallela lineae A B, & lineae

E F, ac secet latus A E in puncto F. Dicit Aristoteles; lineam C D similiter secare latus A E & aream A F, ita ut sit eadem ratio inter A C & C E, quae sit inter B D & D F; e. c. si linea E C est duplo maior lineâ E A, etiam parallelogramma E D est duplo maius parallelogrammate D A.

Φανερὸν τὸ λεγόμενον) Cod. Guelph. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ante φανερὸν addunt: εὐθέως.

Τιθεμένων μὲν ὁρισμῶν) Vulgo: τῶν ὁρισμῶν. Eiecit textu articulum Pacius.

§. 7. Μὴ θήσει) Cod. Guelpherb. μὴ τιθῇ.

Μὴ χαλεπώτερον) Suspecta est utique negativa, & abest etiam a Codd. q. Pac. quare cum Sylburgio & Casaubono uncinos adhibui. Conf. sequentia.

CAP. IV.

§. 2. Οὕτως ἐπάγειν τὸν λόγον) Sic reposui e Cod. Guelpherbytano. Vetus interpres Latinus: *sic inducere orationem.* Ed. Isingrin. marg. ἐπαγαγεῖν. Vulgo: μεταγαγεῖν. Minus bene.

Ἐκ τῶν διὰ τὴν θέσιν) Abest ἐκ a Cod. Guelph. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Basil. Paris. Hilden.

Δι' αὐτὸν) Edd. Isingr. & Pac. pr. δι' αὐτό. Minus bene. In serioribus edd. Pacius nostram lectionem amplexus est.

§. 3. Οὐδὲ τούτοις τε) Cod. Guelph. οὐδὲ τούτοις δέ.

Καὶ διατριβουσιν) Ibidem cum articulo: καὶ τοῖς διατρίβουσιν.

Θετέον ἀεὶ) Ibidem: ἀεί θετέον.

Διήρθρωταί πω) Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. πως pro πω.

§. 4. Ἀνάγκη δὴ) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ἀνάγκη δέ.

Οἷον τῷδέ τινι) Cod. Guelph. melius: οἷον τῷδε, ἤ τινι.

§. 5. Ἢ μὴ δοῦναι) Ibidem: ἢ μὴ δι δόναι.

§. 6. Μήτ' ἄδοξον, μήτ' ἔνδοξον) Ibidem & in edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. inverso ordine: μήτ' ἔνδοξον, μήτ' ἄδοξον. Conf. §. 9.

§. 7. Ἔνδοξα πάντ' εἶναι) Cod. Guelpherb. πάντα ἔνδοξα εἶναι.

Τοῦ προκειμένου) Ibidem: τοῦ κειμένου.

Τὸ ἧττον γνώριμον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. pr. τὸ ἧττον ἔνδοξον. In serioribus edd. suis Pacius γνώρι-

μον repoſuit. In ſequentibus pro εἰ μή τι Codd. q. Pac. habent: εἰ μή τε. Non bene.

§. 8. Εἰ δ' ἔνδοξος ἁπλῶς ἡ θέσις) Cod. Guelpherb. poſt ἔνδοξος inſertum habet ἔστιν.

§. 9. Οὕτω γὰρ ἂν) Ibidem deeſt ἄν.

§. 10. Εἰ μὲν οὖν) Abeſt οὖν a Codd. q. Pac.

Πρὸς αὐτὸν) Sic edd. Baſil. Pariſ. Pacc. ſeriores & Hilden. recte legunt. Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. Sylb. Caſaub. πρὸς αὐτόν.

Καὶ μὴ δοκοῦν) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. καὶ τὸ μὴ δοκοῦν.

§. 11. Ἐὰν δὲ) Edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ἂν δέ.

Καθ' Ἡράκλειτον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. παρ' Ἡράκλειτον. Minus bene. Conf. Menag. ad Diog. Laërt. IX, 6, 7 ſq.

CAP. V.

§. 1. Καὶ ἢ πρὸς τὸν λόγον) Abeſt diſiunctiva ἢ a Cod. Guelph. & ab edd. Baſil. Pariſ. Hilden.

Φήσαντα δοκεῖν) Cod. Guelph. φήσαντα, ὅτι δοκεῖ.

Οὐ γὰρ ἀναιρεῖται, τιθέντος, τὸ ἐν ἀρχῇ) Mira eſt in his verbis lectionis varietas. Cod. Guelph. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. οὐ γὰρ ἀναιρ. τεθέντος τοῦ ἐν ἀρχῇ, ſine ſenſu, ſi antecedentia ſpectes. Edd. Ald. Camot. Iunt. Pac. pr. τιθέντος τοῦ ἐν ἀρχῇ. In edit. Iſingr. iam emendatius: τιθέντος, τὸ ἐν ἀρχῇ, quod etiam Pacius in margine ed. primae praetulit, & in ſerioribus edd. in textum recepit. Gruchius coniecit: οὐ γὰρ ἀναιρεῖται, τούτου τιθέντος, τὸ ἐν ἀρχῇ. Non male. Equidem totum locum pro gloſſa marginali habeo, quae in textum irrepſit; nam vetus interpres Latinus illa verba non expreſſit, nec memorantur ea ab Alexandro Aphrodiſieo, qui tamen (Comment. p. 264) reliqua fuſe explicat. Boëthius ea agnoſcit; vertit enim: *non interimitur, poſito eo, quod in principio.*

§. 4. Εἰ δὲ πρὸς τὸν λόγον, λίαν δὲ ἀδοξον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. εἰ δὲ πρὸς τὸν λόγον λίαν ἄδοξον. Minus apte. In edd. ſerioribus Pacius noſtram lectionem exhibuit.

§. 5. Μηδὲν διορίσαντα) Cod. Guelph. μηδὲν ὁρίσαντι.

§. 6. Ὅτι ἀναιρεῖται, τεθέντος, τὸ ἐν ἀρχῇ) Repoſui τὸ ἐν ἀρχῇ, ſenſu iubente, & auctoritate Cod. Guelph. & edd.

Ald. Camot. Iunt. Iſingr. & Pac. pr. Vulgo: τοῦ ἐν ἀρχῇ. Conf. §. 1.

§. 7. Δι' ἑαυτὸν) Sic reſcripſi e Cod. Guelph. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pacc. Sylb. Caſaub. δι' αὐτόν. Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. δι' αὐτό.

Διὸ τοῖς ἐρωτῶσιν) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. διὸ οὕτω τ. ἐρ. Cod. Guelph. διὸ τοῖς οὕτως ἐρ.

CAP. VI.

§. 1. Καὶ, πλεοναχῶς λεγομένου) Cod. Guelph. καὶ τῶν πλεοναχῶς λεγομένων.

Ἐρωτηθέντας διδόναι) Codd. q. Pac. ἐρωτηθέντος διδ. Male.

§. 2. Ἐὰν δὲ γνώριμον μὲν ᾖ τὸ πλεοναχῶς λεγόμενον) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ἐὰν δὲ γ. μ. ᾖ πλεοναχῶς δὲ λεγ. Senſus eodem redit.

Ψεῦδος ᾖ τὸ λεγόμενον) Abeſt τὸ λεγόμενον a MSS. Pac. quare cum Sylburgio & Caſaubono uncinos adhibui.

Ὕστερον γὰρ διαιρουμένου) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pacc. ὕστερον δὲ διαιρουμένου. Minus bene.

§. 3. Εἰς ἕτερον βλέψας) Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. εἰς ἕτερον βλέψας.

Βλέπων ἔδωκεν) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. βλέπων ἔδωκα. Idem tuetur Cod. Guelph. Vetus interpres Latinus: *quod non ad hoc inſpiciens* dedi. Melius forte ἔδωκα· nam & ante §. 1 dicitur: ὅτι οὐ μανθάνω· nolui tamen vulgatum mutare.

CAP. VII.

Δι' ἐπαγωγῆς, ἢ δι' ὁμοιότητος) Ed. Iſingrin. δι' ἐπαγωγὴν καὶ ὁμοιότητα.

Τὰ μὲν καθέκαστα) Cod. Guelph. τὰ μὲν οὖν καθ. Sic etiam edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub.

Ἂν ᾖ) Ibidem: ἐὰν ᾖ.

Εἰ οὖν ἐπὶ πολλῶν) Ita e MSS. ſuis emendavit Pacius. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Pac. prima, Baſil. Pariſ. Hilden. pro ἐπὶ habent ἐπεί. Male.

Μᾶλλον ἂν δόξειε) Cod. Guelpherb. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. πολλῷ μᾶλλον ἂν δόξειε.

Καθάπερ τοῦ Ζήνωνος) Cf. Ariſtot. Auſcult. phyſ. VI, 9.

CAP. VIII.

§. 1. Ὑπέχειν δὲ) Ita iam Pacius in ſerioribus edd. re-

ſtituit, nec aliter legit Cod. Guelph. & edd. Sylb. & Caſaub. In reliquis edd. ἐπέχειν δὲ, non bene; quamvis idem ante oculos habuiſſe videatur vetus interpres Latinus, qui vertit: *Inferre autem.* Contra Alexander Aphrodiſ. (Comment. pag. 267) ὑπέχειν agnoſcit; uti & Boëthius, qui habet: *ſuſtinere autem.*

§. 2. Ἄδοξος πλεοναχῶς) Codd. q. Pac. διχῶς. Sed conf. ſequentia.

Ὑπέχοντα) In marg. ed. Iſingr. ὑπεχόμενον.

Μισοῦσιν) Cod. Guelph. μισήσουσιν. Melius forſitan.

§. 3. Γίνεται τὸ ψεῦδος) Cod. Guelph. addit: ἤτοι τὴν ψευδῆ πρότασιν, quod apertum gloſſema eſt.

Ὁτιοῦν ἀνελὼν) Ibid. cum articulo: ὃ ὁτιοῦν ἀνελών.

Εἴ τις λάβοι) Ibid. ἐάν τις λάβῃ.

Σωκράτην) Ibid. & in edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Σωκράτη. Sic hae edd. in ſequentibus quoque.

Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ) Ita audacter repoſui e Cod. Guelpherbytano, ſenſu etiam hanc lectionem exigente. Vulgo: ἐπὶ τοῦ τοιούτου.

§. 4. Πότερον προορῶν τι) Sic Cod. Guelph. & edd. Pacc. & Duvall. Boëthius & vetus interpres Latinus: *utrum praevidens quidem, vel non, faciat.* Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. προορῶσι. Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. προορῶντι, uno verbo. Minus apte.

§. 5. Πολλάκις μὲν γὰρ οὐ λέλυκε μὲν, ὃ μέντοι πυνθανόμενος οὐ δύναται πορρωτέρω προάγειν) Non ſatis bene haec cohaerent; quare alicubi mendum latere, aut vel hanc vel illam particulam excidiſſe puto. Vetus interpres Latinus vertit: *ſaepe enim non ſolvit, quia interrogans non poteſt longius proferre;* unde apparet, huius lectionem a noſtra diverſam fuiſſe. Cod. Guelph. habet: πολλάκις γὰρ οὐδὲ λέλυκεν ὃ μέντοι πυνθανόμενος, οὐ δύναται πορρωτέρω προάγειν. Ex his veram lectionem erui arbitror, ſi pro οὐ δύναται legamus οὐδὲ δύναται. Senſus tum exiret hic: *Saepe enim ne ſolvit quidem interrogans, neque poteſt ulterius progredi.* In textu vulgato aliquid mutare nolui.

Ὃ βουλόμεθα) Cod. Guelph. & Codd. q. Pac. ὃ βούλεται. Melius.

§. 6. Ἡ πρώτη μόνον) Cod. Guelph. ἢ πρώτη καὶ μόνη. Melius forte.

Τῶν συμπερασμάτων) Codd. q. Pac. τῶν συμπτωμάτων. Perperam.

CAP. IX.

§. 1. Κατ' αὐτόν τε λόγον) Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pacc. καθ' αὐτόν τε λόγον. Male.

Οὐχ ἡ αὐτὴ) Apud Duvallium: οὐχ ἡ αὐτή. Vitiose.

Διειλέχθαι λόγον) In marg. ed. Isingr. διελέγχθαι λ.

Ποιοῦνται τὰς διατριβὰς) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ποιοῦσι τὰς διατρ.

§. 3. Πρότερον εἴρηται) Topicorum I, 1.

§. 4. Ἐν λόγοις) Cod. Guelph. ἐν λόγῳ.

Κοινὸν γάρ τι προκείμενον καὶ ἐν τούτοις ἐστὶ) Ibidem mutato paululum verborum ordine: κοινόν γάρ τι καὶ ἐν τούτοις τὸ προκείμενον ἐστί.

Ποιῇ αὐτὸ) Ibidem: ποιῇ τοῦτο.

Τὸν δὲ ἐρωτῶντα ὡς ἐνδέχεται) Puto, ὡς textu expungendum esse.

§. 5. Γίνεσθαι τοὺς λόγους) Cod. Guelph. γίνεσθαι τοὺς συλλογισμούς.

§. 6. Καθ' αὑτὸν δὲ) Ita Cod. Guelph. & ed. vet. Veneta a Sylburgio collata. Recepit lectionem iam Pacius in serioribus edd. & probavit eam quoque Sylburgius. In aliis edd. καθ' αὑτοὺς δέ. In sequentibus pro τῷ λόγῳ in marg. ed. pr. Pac. notatur lectio: τῶν λόγων.

§. 7. Μὴ συμπεραίνηται) Cod. Guelph. μὴ συμπεραίνωνται.

Πρὸς τὸ τεθὲν) Ibid. & in edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. τὸ προτεθέν. Nescio an melius.

Ἢ πάντων) Eaedem edd. ἢ τῶν πάντων.

Μήτε τῶν μὲν ἀφαιρεθέντων) Reposui μήτε auctoritate Cod. Guelpherbytani. Vulgo: μηδέ. Minus apte.

§. 8. Ἐκ τοιούτων τε) Cod. Guelph. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ἐκ τῶν τοιούτων τε.

§. 9. Προστεθέντων) In ed. Duvall. προστιθέντων, haud dubie operarum vitio; nam omnes Codd. & edd. in προστεθέντων consipirant.

§. 10. Λέγεται ὁ συλλογισμὸς) Cod. Guelpherb. & edd. Basil. Paris. Hild. Sylb. Casaub. γίνεται ὁ συλ. Aptius.

§. 11. Ἐξ ἀδοξοτέρων) Edd. Ald. Camot. Iunt. Isingrin. Pac. pr. ἐξ ἐνδοξοτέρων. Male.

§. 12. Καὶ καθ' αὑτὸν) Ita recte Cod. Guelph. Vulgo: καὶ καθ' αὑτό.

§. 14. Ἀληθὲς συμπεραίνουσιν) Codd. q. Pac. ἀληθὲς συμπερασινομένοις.

Διὰ ψευδῶν συλλογίζεσθαι) Codd. q. Pac. poſt ψευδῶν inſerunt ποτέ.

Τὸ δ' ἀληθὲς ἔστι καὶ διὰ ψευδῶν ποτὲ συλλογίζεσθαι) Edd. Ald. Camot. Iunt. συλλογίσεσθαι. Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. ἔστι τε καὶ — συλλογίσασθαι, omiſſo ποτέ. Edd. Sylb. & Caſaub. dictionem encliticam τε non agnoſcunt, receperunt tamen ποτὲ, licet uncinis incluſum. Noſtram lectionem tuentur Cod. Guelph. & edd. Iſingr. & Pacc.

Φανερὸν δὲ καὶ τῶν Ἀναλυτικῶν) Vide Anal. prior. II, 2. 3. 4.

§. 15. Καὶ οὐκ ἀποδειξις) Non habent καὶ Cod. Guelph. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden.

§. 17. Ἐξ ἀμφοτέρων τι δοκούντων) Abeſt τι ab edd. Baſil. Pariſ. Hilden.

Ἀκολουθήσει τῷ μᾶλλον) Ita reſcripſit Pacius in ſerioribus edd. Cod. etiam Guelph. habet τῷ μ. Vulgo: τὸ μ.

§. 18. Τινῶν μᾶλλον αὐτὸ) Cod. Guelph. poſt μᾶλλον inſertum habet εἶναι. Idem agnoſcunt quoque edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub.

Δόξα ἢ μαλιστα ἀληθὴς) Non legunt ἢ μάλιστα edd. Baſil. Pariſ. Hild. quare cum Sylburgio uncinos adhibui.

CAP. X.

§. 2. Ἡ δὲ) Edd. Iſingr. & Pac. pr. εἰ ᾗ δέ. Non bene. In marg. ed. Iſingr. εἰη δέ. In ſerioribus edd. Pacius ᾗ δὲ in textum recepit.

Συμπεραινόμενα) Cod. Guelph. & marg. ed. Iſingr. συμπεραινόμενος, ita ut referatur ad antecedens λόγος §. 1. Minus apte.

§. 3. Εἰ ἐλλείπει τὸ σφόδρα ἔνδοξον) Haec lectio reperitur in Cod. Guelph. & in edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Bene ea ſe habet, nec cauſam video, cur eam in ſerioribus edd. Pacius mutaverit ita: εἴ τι ἐλλείπει, εἰη δὲ τοῦτο σφόδρα ἔνδοξον. In Cod. etiam Guelpherbytano ſerior manus lectionem a librario exaratam ad correctionem Pacianam reformavit. In marg. ed. Iſingr. εἰ ἐλλείπει σφόδρα ἔνδοξον. Non male, ſi ad ſolemnem Ariſtoteli loquendi morem ſpectes. Vetus interpres Latinus vertit: *ſi deeſt, quod probabile eſt valde.* Hinc non ſatis liquet, quid ante oculos habuerit.

§. 4. Ὅς καλεῖται συλλογισμὸς ἐριστικὸς) Cod. Guelph. paulo aliter: καλεῖται δὲ φαινόμενος ἐριστικὸς συλλογισμός.

§. 5. Πρὸς τὸ προκείμενον) Cod. Guelph. πρὸς τὸ κείμενον.

Μάλιστα τοῖς) Edd. Baſ. Pariſ. Hild. Sylb. Caſ. μ. ἐν τοῖς.

§. 6. Μὴ ὢν γεωμετρικὸς· ἢ διαλεκτικὸς μὴ ὢν διαλεκτικὸς) Deſunt haec verba in Cod. Guelpherbytano.

§. 7. Συμπεραίνεται) Cod. Guelpherb. περαίνεται.

Δι' ἀληθῶν) Ibidem: ἐξ ἀληθῶν.

Ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον) Vide ſupra cap. IX.

§. 8. Οὐδὲ τοῦ λέγοντος ἀεὶ) Cod. Guelpherb. & edd. Iſingrin. Sylb. Caſaub. addunt ex ſuperioribus repetitum: ἁμάρτημα. Uncinos tamen Sylburgius adhibuit.

Ὅτι ψευδῆ λόγον εἶπε τινὰ) Videntur mihi haec e margine in textum migraſſe. Deſunt quoque in Cod. Guelph. & in vetere verſione Latina. Quare uncinis ea ſecluſi.

Ἐκ τῶν μάλιστα δοκούντων) Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaubon. ἐξ ὅτι μάλιστα δοκούντων. Melius forſitan.

Ἀληθῶν ἀπόδειξίς ἐστι) Cod. Guelpherb. ἑτέρων ἀληθῶν ἀπ. ἐ. ſed delevit ἑτέρων ſerior manus. Codd. q. Pac. ἑτέρων προβλημάτων ἀλ. ἀπ. ἐ. Codicis Guelpherbytani lectionem expreſſit etiam vetus interpres Latinus, qui vertit: *aliorum verorum demonſtratio eſt.*

Λογικὸς) Codd. q. Pac. λογιστικός.

CAP. XI.

§. 1. Ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς) Vide Anal. Prior. II, 18.

§. 3. Φανερώτατα μὲν) Cod. Guelph. φανερώτατον μέν.

§. 5. Καθ' αὑτὸ καὶ χωρὶς) Abeſt καὶ a Cod. Guelph. & ab edd. Ald. Camot. Iunt. igitur uncinos applicavi.

§. 7. Ἀσύμμετρον τῇ διαμέτρῳ) Cod. Guelph. & edd. Baſ. Pariſ. Hild. Sylb. Caſ. poſt ἀσύμμετρον inſertum habent εἶναι.

§. 8. Ἰσαχῶς δὲ) Codd. q. Pac. ὁσαχῶς δέ. Cf. ſequentia.

§. 9. Φάσιν καὶ ἀπόφασιν) Cod. Guelpherb. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν.

§. 11. Τρίτον, εἰ τις) Cod. Guelph. τρίτον δ', εἴ τις.

Ἢ τοῦτο αἰτησάμενος) Ibid. & in edd. Baſil. Pariſ. Pac. pr. Hild. Sylb. Caſaub. ἢ εἰ τοῦτο αἰτ.

Τὴν ἀντίθεσιν) Codd. q. Pac. τὴν ἀντίφασιν.

§. 12. Τῷ ἐξ ἀνάγκης — διὰ τῶν κειμένων) In hac lectione conſentiunt Alexand. Aphrodiſ. Comment. p. 277, Boëthius, vetus interpres Latinus, & edd. Gr. omnes. Codd. q. Pac. τῷ ἐξ ἀρχῆς — διὰ τῶν ἀντικειμένων.

§. 14. Τῷ γὰρ ἔχειν πως) Sic dedit Pacius in edd. ſerioribus. Idem habet Cod. Guelpherb. Melius γὰρ omiſſum

eſt in edd. Ald. Camor. Iunt. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. Edd. Iſingr. & Pac. pr. *διὰ τὸ ἔχειν πως.*

CAP. XII.

§. 2. Καὶ ὅτι οὕτως) Iſingr. ed. *ὅτι καὶ οὕτως.*

Καθ' αὐτοὺς) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaubon. *πρὸς ἑαυτούς.* Melius forſitan. Sed vulgatum tuetur etiam praeter edd. reliquas Cod. Guelpherb.

Παραλλαλά τε ἐκλεκτέον πρὸς τὴν αὐτὴν θέσιν) Sic ex emendatione manus ſerioris, (nam priſtina ſcriptura eraſa eſt,) legitur in Cod. Guelpherbytano, praeterquam quod in eo poſt ἐκλεκτέον articulus τὰ additur. Vetus interpres Latinus vertit: *& alternatim eligendumque ſimiliter ad eandem propoſitionem argumenta.* Eandem lectionem tuentur edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. Hanc igitur ego quoque in textum recepi. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingrin. Pac. pr. *παράλλαλά τε παραβάλλειν ἐκλέγοντα πρὸς τὴν ἀντίθεσιν.* Pro ἐκλέγοντα in edd. ſerioribus Pacius ἐκλέγοντας reſcripſit, reſpectu ad antecedentia habito, & haec eſt lectio ed. Duvallianae. An Boëthius iſtam ante oculos habuerit, neque affirmare, neque negare auſim. Verſio eius eſt: *ſenſim comparanda ſunt, quae attinent ad ipſam poſitionem argumenta.* Videtur tamen lectio altero loco commemorata e gloſſa marginali fluxiſſe.

Τὸ βιάζεσθαι) Emendandi quodam pruritu Gruchius legere maluit: *βιβάζεσθαι.* Vulgatum bene ſe habet.

Τὰ ἀφ' ἑκατέρας) Cod. Guelph. *τὰ ἐφ' ἑκατέρας.*

§. 3. Ποιεῖν εὖ· οἱ γὰρ) Ibid. & in Codd. q. Pac. *ποιεῖν· εὖ γάρ.* Melius.

Τὸ προσφερόμενον εὐκρινοῦσι) Ita reſtitui. Emendavit Pacius in ſerioribus edd. *εὖ κρίνουσι.* Non neceſſe eſt.

§. 6. Ἔχειν προχείρως) Cod. Guelph. ed. vet. Veneta a Sylb. collata, edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. *ἔχειν προχείρους.*

§. 7. Οἱ διάλογοι) Sic Cod. Guelph. ed. vet. Veneta, Pacc. ſeriores & Duvall. In aliis edd. *οἱ ἄλλοι λόγοι.*

§. 8. Καὶ ταῦτα ποιήσει συλλογιστικώτερον) Ita Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Baſil. Pariſ. Hild. Sylb. Caſaub. Ex marg. ed. Iſingr. Pacius in ſerioribus edd. recepit: *καὶ ταῦτα ποιοῦσι συλλογιστικώτατον.* Non bene.

§. 9. Μᾶλλον ἢ λόγον, εἰς μνήμην) Edd. Ald. Camor. Iunt. Iſingr. *μᾶλλον εἰς λ. ἢ μνήμην·* haud dubie operarum errore.

§. 10. Εἴη δ' ἂν τὸ τοιοῦτον) Edd. Basil. Paris. Hild. Sylb. Casaub. mutato verborum ordine: τοιοῦτον δ' ἂν εἴη.

Τουτο πάσχειν) In Cod. Guelpherbytano haec verba erasa sunt, aliis supra scriptis, quae equidem legere non possum. Edd. Ald. Camor. Iunt. Isingrin. Pac. pr. Basil. Paris. Hild. Sylb. Casaub. τοῦτο πάσχειν δύνανται. Vetus interpres Latinus vertit: *qui hoc maxime universaliter pati possunt.* Codd. q. Pac. τοῦτο πάσχοντες. Secutus sum lectionem a Pacio in serioribus edd. receptam.

§. 11. Ἐξέσται) Cod. Guelph. ἔξεστι.

§. 12. Ἄνευ τοῦ καθόλου) Ibidem, & in edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pac. pr. τῶν καθόλου, pluraliter.

§. 14. Ἐν τούτοις γὰρ) Cod. Guelpherb. ἐν τούτῳ γάρ. Minus bene.

§. 15. Διαλεγόμενον) Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. διαλεγομένους.

Ἀποφέρεσθαι) Cod. Guelph. & marg. ed. Isingr. ἀποφαίνεσθαι, quod mihi magis arridet. At vetus interpres Latinus: *auferre.*

Καὶ παρά τι ἑκάτερος) Ita dedi e Cod. Guelpherbytano & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. Edd. Ald. Camot. Iunt. pro ἑκάτερος legunt ἑκάτερον, quo sensus perit. Edd. Isingr. & Pac. pr. καὶ παρά τι ἑκάτερος ἑκατέρου. In serioribus edd. ἑκάτερος a Pacio expunctum erat. Locum omnino non intellexisse Pacium, apparet ex eius versione: *qua ratione utrumque acciderit.* Melius vetus interpres Latinus: *& circa quid uterque.*

Διαιρεῖ, ἢ ἀναιρεῖ) Edd. Basil. Paris. Hilden. διαιρεῖν, ἢ ἀναιρεῖν.

§. 16. Συλλογίζεσθαι) Sic Cod. Guelph. & Codd. q. Pac. Vulgo: συλλογίσασθαι. Parum apte.

Πονηρολογίαν) Codd. q. Pac. πονηρίαν.

§. 17. Χαλεπὸν ἐκ τῶν παρὰ πόδας) Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Isingr. Pacc. cum vetere Veneta a Sylburgio collata: χαλεπώτερον. Eadem Veneta, uti & Cod. Guelph. pro ἐκ τῶν legunt ἐκ τοῦ. Quae in Cod. Guelpherbytano sequuntur usque ad initium Elenchorum sophisticorum, non ad Topica pertinent, sed sunt verba Aristotelis (Analyt. post. II, 15, 7), quae librarius male huc annexuit.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ

ΕΛΕΓΧΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ

ARGUMENTUM

LIBRI DE

SOPHISTICIS ELENCHIS.

OMNIS argumentatio eo tendit, ut aut verum, aut probabile, aut falsum concludatur. Necesse est igitur, tria tantum syllogismorum genera esse: primum, quo syllogismi *demonstrativi*, secundum, quo *dialectici*, & tertium, quo *sophistici* s. litigiosi comprehenduntur. De syllogismo demonstrativo & dialectico in Analyticis & Topicis ab Aristotele actum est; pergit ergo nunc philosophus ad syllogismos sophisticos, qui probare videntur, nec tamen probant, adeoque non veri *elenchi* sunt. Ars sophistica autem non peculiare Logicae caput constituit, sed pars est Dialecticae; quare etiam ex mente Aristotelis *ipse liber sophisticorum Elenchorum non est singularis & diversus liber, verum Topicis accenseri debet*; nam ficubi Aristoteles ad locum in illo obvium respexit, non eo nomine librum insignivit, quo ille nunc vocatur, sed generali Topicorum appellatione complexus est 1. Interea

1 Vide notam ad Analyt. prior. II, 19, 2, Vol. II, p. 671. Cf. de Interpret. cap. II. Patet idem vel ex initio libri nostri: περὶ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, καὶ τῶν φαινομένων μὲν ἐλέγχων, ὄντων δὲ παραλογισμῶν, ἀλλ' οὐκ ἐλέγχων, λέγωμεν. Particula δὲ aperte prodit, librum cum praecedentibus Topicis arcte cohaerere. Neque Diogenes Laërtius singularis libri Aristotelici *de sophisticis Elenchis* meminit. Ex quo tamen parum feliciter argumentum adversus libri sinceritatem petiit Fr. Patricius (Disc. Perip. T. I, lib. III, p. 23); non enim potuit Diogenes eius mentionem iniicere, cum liber olim ad Topica pertinuerit. Alterum argumentum, ut hoc obiter moneam, ab eodem prolatum: gloriatum esse auctorem, se primum artem sophisticam inveniisse; id vero Aristotelem de se praedicare non potuisse, cum Protagoras Sophista iam ante eum τέχνην ἐριστικῶν scripserit (vid. Diog. Laërt. IX s. 55; cf. Petri Rami animadvv. Aristot. lib. I, p. 8), adeoque illum non composuisse librum de sophist. elenchis; nimis leve est,

ſtatim apparet, qui factum ſit, ut liber Elenchorum ſophiſticorum a Topicis divelleretur. Cum ſigillatim in eo artem ſophiſtice diſputandi, & vice verſa Sophiſtarum nodos & laqueos evitandi propoſuerit Stagirita, facile iis, qui primi ſcripta Ariſtotelica in πραγματείας, haſque ipſas in ſingulos libros diſtribuere, in mentem venire potuit, ut librum, impoſito illi peculiari nomine ab argumento ducto, a ceteris Organi libris ſecernerent.

Duplicem vero finem Ariſtoteles perſecutus eſt. Partim enim (cap. I — XVI) docet, quomodo ipſi Sophiſtae evadamus, declarans captionum inventionem, diſpoſitionem, & totam omnino interrogandi rationem ſophiſticam; partim, quomodo aliis ſophiſtice nobiſcum altercantibus occurramus, eorumque captionibus nos liberemus. Diviſerunt propterea nonnulli tractatum hunc de ſophiſticis Elenchis in *duos* libros, quam diviſionem editiones quoque Latinae, & Graecae quaedam ſequuntur 1. Feci tamen equidem ex duobus libris *unum*, cum nec Alexander Aphrodiſieus 2, cuius commentarium in Elenchos ſophiſticos habemus, nec MSS. Pacii 3, nec Cod. Guelpherbytanus, nec optimi recentiores editores diviſionem illam admittant. Librum noſtrum *acroamaticum* eſſe, eo probatur, quod ille pars Topicorum habendus eſt 4; & totam πραγματείαν logicam in familiarium uſum Ariſtotelem conſcripſiſſe, ex epilogo libri noſtri ſatis manifeſtum fit 5.

De ſophiſt. Elench. Cap. I.

An ſint elenchi ſophiſtici?

Ratiocinatio eſt, cum ex quibuſdam poſitis quidpiam diverſum ab iis, quae poſita ſunt, propter haec neceſſario colligitur.

quam ut illi refutando immorer. Male cepit Patricius, aut in falſum detorſit libri noſtri epilogum infra excitatum; deinde Protagorae opus deperditum eſt, quare de hoc iudicari nequit, an eo Ariſtoteli palma iam praerepta fuerit.

1 Cf. elench. edd.

2 Vide ſupra Vol. I, p. 289.

3 Pacii Comment. analyt. in Organ. p. 479.

4 Cf. ſupra p. 6.

5 Λοιπὸν ἂν εἴη πάντων ὑμῶν ἢ τῶν ἀκροωμένων ἔργον, τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν.

Elenchus eſt ratiocinatio, qua colligitur concluſio contradicens enuntiationi ab adverſario propoſitae.

Elenchus ſophiſticus eſt, qui videtur elenchus eſſe, nec tamen re vera eſt. Utuntur autem eiuſmodi argumentatione *Sophiſtae*, qui malunt videri, quam eſſe ſapientes, ut facilius ab hominibus imperitis opes lucrentur.

Cap. II. *De argumentationum generibus.*

Sunt *quatuor* argumentationum genera:

a) argumentationes *didaſcalicae*, quae docendi & diſcendi cauſa fiunt per veras demonſtrationes.

b) argumentationes *dialecticae*, quae fiunt ex propoſitionibus probabilibus.

c) argumentationes *tentativae* (λόγοι πειραστικοὶ), quae tentaminis cauſa fiunt.

d) argumentationes *contentioſae* ſive *ſophiſticae*.

Cap. III. *De eo, quod Sophiſtis propoſitum eſt.*

Sophiſtarum ſcopi ſunt:

a) *Elenchus*, ut aliquis ducatur ad contradictionem eius, quod antea conceſſit;

b) *Falſum*, ut cogatur fateri manifeſte abſurdum;

c) *Paradoxum*, ut cogatur fateri aliquid ab hominum opinione abhorrens;

d) *Soloeciſmus*, ut cogatur barbare loqui;

e) *Tautologia*, ut cogatur idem fruſtra repetere in eâdem oratione.

Cap. IV. *De fallacia dictionis.*

Loci elenchorum ſophiſticorum ſpectandi ſunt aut in *in dictione*, aut *extra dictionem*.

Omnes dictionis fallaciae in eo conſiſtunt, ut, quia adhibentur eadem vocabula, falſo putemus, ſignificari illis eandem rem.

Quot modis poſſumus iiſdem nominibus & orationibus non eandem rem ſignificare, totidem modis committuntur fallaciae dictionis. Igitur ſunt *ſex* fallaciarum dictionis modi.

Fallacia dictionis

a) ex *homonymia*;

b) ex *amphibolia*;

c) ex *compoſitione dictionum*, cum coniunguntur, quae ſeiungi debent;
d) ex *diviſione*, cum dividuntur, quae componi debent;
e) ex *accentu*, cum adhibito falſo accentu oratio fit falſa;
f) ex *figura dictionis*, cum aliquis eodem modo interpretatur, quod non eſt idem.

Cap. V. *De fallacia extra dictionem.*

Fallaciae

a) ex *accidente.* Decipimur v. c. quod putamus, quaecunque inſint alicui ſubiecto, ea ineſſe etiam huius ſubiecti accidentibus; & vice verſa.
b) ex *eo, quod dicitur ſimpliciter, vel ſecundum quid.* Velut, ſi ſumitur quaſi ſimpliciter verum id, quod eſt verum quadamtenus.
c) ex *ignoratione elenchi;* ſive ex omiſſa elenchi definitione.
d) ex *petitione principii.*
e) ex *reciprocatione conſequentis cum antecedente.* Accidit haec fallacia ſaepe etiam in enthymematis oratoriis & in orationibus ſyllogiſticis.
f) e *cauſa non cauſa;* viz. cum accipitur pro cauſa id, quod non eſt cauſa.
g) ex *duabus interrogationibus pro una ſumtis.*

Cap. VI. *Reductio omnium fallaciarum ad ignorationem elenchi.*

Neceſſe eſt, in *omni* captione peccari contra definitionem elenchi; alioquin evaderet verus, non ſophiſticus elenchus, ſi elenchi definitio ei conveniret. Ergo omnes elenchi ſophiſtici ſupra laudati ad ignorationem elenchi redeunt, quod Ariſtoteles de ſingulis probavit.

Poſuit Ariſtoteles ignorationem elenchi, ut *ſingulare* captionum *genus* ideo, quia in his captionibus elenchi ignorantia magis manifeſta eſt, quam in aliis.

Elenchi definitio conſtat ex duabus partibus, ex genere & differentia.

Fallaciae dictionis peccant contra differentiam, quia Sophiſta pro contradicentibus accipit non contradicentia.

Fallaciae extra dictionem peccant contra genus, quia non concludunt.

Cap. VII. *De rationibus deceptionis.*

Decipimur:

a) homonymia & amphibolia; quia ignoramus distinctionem vocabuli multiplicis.

b) captione compositionis vel divisionis, quia falso putamus, nihil referre, utrum quaedam coniungantur, an seiungantur.

c) captione accentus; quia interdum accentus mutatus sensum non mutat; igitur, cum sensus mutatur, nos pro eodem accipimus.

d) captione ex dictionis figura; quia falso putamus, vocabula eandem figuram habentia, eodem modo accipi.

e) captione ex accidente; quia α) non distinguimus inter idem & diversum; β) non inter unum & multa; γ) ignoramus, quando ea omnia, quae dicuntur de attributo, dicantur etiam de subiecto.

In reliquis captionibus deceptionis ratio perspicua est.

Cap. VIII.

Ad locos supra expositos referri possunt omnes argumentationes, quae *videntur* esse syllogismi, & omnes sophistici syllogismi, sive elenchi; i. e. non solum illi, qui peccant in forma, quia non concludunt secundum regulas syllogisticas, sed etiam qui peccant in materia, quia constant ex propositionibus falsis.

Cap. IX. *De variis elenchorum generibus & eorum locis.*

Alii elenchi sunt scientiarum proprii; alii sunt communes. Illi subdividuntur in demonstrativos & in apateticos seu decipientes; hi vero in dialecticos, tentativos & sophisticos.

Elenchi demonstrativi tot sunt, quot sunt demonstrationes in scientiis, quare etiam illorum loci innumeri sunt.

Elenchis demonstrativis opponuntur falsi s. apatetici, qui ex principiis alicuius scientiae propriis male acce-

ptis exſtruuntur, atque ſimiliter ut illi numero quamplurimi ſunt.

Non omnes elenchi ad Dialecticam pertinent, ſed tantum illi, qui *omnibus ſcientiis communes* ſunt.

De elenchis dialecticis & tentativis in Topicis actum eſt. Modi elenchorum ſophiſticorum ſupra explicati ſunt.

Cap. X. *De diviſione falſarum argumentationum in eas, quae ad nomen, & eas, quae ad ſententiam pertinent.*

Veteres reduxerunt omnem falſam argumentationem & elenchum ad duo genera: *a*) quatenus ad nomen ſeu vocabulum pertineat; *b*) quatenus ad ſententiam ſeu rem ipſam. Haec diviſio ab Ariſtotele improbatur:

a) quia non complectitur omnes elenchorum locos, ſed tantum eos, in quibus dictio eſt multiplex.

b) quia non tam eſt diviſio argumentationum, quam potius argumentantium.

c) quia argumentationes de ſententia poſſunt etiam eſſe de nomine.

d) quia veteres pro eodem acceperunt argumentationem ad nomen pertinentem, & argumentationem, cuius fallacia in dictione conſiſtit, cum tamen non omnes dictionis fallaciae ad nomen pertineant.

e) quia veteres peccarunt agentes de elenchis, cum non egerint prius de ſyllogiſmis. Nam omnis elenchus eſt ſyllogiſmus. Falſus vero elenchus aut non eſt verus ſyllogiſmus, aut non eſt ſyllogiſmus contradictionis; proinde ad haec duo capita vitia elenchorum referenda ſunt.

f) quia diviſio illa non ſolum accommodatur diſputationibus communibus, quales ſunt dialecticae & ſophiſticae, ſed etiam diſputationibus de iis, quae ſcientiae cuidam propria ſunt.

g) quia ex una parte omnis argumentatio referri poteſt ad nomen; ex altera vero quaedam argumentationes ſunt, quae ad nomen referri nequeunt.

Cap. XI. *Varia elenchorum genera inter ſe comparata.*

Elenchus *demonſtrativus* docet ex propriis ſcientiae principiis. Oppoſitus illi eſt elenchus *pſeudographus* ſ. *falſus*.

Elenchus *tentativus* eſt ſpecies dialectici; nam ex communibus principiis conficitur.

Elenchus *dialecticus* de quacunque re ſubiecta conſiderat ea, quae ſunt communia; *ſophiſticus* vero *videtur* hoc facere.

Elenchus *pſeudographus* differt a *ſophiſtico*; nam ille videtur concludere, cum nihil concludat; hic vero concludit ſed ideo eſt ſophiſticus, quia vult videri demonſtratio, cum non ſit.

Elenchus *ſophiſticus* differt a *litigioſo* ſ. *contentioſo*. Hic ſpectat victoriam tantum; ille captat lucrum ex ſimulata ſapientia.

* Promiſcue tamen ſyllogiſmus *ſophiſticus* & *eriſticus* ab Ariſtotele ſaepius dicuntur eodem ſignificatu.

Cap. XII. *De locis, quibus probatur falſum vel paradoxum.*

Loci ad probandum falſum:

a) a theſi ſ. problemate praetermiſſo. Fit enim tum diſputatio incerta & vaga.

b) a multitudine interrogationum, quibus reſpondens obruitur.

c) a ſimulato diſcendi ſtudio; quo fit, ut reſpondens temere concedat, quae alias non concederet.

d) a translatione diſputationis, quae modo recte, modo ſophiſtice fieri poteſt. Cf. Topic. II, 5.

Loci ad probandum paradoxum:

a) a philoſophorum ſchola, cui reſpondens addictus eſt, ſi ea aliquid afferit praeter vulgarem opinionem.

b) a voluntate & opinione hominum occulta.
v. c. ſi adverſarii theſis congruit manifeſtae vulgi opinioni; dices repugnare eam tacitae vulgi opinioni, & eſſe paradoxam. Sic vice verſa.

c) a natura & lege.

d) ab opinione ſapientum & multitudinis.

Cap. XIII. *De tautologia.*

Paralogiſmus ducens ad nugationem ſive tautologiam in eo conſiſtit, quod pro eodem habetur *nomen* & *oratio*. v. c. ſi putat adverſarius, idem ſignificari nomine *du-*

plum & oratione: *duplum dimidii*, quod tamen falsum est, si nugatio colligitur.

Committitur hoc sophisma plerumque in *relatis*, quae non tantum ratione generis, sed etiam ratione speciei ad unum quidpiam referuntur; & in *affectionibus*, quae definiuntur per suum subiectum, cui attribuuntur.

Cap. XIV. *De soloecismo.*

Effici potest arte quadam sophistica, ut adversarius soloecismum committat.

Loci huius artis v. c. peti possunt a vocabulis *neutrius* generis, ut a pronomine *hoc*. En exemplum:

Quid est *hoc?* — Coriscus.
Cuius generis est *hoc?* — Neutrius.
Cuius generis *Coriscus?* — Masculini.
Ergo est *Coriscum*, non *Coriscus?* — Ita.
Ergo soloecismus.

Cap. XV. *De dispositione & interrogatione sophistica.*

Praecepta de dispositione & interrogatione sophistica tam iuvant eum, qui sophistice, quam, qui dialectice argumentatur.

I Multae interrogationes proponendae sunt, & hae quidem prolixe, quo magis inter has lateat ea, qua Sophista vult uti.

II Argumentatio contra adversarium celerrime proferenda est.

III Respondens ad iram provocandus est.

IV Interrogationes non eo ordine proponendae sunt, quo appareat syllogismus ex iis colligendus, sed inter se commixtae & confusae.

V Observanda sunt praecepta de occultatione omnino data. Cf. Topic. Lib. VIII.

VI Non interrogandum est id, quo uti volumus, sed vel contrarium, vel saltem utrumque, ut adversarius vel putet, nos contrario principio uti velle, vel ignoret, utram contradictionis partem sumere velimus.

VII Si aliquid probamus per inductionem, non inferre debemus conclusionem, sed uti illâ, quasi illatâ.

VIII Si loquimur de universali, cui non est univer-

ſale nomen, ſed quod per ſimilitudinem explicare debemus, utendum nobis eſt ſimilitudine illa, quatenus pro nobis facit.

IX Per comparationem contrarii reddenda eſt probabilior ea propoſitio, qua uti volumus.

X Quamvis concluſio re vera non ſequatur, ex conceſſis tamen quaſi neceſſario colligenda eſt.

XI Si volumus probare aliquid improbabile, interroganda eſt propoſitio aliqua probabilis; ſive haec a reſpondente concedatur, ſive negetur, videbimur tamen aliquid efficere.

XII Circumſpicienda ſunt ea, quae repugnant reſpondentis ſententiae & verbis.

XIII Quemadmodum reſpondentes ſaepe ſolent argumenta ſolvere per diſtinctionem, ita etiam opponenti obiectiones reſpondentis per diſtinctionem ſolvendae ſunt.

XIV Si aliqua propoſitione uſi ſumus, quam intelligimus a reſpondente everti, praecidenda eſt haec diſputatio, ne ſuperati videamur, & tranſeundum eſt ad alias propoſitiones.

XV Si reſpondens urgeat, ut contra certum quid argumenta dirigamus; tunc nobis id tantum in genere declarandum eſt, non in ſpecie.

XVI Uti nos oportet quibuſdam propoſitionibus quaſi conceſſis, omiſſa earum interrogatione, ſi forte fallere poſſimus reſpondentem, ut hic videatur conceſſiſſe.

Cap. XVI. *De ratione reſpondendi, & utilitate huius diſquiſitionis.*

Solutis captionibus in dictione conſiſtentibus poſſumus dignoſcere tam verum, quam vocabulorum diſtinctiones; quae cognitio eſt philoſopho neceſſaria.

Qui neſcit ſolvere ſophiſmata, non ſolum a Sophiſta poterit decipi, ſed etiam ipſemet facile ſe decipiet.

Omnino ſophiſma tunc ſolvitur, cum oſtenditur, in quo captio conſiſtat. Haec tamen cognitio non ſemper ſufficit ad ſophiſma refellendum.

Cap. XVII. *De ſolutione, quae* videtur *eſſe ſolutio.*

Quemadmodum ſunt elenchi veri & ſophiſtici, ita etiam ſolutiones verae & ſophiſticae.

Solutiones ſophiſticae a nobis adhiberi poſſunt adverſus Sophiſtas; nobis ipſis autem cavendum eſt, non tam ne redarguamur, quam ne *redargui videamur.*

Sophiſtae captionibus ſuis non vere redarguunt, ſed potius obſcurant verum elenchum.

Vera ſolutio fit per diſtinctionem, & haec diſtinctio ab initio eſt facienda, antequam Sophiſta concludat.

Ad ſophiſticam ſolutionem valet, ſi in rebus probabilibus reſpondeamus verbis *Eſto*, aut *Videri.*

Si id proponitur, quod propinquum eſt problemati, ita ut eo poſito noſtra ſententia evertatur, dicendum eſt adverſarium petere quaeſitum, quia propter propinquitatem videtur idem eſſe.

Si ex noſtra theſi colligat adverſarius aliquid, quod videtur falſum, aut mirabile, dicendum eſt, id non differre a theſi, quaſi cum theſin illam defendendam ſuſcepimus, etiam hoc ipſum, ad quod adverſarius nos ducit, defendere voluerimus.

Si adverſarius ſimilitudinis collatione a nobis conceſſa uſus aliquid contra nos concluſit, dicendum eſt, nos non conceſſiſſe ſimilitudinem eo modo, quo ille hanc in argumentatione accepit.

Si non poſſimus uti aliqua ex datis reſponſionibus, tunc dicamus, non eſſe recte probatum.

Diſtinguendum nobis eſt inter eas interrogationes, in quibus omnia ſunt proprie & ſimpliciter dicta, & eas, in quibus aliquid neceſſario ſubauditur.

Si interrogatio exigit, ut aliquid ſubaudiatur, non eſt ſimpliciter reſpondendum, ſed adhibenda eſt diſtinctio ſeu limitatio. Si ſimpliciter conceſſum fuerit, oportebit ad concluſionem per diſtinctionem reſpondere.

Concedenda potius eſt adverſario particularis, quam univerſalis interrogatio; quia difficilius erit adverſario ex particulari contra nos argumentari.

Si adverſarius ex eo argumentatur, quod una res habeat contrarium, altera non habeat, & inde contra nos colligat, res eſſe diverſas; negandum eſt, hanc rem

contrario carere, & dicendum, ideo ſic videri, quia contrarium illud nomine caret.

Eludenda eſt adverſarii argumentatio, mutando nomina, & contrarium ſtatuendo.

Si praeſentiamus, adverſarium velle aliquid interrogare, prius obiiciendae illi ſunt propoſitiones, quam adverſarius ſua proponat.

Cap. XVIII. *De vera ſolutione.*

Argumentatio vitioſa eſt aut ratione *materiae*, quia eſt falſa; aut ratione *formae*, quia non concludit.

Prius ad argumentationis formam, quam ad materiam reſpiciendum eſt.

Reſpicientes ad materiam videre primum oportet, utrum concluſio ſit vera, an falſa. Si vera ſit, neceſſe eſt, evertere aliquam propoſitionem; ſi vero ſit falſa, poſſumus evertere propoſitionem vel concluſionem.

Cap. XIX. *De ſolutione captionum ex homonymia vel amphibolia ductarum.*

In ſophiſticis elenchis ab homonymia vel amphibolia ductis multiplex ſignificatio vel eſt in propoſitione, vel in concluſione.

Si eſt in concluſione, non eſt contradictio inter hanc concluſionem & noſtram theſin, quandoquidem verba aliter accipiuntur in concluſione, aliter in theſi.

Si eſt in propoſitione, ſtatim ab initio ſignificatio multiplex diſtinguenda eſt.

Omnino reſpondendum eſt, adverſarium non probaſſe contrarium eius, quod ipſi affirmavimus, ſed tantum *verbotenus* probaſſe contrarium, proinde non eſſe elenchum.

Cap. XX. *De ſolutione captionum ex compoſitione & diviſione.*

Si adverſarius coniunxit, quae coniuncta noſtrae theſi repugnant, ea dividenda ſunt; ſi vero diviſit, quae dividi non debent, haec coniungenda ſunt.

Cap. XXI. *De ſolutione captionum ex accentu.*

Captiones ex accentu raro fiunt; interdum tamen fiunt. Diſtinguenda eſt ſignificatio, quae pro accentuum diverſitate eſt diverſa.

Cap. XXII. *De ſolutione captionum ex figura dictionis.*

Peccant hae captiones in eo, quod tranſcendunt de genere in genus, i. e. quod accipiunt, quia dictionis figura eadem eſt, diverſas res pro eâdem re, & referunt ad eandem categoriam, quae pertinent ad diverſas categorias.

Igitur hae captiones ex diſtinctione categoriarum ſolvendae ſunt.

Cap. XXIII. *De ſolutione captionum in dictione conſiſtentium omnino.*

Ratio omnes has captiones diſſolvendi ea eſt, ut contrarium dicamus eius, quod Sophiſta accipit.

Cap. XXIV. *De ſolutione captionum ex accidente ductarum.*

Cum ea, quae accidenti tribuuntur, modo videantur ſubiecto quoque tribui, modo non tribui; dicendum nobis eſt, non eſſe neceſſe, ut, quod ineſt accidenti, id inſit etiam ſubiecto; proinde nos negare conſequentiam ab accidente ad ſubiectum.

Cap. XXV. *De ſolutione captionum ex eo ductarum, quod eſt ſimpliciter, vel ſecundum aliquid.*

Conferenda nobis eſt adverſarii concluſio cum noſtra theſi, & tum videndum eſt, utrum alterutra ex his enuntiationibus, an utraque dicatur non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ſeu adiecta quacunque limitatione. Nam ſi utraque accipiatur ſimpliciter, non eſt fallacia, ſed verus elenchus. Si vero accipiatur diverſis modis, velut una ſimpliciter, altera ſecundum quid, vel una ſecundum quid, altera ſecundum aliud; tunc non eſt contradictio; proinde non eſt elenchus.

Cap. XXVI. *De ſolutione captionum ex definitione elenchi.*

Concluſio adverſarii conferenda eſt cum theſi; niſi enim ſit contradictio, non eſt elenchus. Deprehendemus autem non eſſe contradictionem, quia concluſio & theſis vel non ſunt de eodem, vel non ſecundum idem.

Cap. XXVII. *De ſolutione captionum, quibus petitur quaeſitum.*

Si ab initio hanc captionem percipiamus, negandum eſt, quod adverſarius ſumit; quia non licet ſumere, ſed oportet probare id, quod in quaeſtione poſitum eſt.

Si adverſarius argumentationem iam perfecit, vitium indicandum, & oſtendendum eſt, adverſarium nihil probaſſe.

Si iam conceſſimus, quod non debuimus concedere, dicendum eſt, nos illud non eâ mente conceſſiſſe, ut adverſarius id ſumeret pro principio, ex quo argumentaretur.

Cap. XXVIII. *De ſolutione captionum ex conſequentibus.*

Duo ſunt modi rectae conſequentiae; proinde duo malae conſequentiae.

Modi rectae conſequentiae:

a) a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis.

b) ab everſione conſequentis ad everſionem antecedentis.

Modi pravae conſequentiae:

a) a poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis.

b) ab everſione antecedentis ad everſionem conſequentis.

Dicendum igitur eſt: adverſarium eſſe argumentatum a conſequentibus eo modo, quo conſequentia non valet.

Cap. XXIX. *De ſolutione captionum ex cauſa non cauſa.*

Dicendum eſt, concluſionem adverſarii non ex no-

ſtris, ſed ex aliis propoſitionibus colligi ab ipſo adverſario aſſumtis.

Cap. XXX. *De ſolutione captionum, quibus plures interrogationes pro una accipiuntur.*

Statim eſt diſtinguendum, nec reſpondendum quaſi ad unam interrogationem.

Poſſunt hae captiones etiam ad homonymiam revocari.

Cap. XXXI. *De ſolutione captionum nugationem colligentium.*

Negandum eſt, vocabulum ſeparatum ſignificare idem, quod ſignificat coniunctum cum alio.

Cap. XXXII. *De vitandis ſoloeciſmis.*

Dicendum eſt, adverſarium re vera non concludere ſoloeciſmum, ſed tantum videri concludere; quia videamur conceſſiſſe, quod non conceſſimus. Confer ſupra cap. XIV.

Capp XXXIII. XXXIV. *De facilitate vel difficultate cognoſcendi genus captionis & reſpondendi.*

Oſtendit Ariſtoteles, artem ſophiſticis elenchis occurrendi non eſſe levem aut inanem; eſſe quidem paralogiſmos, qui facile dignoſcantur & ſolvi poſſint; at eſſe alios admodum difficiles.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ
ΕΛΕΓΧΩΝ

ΚΕΦ. α'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ ΚΑΘΟΛΟΥ.

ΠΕΡΙ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, καὶ τῶν φαινομένων μὲν ἐλέγχων, ὄντων δὲ παραλογισμῶν, ἀλλ' οὐκ ἐλέγχων, λέγωμεν, ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν ἀπὸ τῶν πρώτων. 2 Ὅτι μὲν οὖν οἱ μὲν εἰσὶ συλλογισμοὶ, οἱ δὲ οὐκ ὄντες δοκοῦσι, φανερόν. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοῦτο γίνεται διά τινος ὁμοιότητος, καὶ ἐπὶ

ARISTOTELIS
DE SOPHISTICIS ELENCHIS
LIBER.

CAP. I.

De elenchis ſophiſticis omnino.

DE ſophiſticis autem elenchis, & de iis, qui videntur elenchi, cum ſint paralogiſmi, nec elenchi, dicamus, incipientes ordine naturali a principiis. 2 Aliios quidem eſſe ſyllogiſmos, alios vero, qui non (*ſyllogiſmi*) ſunt, (*ſyllogiſmos*) videri, manifeſtum eſt. Quemadmodum enim in aliis quoque rebus hoc fit propter aliquam ſimi-

τῶν λόγων ὡσαύτως ἔχει. καὶ γὰρ τὴν ἕξιν οἱ μὲν ἔχουσιν εὖ· οἱ δὲ φαίνονται φυλετικῶς φυσήσαντες καὶ ἐπισκευάσαντες ἑαυτούς· καὶ καλοὶ οἱ μὲν διὰ κάλλος· οἱ δὲ φαίνονται κομμώσαντες ἑαυτούς. ἐπί τε τῶν ἀψύχων ὡσαύτως. καὶ γὰρ τούτων τὰ μὲν ἄργυρος, τὰ δὲ χρυσός ἐστιν ἀληθῶς· τὰ δὲ ἔστι μὲν οὐ, φαίνεται δὲ κατὰ τὴν αἴσθησιν· οἷον, τὰ μὲν λιθαργύρινα καὶ τὰ κατ̀τιτέρινα ἀργυρᾶ· τὰ δὲ χολοβάφινα χρυσᾶ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ συλλογισμὸς καὶ ἔλεγχος· ὁ μέν ἐστιν· ὁ δὲ οὐκ ἔστι μέν, φαίνεται δὲ διὰ τὴν ἀπειρίαν· οἱ γὰρ ἄπειροι, ὥσπερ ἂν ἀπέχοντες πόρρωθεν, θεωροῦσιν. 3 Ὁ μὲν γὰρ συλλογισμὸς ἐκ τινῶν ἐστι τεθέντων, ὥστε συνάγειν ἐξ ἀνάγκης ἕτερόν τι τῶν κειμένων διὰ τῶν κειμένων. 4 Ἔλεγχος δὲ συλλογισμὸς μετ' ἀντιφάσεως τοῦ συμπεράσμα-

litudinem, ita etiam in argumentationibus accidit. Nam & corpus alii bene conſtitutum habent; alii vero (*habere*) videntur more pomparum inflantes ſe & apparantes; & pulchri ſunt alii propter pulchritudinem; alii vero (*eſſe*) videntur per fucum. Idem in rebus inanimatis contingit. Harum enim quaedam argentum, quaedam aurum ſunt re vera; alia vero non ſunt quidem, videntur tamen eſſe ſecundum ſenſum; velut, lithargyrina & caſſiterina (*videntur eſſe*) argentea; felle vero tincta aurea. Eodem modo autem & ſyllogiſmus & elenchus alius quidem eſt (*re vera*), alius non eſt quidem, videtur tamen eſſe ob imperitiam; nam imperiti, quaſi procul diſtantes, contemplantur. 3 Syllogiſmus ex quibuſdam colligitur ita poſitis, ut neceſſario aliquid a poſitis diverſum propter haec poſita concludatur. 4 *Elenchus* autem eſt ſyllogiſmus cum contradictione conclu-

τος. 5 Οἱ δὲ τοῦτο ποιοῦσι μὲν οὐ, δοκοῦσι δὲ διὰ πολλὰς αἰτίας· ὧν εἷς τόπος εὐφυέστατος καὶ δημοσιώτατος ὁ διὰ τῶν ὀνομάτων. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστιν αὐτὰ [καθ' αὑτὰ] τὰ πράγματα διαλέγεσθαι φέροντας, ἀλλὰ τοῖς ὀνόμασιν ἀντὶ τῶν πραγμάτων χρώμεθα συμβόλοις· τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ὀνομάτων καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἡγούμεθα συμβαίνειν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ψήφων τοῖς λογιζομένοις. τὸ δὲ οὐκ ἔστιν ὅμοιον· τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα πεπέρασται, καὶ τὸ τῶν λόγων πλῆθος· τὰ δὲ πράγματα τὸν ἀριθμὸν ἄπειρά ἐστιν· ἀναγκαῖον οὖν, πλείω τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τοὔνομα ἓν σημαίνειν. ὥσπερ οὖν κἀκεῖ οἱ μὴ δεινοὶ τὰς ψήφους φέρειν ὑπὸ τῶν ἐπιστημόνων παρακρούονται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν λόγων οἱ τῶν ὀνομάτων τῆς δυνάμεως ἄπειροι παραλογίζονται, καὶ αὐτοὶ δια-

sionis. 5 Nonnulli vero ita quidem non argumentantur, multis de cauſis videntur tamen ita argumentari; quibus unus locus eſt maxime conveniens & vulgatus a (*rerum*) nominibus. Cum enim non liceat ipſas res [per ſe] in differendo afferre, ſed cum loco rerum utamur nominibus ut ſignis; id quod de nominibus valet, etiam de rebus valere putamus, quemadmodum in calculis accidit rationes ſubducentibus. Non eſt autem in his eadem ratio; nomina enim ſunt finita, & orationum multitudo; res vero numero infinitae ſunt; igitur neceſſe eſt, eandem orationem unumque nomen plura ſignificare. Quemadmodum igitur illic rationes ſubducere neſcientes a peritis falluntur, eodem modo quoque in diſputationibus verborum vim ignorantes facile paralogiſmis decipiuntur, cum ipſi diſputantes, tum diſputantes

λεγόμενοι, καὶ ἄλλων ἀκούοντες. διὰ μὲν οὖν ταύτην τε τὴν αἰτίαν καὶ τὰς λεχθησομένας ἔστι καὶ συλλογισμὸς καὶ ἔλεγχος φαινόμενος [μὲν], οὐκ ὢν δέ. 6 Ἐπεὶ δέ ἐστί τισι μᾶλλον πρὸ ἔργου τὸ δοκεῖν εἶναι σοφοῖς, ἢ τὸ εἶναι καὶ μὴ δοκεῖν· (ἔστι γὰρ ἡ σοφιστικὴ φαινομένη σοφία, οὖσα δὲ μή· καὶ ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, ἀλλ' οὐκ οὔσης·) δῆλον, ὅτι ἀναγκαῖον τούτοις καὶ τὸ τοῦ σοφοῦ ἔργον μᾶλλον δοκεῖν ποιεῖν, ἢ ποιεῖν καὶ μὴ δοκεῖν· ἔστι δὲ (ὡς ἐν πρὸς ἓν εἰπεῖν) ἔργον περὶ ἕκαστον τοῦ εἰδότος ἀψευδεῖν μὲν αὐτὸν, περὶ ὧν οἶδε, τὸν δὲ ψευδόμενον ἐμφανίζειν δύνασθαι. ταῦτα δέ ἐστι τὸ μὲν ἐν τῷ δύνασθαι δοῦναι λόγον· τὸ δὲ ἐν τῷ λαβεῖν. ἀναγκαῖον οὖν, τοὺς βουλομένους σοφιστεύειν τὸ τῶν εἰρημένων λόγων γένος ζητεῖν· πρὸ ἔργου γάρ ἐστιν· ἡ γὰρ

Cap. II edd. Sylb. & Caſaub.

alios audientes. Ergo hanc quidem ob cauſam & eas, quae dicentur, eſt tam ſyllogiſmus, quam elenchus, qui videtur eſſe, cum non ſit. 6 Quoniam autem nonnullis magis e re eſt videri ſapientes, quam eſſe nec videri; (eſt enim *ſophiſtica*, quae videtur eſſe ſapientia, neque tamen eſt; & *Sophiſta* eſt is, qui lucrum captat a ſapientia, quae videtur eſſe, nec eſt;) patet, his neceſſarium eſſe, ut ſapientis officium magis videantur facere, quam (*re vera*) faciant, nec (*facere*) videantur; eſt autem (ut unum cum altero dicam) officium in quaque re ſcientis, in rebus, quas cognitas ille habet, non mentiri, mentientem vero alterum patefacere. Quorum hoc in eo poſitum eſt, ut rationem reddere, alterum, ut rationem (*eius, de quo diſputatur*) exigere ſciat. Neceſſarium igitur eſt ſophiſtice cavillari volentibus, ut dictarum argumentationum genus quaerant; nam e re

τοιαύτη δύναμις ποιήσει φαίνεσθαι σοφὸν, οὗ τυγχάνουσι τὴν προαίρεσιν ἔχοντες. 7 Ὅτι μὲν οὖν ἐστί τι τοιοῦτον γένος λόγων, καὶ ὅτι τοιαύτης ἐφίενται δυνάμεως, οὓς καλοῦμεν σοφιστὰς, δῆλον.

ΚΕΦ. β'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΕΝΩΝ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ.

Πόσα δέ ἐστιν εἴδη τῶν λόγων τῶν σοφιστικῶν, καὶ ἐκ πόσων τὸν ἀριθμὸν ἡ δύναμις αὕτη συνέστηκε, καὶ πόσα μέρη τυγχάνει τῆς πραγματείας ὄντα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν συντελούντων εἰς τὴν τέχνην ταύτην, ἤδη λέγωμεν. 2 Ἔστι δὴ τῶν ἐν τῷ διαλέγεσθαι λόγων γένη τέτταρα, διδασκαλικοὶ, καὶ διαλεκτικοὶ, καὶ πειραστικοὶ, καὶ ἐριστικοί. διδασκαλικοὶ μὲν οἱ ἐκ τῶν οἰκείων ἀρχῶν ἑκάστου μαθήματος, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ ἀποκρινομένου δοξῶν συλλογιζόμενοι· δεῖ γὰρ

est; talis enim facultas sapientem videri faciet, quod hi praeeligunt. 7 Esse igitur eiusmodi quoddam argumentationum genus, & huiusce modi facultatem eos expetere, quos vocamus Sophistas, manifestum est.

CAP. II.

De argumentationum generibus.

Quot vero sint species argumentationum sophisticarum, & quot numero (*sint ea, ex quibus*) haec facultas constat, & quot partes sint huius tractationis, & de aliis ad hanc artem (*sophistice differendi*) conducentibus, iam dicamus. 2 Sunt vero argumentationum in differendo genera quatuor, didascalicae, & dialecticae, & tentativae, & litigiosae. Didascalicae quidem sunt, quae ex propriis cuiusque mathematis principiis, nec ex respondentis opinionibus concludunt; nam discentem cre-

πιστεύειν τὸν μανθάνοντα· διαλεκτικοὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν ἐνδόξων συλλογιστικοὶ ἀντιφάσεως· πειραστικοὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν δοκούντων τῷ ἀποκρινομένῳ, καὶ ἀναγκαίων εἰδέναι τῷ προσποιουμένῳ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην, ὃν τρόπον δὲ διώρισται ἐν ἑτέροις· ἐριστικοὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δὲ, συλλογιστικοὶ, ἢ φαινόμενοι συλλογιστικοί. 3 Περὶ μὲν οὖν [τῶν διδασκαλικῶν καὶ] ἀποδεικτικῶν ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς εἴρηται· περὶ δὲ τῶν διαλεκτικῶν καὶ πειραστικῶν ἐν τοῖς πρότερον· περὶ δὲ τῶν ἀγωνιστικῶν καὶ ἐριστικῶν νῦν λέγωμεν.

ΚΕΦ. γ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΚΟΠΟΥ ΤΩΝ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

Πρῶτον δὴ ληπτέον, πόσων στοχάζονται οἱ ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιζόμενοι καὶ διαφιλονεικοῦντες. 2 Ἔστι δὲ ταῦτα πέντε τὸν ἀριθμὸν, ἔλεγχος, καὶ ψεῦδος,

dere oportet; dialecticae vero, quae ex probabilibus contradictionem colligunt; tentativae autem, quae (*concludunt*) ex iis, quae respondenti videntur, & quae scire necesse est scientiam sibi arrogantem, quemadmodum alibi expositum est; litigiosae denique, quae colligunt, aut colligere videntur ex iis, quae probabilia videntur, neque tamen sunt. 3 Iam vero de [didascalicis &] demonstrativis in Analyticis dictum est; de dialecticis autem & tentativis in praecedentibus; de contentiosis ergo & litigiosis nunc dicamus.

CAP. III.

De eo, quod Sophistis propositum est.

Primum autem sumendum est, quot sectentur in disputationibus certandi & vincendi studio differentes. 2 Sunt autem haec quinque numero, Elenchus, & Fal-

καὶ παράδοξον, καὶ σολοικισμὸς, καὶ πέμπτον τὸ ποιῆσαι ἀδολεσχῆσαι τὸν προσδιαλεγόμενον· (τοῦτο δέ ἐστι τὸ πολλάκις ἀναγκάζεσθαι ταὐτὸ λέγειν· ἢ τὸ μὴ ὂν, ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ἕκαστον εἶναι τούτων.) 3 Μάλιστα μὲν γὰρ προαιροῦνται φαίνεσθαι ἐλέγχοντες· δεύτερον δὲ ψευδόμενόν τι δεικνύναι· τρίτον, εἰς παράδοξον ἄγειν· τέταρτον, σολοικίζειν ποιεῖν· (τοῦτο δέ ἐστι, τὸ ποιῆσαι τῇ λέξει βαρβαρίζειν ἐκ τοῦ λόγου τὸν ἀποκρινόμενον·) τελευταῖον δὲ τὸ πλεονάκις τὸ αὐτὸ λέγειν.

ΚΕΦ. δ'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ.

Τρόποι δέ εἰσι τοῦ μὲν ἐλέγχειν δύο· οἱ μὲν γὰρ εἰσὶ παρὰ τὴν λέξιν, οἱ δὲ ἔξω τῆς λέξεως. 2 Ἔστι δὲ τὰ μὲν παρὰ τὴν λέξιν ἐμποιοῦντα τὴν φαντασίαν

Cap. III edd. Sylb. & Caſaub.

ſum, & Paradoxum, & Soloeciſmus, & quintum Efficere, ut differens nugetur; (hoc vero eſt cogere (*eum*), ut ſaepius idem dicat; aut id, quod non eſt, ſed videtur horum quodvis eſſe). 3 Nam maxime hoc praeeligunt (*contentioſe differentes*), ut *videantur* elencho redarguere; ſecundo, ut aliquid mentientem oſtendant; tertio, ut ad paradoxum ducant; quarto, ut ſoloeciſmum committere faciant; (hoc vero eſt Efficere, ut reſpondens in diſputatione oratione barbara utatur;) poſtremo ut ſaepius idem dicere (*cogant*).

CAP. IV.

De fallaciis ſecundum dictionem.

Modi autem elenchis redarguendi duo ſunt; nam alii quidem verſantur *circa dictionem*, alii vero *extra dictionem*. 2 Sunt autem, quae ſecundum dictionem (*elenchi*)

ἐξ τὸν ἀριθμόν· ταῦτα δέ ἐστιν, ὁμωνυμία, ἀμφιβολία, σύνθεσις, διαίρεσις, προσῳδία, καὶ σχῆμα λέξεως. τούτου δὲ πίστις ἥτε διὰ τῆς ἐπαγωγῆς καὶ συλλογισμὸς, ἄν τε ληφθῇ τις ἄλλος, καὶ ὅτι τοσαυταχῶς ἂν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καὶ λόγοις μὴ ταὐτὸ δηλώσαιμεν. 3 Εἰσὶ δὲ παρὰ μὲν τὴν ὁμωνυμίαν οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων· οἷον, ὅτι μανθάνουσιν οἱ ἐπιστάμενοι· τὰ γὰρ ἀποστοματιζόμενα μανθάνουσιν οἱ γραμματικοί· τὸ γὰρ μανθάνειν ὁμώνυμον, τό, τε ξυνιέναι χρώμενον τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ, τὸ λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην· καὶ πάλιν, ὅτι τὰ κακὰ ἀγαθά· τὰ γὰρ δέοντα ἀγαθά· τὰ δὲ κακὰ δέοντα· διττὸν γὰρ τὸ δέον, τό, τ' ἀναγκαῖον, ὃ συμβαίνει πολλάκις καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν· (ἔστι γάρ κακόν τι ἀναγκαῖον·) καὶ τὰ ἀγαθὰ δὲ δέοντα φαμὲν εἶναι. ἔτι, τὸν αὐτὸν καθῆσθαι καὶ ἑστάναι, καὶ κά-

speciem faciunt, numero sex; haec vero sunt, homonymia, amphibolia, compositio, divisio, accentus, & figura dictionis. Huius autem fides fit & inductione & syllogismo, cum, si sumtus fuerit alius quispiam modus, (*nam hic ad supra dictos revocari poterit*,) tum etiam, quod tot modis tantum possimus iisdem nominibus & orationibus non idem declarare. 3 Ab homonymia quidem proficiscuntur huiusmodi argumentationes; velut, scientes *discere;* nam ea, quae ore recitantur, *discunt* Grammatici; *discere* enim est homonymum (*significans*) &, utentem scientiâ intelligere, &, acquirere scientiam; Et rursus, mala esse bona; nam τὰ δέοντα bona sunt; sunt autem mala δέοντα; duplex enim τὸ δέον (*significans*) &, necessarium, quod saepius etiam in mala cadit; (nam est malum quidpiam necessarium;) &, bona quoque δέοντα dicimus. Porro, eundem sedere &

μνειν καὶ ὑγιαίνειν· ὅσπερ γὰρ ἀνίστατο, ἔστηκε· καὶ ὅσπερ ὑγιάζετο, ὑγιαίνει· ἀνίστατο δὲ ὁ καθήμενος, καὶ ὑγιάζετο ὁ κάμνων· τὸ γὰρ τὸν κάμνοντα ὁτιοῦν ποιεῖν, ἢ πάσχειν, οὐχ ἓν σημαίνει· ἀλλ' ὁτὲ μὲν, ὅτι ὁ νῦν κάμνων, ἢ καθήμενος· ὁτὲ δὲ, ὃς ἔκαμνε πρότερον· πλὴν ὑγιάζετο μὲν καὶ κάμνων, καὶ Ὁ κάμνων· ὑγιαίνει δὲ Ὁ οὐ κάμνων, ἀλλ' κάμνων, οὐ, νῦν, ἀλλὰ, πρότερον. 4 Παρὰ δὲ τὴν ἀμφιβολίαν οἱ τοιοίδε, τὸ βούλεσθαι λαβεῖν με τοὺς πολεμίους· καὶ, ἆρ', ὅ τις γινώσκει, τοῦτο γινώσκει; καὶ γὰρ [καὶ] τὸ γινώσκοντα καὶ τὸ γινωσκόμενον ἐνδέχεται ὡς γινώσκοντα σημαῖναι τούτῳ τῷ λόγῳ· καὶ, ἆρα, ὃ ὁρᾷ τις, τοῦτο ὁρᾷ; ὁρᾷ δὲ τὸν κίονα· ὥστε ὁρᾷ ὁ κίων; καὶ, ἆρα, ὃ σὺ φῂς εἶναι, τοῦτο σὺ φὴς εἶναι; φὴς δὲ λίθον

ſtare, & aegrotare & valere; nam, qui ſurgebat, ſtat; &, qui convaleſcebat, valet; ſurgebat autem ſedens, & convaleſcebat aegrotans; etenim aegrotantem quodvis facere, vel pati, non unum ſignificat, ſed interdum *nunc* aegrotantem, aut ſedentem (*quodvis facere, vel pati*); interdum vero eum, qui aegrotabat prius, (*aut ſedebat*); enimvero convaleſcebat & Aegrotans, & 'O Aegrotans; valet autem non Aegrotans, ſed 'O Aegrotans, non, (*qui*) nunc, ſed, (*qui*) prius (*aegrotabat*). 4 Ex amphibolia autem ducuntur tales (*argumentationes*): Velle capere me hoſtes; &, num, quod quiſpiam cognoſcit, hoc cognoſcit? nam & τὸ *qui cognoſcit*, & τὸ *quod cognoſcitur*, poteſt ceu *cognoſcens* indicare hac oratione; Et, num, quod quis videt, hoc videt? videt autem columnam; videtne igitur columna? Et, num, quod Tu dicis eſſe, hoc Tu dicis eſſe? Dicis autem lapidem

εἶναι· σὺ ἄρα φὴς λίθος εἶναι; καὶ, ἆρά ἐστι, σιγῶντα λέγειν; διττὸν γάρ [ἐστι] καὶ τὸ σιγῶντα λέγειν, τό, τε τὸν λέγοντα σιγᾶν, καὶ τὸ τὰ λεγόμενα. 5 Εἰσὶ δὲ τρεῖς τρόποι τῶν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν ἀμφιβολίαν. εἷς μὲν, ὅταν ὁ λόγος ἢ τοὔνομα κυρίως σημαίνῃ πλείω· οἷον, ἀετὸς, καὶ κύων· εἷς δὲ, ὅταν εἰωθότες ὦμεν οὕτω λέγειν· τρίτος δὲ, ὅταν τὸ συντεθὲν πλείω σημαίνῃ· κεχωρισμένον δὲ ἁπλῶς, οἷον, τὸ ἐπίστασθαι γράμματα· ἑκάτερον μὲν γὰρ εἰ ἔτυχεν, ἕν τι σημαίνει, τὸ ἐπίστασθαι, καὶ, τὰ γράμματα· ἄμφω δὲ πλείω ἢ τὸ τὰ γράμματα αὐτὰ ἐπιστήμην ἔχειν, ἢ τῶν γραμμάτων ἄλλον. ἡ μὲν οὖν ἀμφιβολία καὶ ὁμωνυμία παρὰ τούτους τοὺς τρόπους ἐστί. 6 Παρὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τὰ τοιάδε· οἷον, τὸ δύνασθαι καθήμενον βαδίζειν, καὶ μὴ γράφοντα γράφειν.

esse; Tu igiturne (*Te*) dicis lapidem esse? Et, num licet, *tacentem* dicere? Nam duplex est quoque τὸ tacentem (*σιγῶντα*) dicere (*significans*) &, eum silere, qui dicit, & ea, quae dicuntur. 5 Sunt autem tres modi argumentationum ab homonymia & amphibolia. Unus quidem, si oratio vel nomen proprie plura significat; velut, aquila, & canis; alter vero, si soliti sumus ita loqui; tertius denique, si coniunctum plura significat; separatim simpliciter (*accipitur*), velut, scire literas; nam utrumque si sumtum fuerit (*separatim*), unum quidpiam significat, τὸ scire, &, literae; ambo autem iuncta plura (*significant*), aut ipsas literas scientiam habere, aut alium literarum (*scientiam habere*). Ergo amphibolia quidem & homonymia his modis continentur. 6 Secundum compositionem autem fiunt tales (*argumentationes*); velut, posse sedentem ambulare, &

οὐ γὰρ ταὐτὸν σημαίνει, ἂν διελὼν τις εἴπῃ, καὶ συνθεὶς, ὡς δυνατὸν τὸν καθήμενον βαδίζειν, καὶ μὴ γράφοντα γράφειν· καὶ τοῦθ' ὡσαύτως ἄν τις συνθῇ, τὸν μὴ γράφοντα γράφειν· σημαίνει γὰρ, ὡς ἔχει δύναμιν τοῦ μὴ γράφοντα γράφειν· ἐὰν δὲ μὴ συνθῇ, ὅτι ἔχει δύναμιν, ὅτε οὐ γράφει, τοῦ γράφειν. καὶ μανθάνει νῦν γράμματα, εἴπερ ἐμάνθανεν, ἃ ἐπίσταται. ἔτι, τὸ ἓν μόνον δυνάμενον φέρειν πολλὰ δύνασθαι φέρειν. 7 Παρὰ δὲ τὴν διαίρεσιν, ὅτι τὰ πέντε ἐστὶ δύο καὶ τρία, καὶ περιττὰ καὶ ἄρτια· καὶ τὸ μεῖζον ἴσον· τοσοῦτον γὰρ, καὶ ἔτι πρός. ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος διῃρημένος καὶ συγκείμενος οὐκ ἀεὶ ταὐτὸ σημαίνειν ἂν δόξειεν· οἷον,

Ἐγώ σε ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον.

καὶ τὸ,

Πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.

scribere non scribentem. Non enim idem valet, si quis seperatim dixerit, & coniunctim, posse sedentem ambulare, & scribere non scribentem; atque hoc itidem si quis coniunxerit, non scribentem scribere; nam significat, aliquem habere potestatem, ut non scribendo scribat; si vero non coniunxerit, habere illum potestatem, quando non scribat, ut scribat. Ac discit nunc literas, siquidem didicit, quae scit. Praeterea, id quod unum tantum ferre potest, multa ferre posse. 7 Ad divisionem autem (*hae argumentationes*) pertinent, quinque esse duo & tria, atque imparia & paria; & maius esse aequale (*cum eo, quo maius est*); tantum enim esse, & etiamnum amplius. Nam eadem oratio divisa & coniuncta non semper idem significare videtur; velut,

Ego te servum feci liberum;

& illud,

Quinquaginta e viris centum liquit divus Achilles.

8 Παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν ἐν μὲν τοῖς ἄνευ γραφῆς διαλεκτικοῖς οὐ ῥᾴδιον ποιῆσαι λόγον. ἐν δὲ τοῖς γεγραμμένοις καὶ ποιήμασι μᾶλλον· οἷον καὶ τὸν Ὅμηρον ἔνιοι διορθοῦνται πρὸς τοὺς ἐλέγχοντας, ὡς ἀτόπως εἰρηκότα,

——— τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

λύουσι γὰρ αὐτὸ τῇ προσῳδίᾳ λέγοντες τὸ οὐ ὀξύτερον. καὶ τὸ περὶ τὸ ἐνύπνιον τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὅτι οὐκ αὐτὸς ὁ Ζεὺς εἶπεν, *

——— δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι,

ἀλλὰ τῷ ἐνυπνίῳ ἐνετέλλετο διδόναι. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα παρὰ τὴν προσῳδίαν ἐστίν. 9 Οἱ δὲ παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως συμβαίνουσιν, ὅταν τὸ μὴ ταὐτὸν ὡσαύτως ἑρμηνεύηται· οἷον, τὸ ἄῤῥεν θῆλυ· ἢ τὸ θῆλυ ἄῤῥεν· ἢ τὸ μεταξὺ θάτερον τούτων· ἢ πάλιν τὸ ποσὸν

8 Ex accentu vero in non ſcriptis diſſertationibus haud facile eſt efficere argumentationem. In ſcriptis autem & carminibus potius; ſicut etiam Homerum nonnulli tuentur adverſus reprehendentes, quaſi abſurde ille dixerit,

——— τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

Nam ſolvunt hoc per accentum dicentes τὸ Οὐ accentu acuto (*ſpiritu aſpero*) eſſe notandum. Illud quoque de Agamemnonis ſomnio (*defendunt*), quia non ipſe Iuppiter dixerit,

——— δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι,

ſed Somnio mandaverit διδόναι. Quae igitur ſunt eiuſmodi, ex accentu ſumuntur. 9 Argumentationes vero ſecundum dictionis figuram accidunt, ſi quis eodem modo interpretatur, quod non eſt idem; velut, maſculum ut feminam; aut feminam ut maſculum; aut neutrum ut alterum horum; vel rurſus quantum ut

ποιόν· ἢ τὸ ποιὸν ποσόν· ἢ τὸ ποιοῦν πάσχον· ἢ τὸ διακείμενον ποιοῦν· καὶ τὰ ἄλλα, ὡς διήρηται πρότερον. ἔστι γὰρ τὸ μὴ τῶν ποιεῖν ὄν, ὡς τῶν ποιεῖν τι, τῇ λέξει σημαίνειν. οἷον, τὸ ὑγιαίνειν ὁμοίῳ σχήματι τῆς λέξεως λέγεται τῷ τέμνειν, ἢ οἰκοδομεῖν. καίτοι τὸ μὲν ποιόν τι καὶ διακείμενόν πως δηλοῖ· τὸ δὲ ποιεῖν τι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 10 Οἱ μὲν οὖν παρὰ τὴν λέξιν ἔλεγχοι ἐκ τούτων τῶν τρόπων εἰσί.

ΚΕΦ. ε'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ ΕΞΩ ΤΗΣ ΛΕΞΕΩΣ.

Τῶν δὲ ἔξω τῆς λέξεως παραλογισμῶν εἴδη εἰσὶν ἑπτά· ἓν μὲν παρὰ τὸ συμβεβηκός· δεύτερον δὲ τὸ ἁπλῶς, ἢ μὴ ἁπλῶς, ἀλλὰ πῇ, ἢ ποῦ, ἢ ποτὲ, ἢ Cap. IV edd. Sylb. & Cafaub.

quale; aut quale ut quantum; aut agens ut patiens; aut affectum quid ut agens; & cetera, ut ſupra diviſa fuerunt. Nam fieri poteſt, ut id, quod non eſt ſub agendi categoria, perinde quaſi ſub ea ſit, dictione ſignificetur. Velut, *Valere* ſimili dictionis figura dicitur, qua *Secare*, vel *Aedificare*. Quamquam illud quidem quale quidpiam, & certo quodam modo affectum declarat; hoc vero aliquid Agere. Eodem autem modo in aliis quoque. 10 Elenchi igitur ex dictione his modis fiunt.

CAP. V.

De fallaciis extra dictionem.

Paralogiſmorum autem extra dictionem (*a rebus dictorum*) ſpecies ſunt ſeptem: una ex accidente; ſecunda, quod ſimpliciter, vel non ſimpliciter, ſed quadamtenus, vel alicubi, vel aliquando, vel reſpectu ad aliquid di-

πρός τι λέγεσθαι· τρίτον δὲ τὸ παρὰ τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν· τέταρτον δὲ τὸ παρὰ τὸ ἑπόμενον· πέμπτον δὲ τὸ παρὰ τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν· ἕκτον δὲ τὸ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον, ὡς αἴτιον, τιθέναι· ἕβδομον δὲ τὸ παρὰ τὸ τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιεῖν. 2 Οἱ μὲν οὖν παρὰ τὸ συμβεβηκὸς παραλογισμοί εἰσιν, ὅταν ὁμοίως ὁτιοῦν ἀξιωθῇ τῷ πράγματι καὶ τῷ συμβεβηκότι ὑπάρχειν· ἐπεὶ γὰρ τῷ αὐτῷ πολλὰ συμβέβηκεν, οὐκ ἀνάγκη, πᾶσι τοῖς κατηγορουμένοις, καὶ καθ' οὗ κατηγορεῖται, ταῦτα πάντα ὑπάρχειν· πάντα γὰρ οὕτως ἔσται ταὐτὰ, [ὥσπερ φασὶν οἱ σοφισταί·] οἷον, εἰ ὁ Κορίσκος ἕτερος ἀνθρώπου, αὐτὸς αὑτοῦ ἕτερος· ἔστι γὰρ ἄνθρωπος· ἢ, εἰ Σωκράτους ἕτερος, ὁ δὲ Σωκράτης ἄνθρωπος, ἕτερον ἀνθρώπου φασὶν ὡμολογηκέναι διὰ τὸ συμβεβηκέναι, οὗ ἕτερον ἔφησεν εἶναι, τοῦτον εἶναι ἄνθρωπον. 3 Οἱ δὲ παρὰ τὸ ἁπλῶς τό-

catur; tertia propter elenchi ignorantiam; quarta ex conſequenti; quinta quia petitur a principio (*quaeſitum*); ſexta, quia non cauſa, ut cauſa, ponitur; ſeptima denique, quia plures interrogationes pro una accipiuntur. 2 Ex accidente quidem paralogiſmi ſunt, cum quidvis poſtulatum fuerit aeque rei atque accidenti ineſſe. Quoniam enim multa eidem accidunt, non eſt neceſſe, omnibus praedicatis, & (*ſubiecto*), de quo illa praedicantur, haec omnia ineſſe; nam alioqui omnia erunt eadem; [quemadmodum Sophiſtae dicunt;] velut, ſi Coriſcus eſt diverſus ab homine, ipſe a ſe diverſus (*eſt*); eſt enim homo; aut, ſi a Socrate (*eſt*) diverſus, Socrates autem homo (*eſt*), diverſum eſſe ab homine aiunt (*adverſarium*) conceſſiſſe propterea, quod ei, a quo diverſum eſſe dixit, accidit, ut ſit homo. 3 Ex eo vero, quod ſimpliciter tale dicitur, vel quadamtenus, nec

δε, ἢ πῇ λέγεσθαι, καὶ μὴ κυρίως, ὅταν τὸ ἐν μέρει λεγόμενον ὡς ἁπλῶς εἰρημένον ληφθῇ· οἷον, εἰ τὸ μὴ ὂν ἐστὶ δοξαστὸν, ὅτι τὸ μὴ ὂν ἔστιν· οὐ γὰρ ταὐτὸν, εἶναί τέ τι, καὶ εἶναι ἁπλῶς· ἢ πάλιν, ὅτι τὸ ὂν οὐκ ἔστιν ὄν, εἰ τῶν ὄντων τι μή ἐστιν· οἷον, εἰ μὴ ἄνθρωπος· οὐ γὰρ ταὐτὸ, μὴ εἶναί τι, καὶ, ἁπλῶς μὴ εἶναι· Φαίνεται δὲ διὰ τὸ πάρεγγυς τῆς λέξεως καὶ μικρὸν διαφέρειν τὸ εἶναί τι τοῦ εἶναι, καὶ τὸ μὴ εἶναί τι τοῦ μὴ εἶναι. ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τὸ πῇ, καὶ ἁπλῶς· οἷον, εἰ ὁ Ἰνδὸς ὅλος μέλας ὢν λευκός ἐστι τοὺς ὀδόντας· λευκὸς ἄρα καὶ οὐ λευκός ἐστιν· ἢ, εἰ ἅμα πῇ, ὅτι ἅμα τὰ ἐναντία ὑπάρχει· τὸ δὲ τοιοῦτον ἐπ' ἐνίων μὲν παντὶ θεωρῆται ῥᾴδιον· οἷον, εἰ λαβὼν, μέλανα εἶναι τὸν Αἰθίοπα, τοὺς ὀδόντας, ἔροιτο, εἰ λευκός· εἰ οὖν ταύτῃ λευκὸς, ὅτι μέλας, καὶ οὐ μέ-

proprie, (*paralogiſmi ducuntur*), ſi particulariter dictum ut ſimpliciter dictum ſumtum fuerit; velut, ſi non ens eſt opinabile, non ens eſt; non enim idem valet, eſſe aliquid, & eſſe ſimpliciter; aut rurſus, ens non eſt ens, ſi aliquid eorum, quae ſunt, non eſt; velut, ſi non (*eſt*) homo; non enim idem valent, aliquid non eſſe, &, ſimpliciter non eſſe; videntur autem propter vicinitatem dictionis parum differre τὸ eſſe aliquid & τὸ eſſe, ac τὸ non eſſe aliquid & τὸ non eſſe. Similiter vero etiam (*paralogiſmi ducuntur*) ex eo, quod quadamtenus & ſimpliciter (*dicitur*); velut, ſi Indus totus niger albus eſt quoad dentes; albus igitur & non albus eſt; aut, ſi ambo quadamtenus (*inſunt*), contraria ſimul ineſſe; cuiuſmodi (*paralogiſmum*) in nonnullis (*argumentationibus*) cuivis facile eſt animadvertere; velut, ſi quis ſumens, Aethiopem eſſe nigrum, quoad dentes, roget, an ſit albus; ſi ergo hactenus albus ſit, arbitretur, per-

λας, οἷοιτο διειλέχθαι συλλογιστικῶς, τελειώσας τὴν ἐρώτησιν· ἐπ' ἐνίων δὲ λανθάνει πολλάκις, ἐφ' ὅσων, ὅταν πῇ λέγηται, κἂν τὸ ἁπλῶς δόξειεν ἀκολουθεῖν· καὶ ἐν ὅσοις μὴ ῥᾴδιον θεωρῆσαι, πότερον αὐτῶν κυρίως ἀποδοτέον· γίνεται δὲ τὸ τοιοῦτον ἐν ὅσοις ὁμοίως ὑπάρχει τὰ ἀντικείμενα· δοκεῖ γὰρ ἢ ἄμφω, ἢ μηδέτερον δοτέον ἁπλῶς εἶναι κατηγορεῖν· οἷον, εἰ τὸ μὲν ἥμισυ λευκόν· τὸ δὲ ἥμισυ μέλαν· πότερον λευκόν, ἢ μέλαν; 4 Οἱ δὲ παρὰ τὸ μὴ διωρίσθαι, τί ἐστι συλλογισμὸς, ἢ τί ἔλεγχος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ λόγου γίνονται· ἔλεγχος μὲν γάρ ἐστιν ἀντίφασις τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς, μὴ ὀνόματος, ἀλλὰ πράγματος· καὶ ὀνόματος μὴ συνωνύμου, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῶν δοθέντων ἐξ ἀνάγκης, μὴ συναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως,

fecta interrogatione, ſe probaſſe, eſſe illum nigrum & non nigrum; in nonnullis autem ſaepius (*eiuſmodi paralogiſmus*) latet, in quibus, cum quadamtenus dicatur, conſequi videtur, ut etiam ſimpliciter (*dicatur*); & in quibus haud facile eſt perſpicere, utrum eorum proprie ſit attribuendum; ſit vero hoc in iis, in quibus oppoſita pariter inſunt; nam videtur concedendum eſſe, aut ambo, aut neutrum, quaſi inſint, praedicari oportere; velut, ſi (*unum*) dimidium quidem eſt album; (*alterum*) vero dimidium nigrum; utrum (*eorum*) ſit album, an nigrum? 4 Alii vero (*paralogiſmi*) fiunt, quia non eſt definitum, quid ſit ſyllogiſmus, vel quid elenchus, ſed definitio omiſſa eſt; nam elenchus quidem eſt contradictio unius & eiuſdem, non nominis, ſed rei; ac nominis non ſynonymi, ſed eiuſdem, ex conceſſis neceſſario (*collecta*), non connumerato principio quaeſito, (*eoque ſumto*) ſecundum idem, & (*reſpectu*) ad

καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸ ψεύδεσθαι περί τινος. ἔνιοι δὲ ἀπολιπόντες τι τῶν λεχθέντων φαίνονται ἐλέγχειν· οἷον, ὅτι τὸ αὐτὸ διπλάσιον καὶ οὐ διπλάσιον· τὰ γὰρ δύο τοῦ μὲν ἑνὸς διπλάσια, τῶν δὲ τριῶν οὐ διπλάσια· ἢ, εἰ τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ διπλάσιον καὶ οὐ διπλάσιον, ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό· κατὰ μὲν γὰρ τὸ μῆκος διπλάσιον· κατὰ δὲ τὸ πλάτος οὐ διπλάσιον· ἢ, εἰ τοῦ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως, ἀλλ' οὐχ ἅμα· διόπερ ἐστὶ φαινόμενος ἔλεγχος· ἔλκοι δ' ἄν τις τοῦτον καὶ εἰς τοὺς παρὰ τὴν λέξιν. 5 Οἱ δὲ παρὰ τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν γίνονται μὲν οὕτως καὶ τοσαυταχῶς, ὁσαχῶς ἐνδέχεται τὸ ἐξ ἀρχῆς αἰτεῖσθαι· φαίνονται δὲ ἐλέγχειν διὰ τὸ μὴ δύνασθαι συνορᾶν τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ ἕτερον. 6 Ὁ δὲ παρὰ τὸ ἑπόμενον ἔλεγχος, διὰ τὸ οἴεσθαι ἀν-

idem, & eodem modo, eodemque tempore. Nec aliter & mentiri de aliqua re (*contingit*). Nonnulli praeterea, praetermisso aliquo ex dictis, videntur elencho redarguere; velut, idem esse duplum & non duplum; nam duo sunt unius quidem dupla, trium vero non dupla; aut, si idem est eiusdem duplum & non duplum, at non secundum idem; sed secundum longitudinem quidem duplum; secundum latitudinem vero non duplum; aut si eiusdem, & secundum idem, & eodem modo, at non simul; idcirco est specie tantum elenchus; sed revocaverit forte aliquis hunc (*paralogismum*) ad eos, qui in dictione (*consistunt*). 5 Qui autem ex eo oriuntur (*paralogismi*), quod a principio quaesitum sumitur, sic & tot modis fiunt, quot modis accidit a principio quaesitum peti; videntur autem redarguere, quia discerni non potest idem & diversum. 6 Elenchus vero propter consequens (*videtur esse*), quia sunt, qui pu-

τιστρέφειν τὴν ἀκολούθησιν. ὅταν γὰρ, τουδὶ ὄντος, ἐξ ἀνάγκης τόδε ἦ· καὶ, τοῦδε ὄντος, οἴονται, καὶ θάτερον εἶναι ἐξ ἀνάγκης. ὅθεν καὶ αἱ περὶ τὴν δόξαν ἐκ τῆς αἰσθήσεως ἀπάται γίνονται. πολλάκις γὰρ τὴν χολὴν μέλι ὑπολαμβάνομεν εἶναι, διὰ τὸ ἕπεσθαι τὸ ξανθὸν χρῶμα τῷ μέλιτι. καὶ ἐπεὶ συμβαίνει τὴν γῆν ὕσαντος γίνεσθαι διάβροχον· κἂν ᾖ διάβροχος, ὑπολαμβάνομεν ὕσαι· τὸ δὲ οὐκ ἀναγκαῖον. 7 Ἐν δὲ τοῖς ῥητορικοῖς αἱ κατὰ τὸ σημεῖον ἀποδείξεις ἐκ τῶν ἑπομένων εἰσί. βουλόμενοι γὰρ δεῖξαι, ὅτι μοιχὸς, τὸ ἑπόμενον ἔλαβον, ὅτι καλλωπιστὴς, ἢ ὅτι νύκτωρ ὁρᾶται πλανώμενος. πολλοῖς δὲ ταῦτα μὲν ὑπάρχει, τὸ δὲ κατηγορούμενον οὐχ ὑπάρχει. 8 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς· οἷον ὁ Μελίσσου λόγος, ὅτι ἄπειρον τὸ ἅπαν· λαβὼν τὸ μὲν ἅπαν ἀγέννητον· (ἐκ

tent, conſecutionem reciprocari. Quando enim, ſi illud eſt, neceſſario hoc eſt; etiam, ſi hoc eſt, putant, alterum neceſſario eſſe. Unde quoque circa opinionem ex ſenſu deceptiones fiunt. Nam ſaepe fel putamus mel eſſe, quia flavus color conſequens eſt melli. Et quoniam accidit, ut terra, cum pluit, madefiat; etiam, ſi madida ſit terra, pluiſſe exiſtimamus; hoc vero non eſt neceſſarium. 7 In rhetoricis porro (*argumentationibus*), quae a ſignis ducuntur demonſtrationes, ex conſequentibus fiunt. Nam volentes probare, (*aliquem*) moechum eſſe, conſequens ſumunt, eſſe eum calamiſtratum, aut noctu in plateis circumvagantem conſpici. Multis autem haec quidem inſunt, de quibus tamen praedicatum non valet. 8 Similiter vero etiam in ſyllogiſticis (*argumentationibus res ſe habet*); velut Meliſſi argumentatio, Univerſum eſſe infinitum; ſumto (*principio*), Univerſum eſſe ingenitum; (nam ex eo, quod non eſt, fieri

γὰρ μὴ ὄντος οὐδὲν ἂν γενέσθαι·) τὸ δὲ γενόμενον ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι· εἰ οὖν μὴ γέγονεν, ἀρχὴν οὐκ ἔχει τὸ πᾶν· ὥστε ἄπειρον. οὐκ ἀνάγκη δὲ, τοῦτο συμβαίνειν. οὐ γὰρ, εἰ τὸ γενόμενον ἅπαν ἀρχὴν ἔχει, καὶ, εἴ τι ἀρχὴν ἔχει, γέγονεν· ὥσπερ οὐδ', εἰ ὁ πυρέττων θερμὸς, ἀνάγκη, καὶ τὸν θερμὸν πυρέττειν. 9 Ὁ δὲ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον, ὅταν προσληφθῇ τὸ ἀναίτιον, ὡς παρ' ἐκεῖνο γενομένου τοῦ ἐλέγχου. συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον ἐν τοῖς εἰς τὸ ἀδύνατον συλλογισμοῖς· ἐν τούτοις γὰρ ἀναγκαῖον ἀναιρεῖν τι τῶν κειμένων. ἐὰν οὖν καταριθμηθῇ ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἐρωτήμασι πρὸ τοῦ συμπεράσματος τὸ συμβαῖνον ἀδύνατον, δόξει παρὰ τοῦτο γίνεσθαι πολλάκις ὁ ἔλεγχος· οἷον, ὅτι οὐκ ἔστι ψυχὴ καὶ ζωὴ ταὐτόν· εἰ γὰρ φθορᾷ γένεσις ἐναντίον, καὶ τῇ τινι φθορᾷ ἔσται τις

nihil poſſe;) quod autem genitum eſt, id ex principio genitum eſſe; quare niſi eſt genitum, principium non habet Univerſum; proinde eſt infinitum. Non neceſſe autem eſt, hoc evenire. Non enim, ſi, quidquid genitum eſt, principium habet, etiam, ſi quid habet principium, genitum eſt; quemadmodum nec, ſi febricitans eſt calidus, neceſſe eſt, etiam calidum febricitare. 9 Ex eo autem, quod non cauſa ut cauſa (*ſumitur, paralogiſmus eſt*), cum aſſumta fuerit non cauſa, quaſi ob eam fiat elenchus. Accidit vero eiuſmodi quid in ſyllogiſmis ad impoſſibile ducentibus; nam in his neceſſe eſt, refellere aliquid eorum, quae poſita ſunt. Si igitur numeratum ſit in neceſſariis interrogationibus ante concluſionem eveniens illud impoſſibile, ſaepe videbitur ob id fieri elenchus; velut, non idem eſſe animam & vitam; nam ſi interitui ortus eſt contrarius, etiam cuidam interitui erit quidam ortus contrarius; atqui

γένεσις ἐναντίον· ὁ δὲ θάνατος φθορά τις, καὶ ἐναντίον ζωῆ· ὥστε γένεσις ἡ ζωὴ, καὶ τὸ ζῆν γίνεσθαι· τοῦτο δὲ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ταὐτὸν ἡ ψυχὴ καὶ ἡ ζωή. οὐ δὴ συλλελόγισται· συμβαίνει γὰρ, κἂν μή τις ταὐτὸν φῇ τῇ ψυχῇ τὴν ζωὴν, τὸ ἀδύνατον, ἀλλὰ μόνον, ἐναντίον ζωὴν μὲν θανάτῳ ὄντι φθορᾷ, φθορᾷ δὲ γένεσιν. ἀσυλλόγιστοι μὲν οὖν ἁπλῶς οὐκ εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι λόγοι· πρὸς δὲ τὸ κείμενον ἀσυλλόγιστοι· καὶ λανθάνει πολλάκις οὐχ ἧττον αὐτοὺς τοὺς ἐρωτῶντας τὸ τοιοῦτον. 10 Οἱ μὲν οὖν παρὰ τὸ ἑπόμενον καὶ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον λόγοι τοιοῦτοί εἰσιν. 11 Οἱ δὲ παρὰ τὸ τὰ δύο ἐρωτήματα ἓν ποιεῖν, ὅταν λανθάνῃ πλείω ὄντα, καὶ, ὡς ἑνὸς ὄντος, ἀποδοθῇ ἀπόκρισις μία. ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν ῥᾴδιον ἰδεῖν, ὅτι πλείω, καὶ ὅτι οὐ δοτέον ἀπόκρισιν· οἷον, πότερον ἡ γῆ θάλαττά ἐστιν,

mors est interitus quidam, & contrarium vitae; quare ortus est vita, & vivere est oriri; hoc vero est impossibile; igitur non idem sunt anima & vita. Iam vero non est conclusum syllogismo; accidit enim impossibile, etiamsi quis non asserat, vitam esse idem atque animam; sed tantum (*syllogismo conclusum est*), vitam esse contrariam morti ut interitui, interitui autem (*esse contrarium*) ortum. Ergo huiusce modi argumentationes non sunt ad concludendum omnino ineptae, sed propositum non concludunt; & latet saepius non minus eiusmodi vitium interrogantes ipsos. 10 Ex consequente igitur, & ex non causa argumentationes tales sunt. 11 Ex eo vero, quod duae interrogationes pro una accipiuntur, (*fiunt paralogismi*,) si latet, plures esse, &, quasi una sit (*interrogatio*,) datur una responsio. Nonnunquam facile quidem est animadvertere, plures esse, nec dandam esse responsionem (*unam*); velut,

ἢ οὐρανός; ἐπ' ἐνίων δὲ ἧττον· καὶ, ὡς ἑνὸς ὄντος, [διδόασιν ἀπόκρισιν, καὶ ἐλέγχονται,] ἢ ὁμολογοῦσι τῷ μὴ ἀποκρίνεσθαι τὸ ἐρωτώμενον, ἢ ἐλέγχεσθαι φαίνονται· οἷον, ἆρα οὗτος καὶ οὗτός ἐστι ἄνθρωπος; ὥστε ἄν τις τύπτῃ τοῦτον καὶ τοῦτον, ἄνθρωπον, ἀλλὰ οὐκ ἀνθρώπους, τυπτήσει· ἢ πάλιν, ὧν τὰ μὲν ἐστὶν ἀγαθὰ, τὰ δὲ οὐκ ἀγαθὰ, πάντα ταῦτα ἀγαθὰ, ἢ οὐκ ἀγαθά; ὁπότερον γὰρ ἂν ᾖ, ἔστι μὲν ὡς ἔλεγχον ἡ ψεῦδος φαινόμενον δέξειεν ἂν εἶναι· τὸ γὰρ φάναι τῶν μὴ ἀγαθῶν εἶναί τι ἀγαθὸν, ἢ τῶν ἀγαθῶν μὴ ἀγαθὸν, ψεῦδος. ὁτὲ δὲ προσληφθέντων τινῶν καὶ ἔλεγχος γένοιτο ἀληθινός. οἷον, εἴ τις δοίη, ὁμοίως ἓν καὶ πολλὰ λέγεσθαι λευκὰ, καὶ γυμνὰ, καὶ τυφλά. εἰ γὰρ τυφλὸν τὸ μὴ ἔχον ὄψιν, πεφυκὸς δὲ ἔχειν· καὶ τυ-

utrum terra mare ſit, an coelum? In nonnullis autem minus id perſpicitur; &, quaſi una ſit (*interrogatio*) [reſponſionem dant, & redarguuntur elencho], aut aſſentiuntur, quia non reſpondent, quod rogatum eſt, aut redargui videntur; velut, num hic & hic eſt homo? quare, ſi quis hunc & hunc verberet, hominem, non homines verberabit; aut rurſus, quorum alia quidem ſunt bona, alia vero non bona, haec omnia ſuntne bona, an non bona? utrumvis enim dixerit, fieri poteſt, ut videatur aut in elenchum (*incidere*), aut dicere, quod videtur falſum eſſe; nam ſive dicatur, aliquid eorum, quae non ſunt bona, eſſe bonum, aut aliquid eorum, quae ſunt bona, non eſſe bonum, falſum (*dicitur*). Interdum vero aſſumtis quibuſdam etiam verus elenchus fieri poteſt. Velut, ſi quis conceſſerit, aeque unum ac multa dici alba, & nuda, & caeca. Nam ſi caecum eſt, quod non habet viſum, cum naturâ videre debeat; etiam

φλὰ ἔσται τὰ μὴ ἔχοντα, πεφυκότα δὲ ἔχειν. ὅταν οὖν τὸ μὲν ἔχῃ, τὸ δὲ μὴ ἔχῃ· τὰ ἄμφω ἔσται ἢ ὁρῶντα, ἢ τυφλά· ὅπερ ἀδύνατον.

ΚΕΦ. στ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΝΑΓΕΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΥΣ ΕΛΕΓΧΟΥΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΕΛΕΓΧΟΥ ΑΓΝΟΙΑΝ.

Cap. V edd. Sylb. & Caſaub.

1 Ἡ δὴ οὕτως διαιρετέον τοὺς φαινομένους συλλογισμοὺς καὶ ἐλέγχους· ἢ πάντας ἀνακτέον εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν, ἀρχὴν ταύτην ποιησαμένους. ἔστι γὰρ ἅπαντας ἀναλύσαι τοὺς λεχθέντας τρόπους εἰς τὸν τοῦ ἐλέγχου διορισμόν. 2 Πρῶτον μὲν, εἰ ἀσυλλόγιστοι. δεῖ γὰρ ἐκ τῶν κειμένων συμβαίνειν τὸ συμπέρασμα, ὥστε λέγειν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ μὴ φαίνεσθαι. 3 Ἔπειτα καὶ κατὰ τὰ μέρη τοῦ διορισμοῦ.

caeca erunt, quae non habent viſum, cum naturâ habere debeant. Quando igitur aliud quidem habet, aliud vero non habet; ambo aut videbunt, aut caeca erunt; quod eſt impoſſibile.

CAP. VI.

De reductione omnium fallaciarum ad ignorantiam elenchi.

Aut igitur ſic dividendi ſunt ſyllogiſmi apparentes & elenchi, aut omnes revocandi ſunt ad ignorantiam elenchi, hac pro principio ſumta. Licet enim omnes dictos modos in elenchi definitionem reſolvere. 2 Primum quidem, ſi non concludunt. Nam oportet ex poſitis effici concluſionem, adeo ut neceſſario dicatur, non tantum ut (*concludi*) videatur. 3 Deinde etiam ſecundum partes definitionis. Nam eorum (*paralogiſmorum*), qui in

τῶν μὲν γὰρ ἐν τῇ λέξει οἱ μέν εἰσι παρὰ τὸ διττὸν, οἷον ἥτε ὁμωνυμία, καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ ὁμοιοσχημοσύνη. σύνηθες γὰρ τὸ πάντα ὡς τόδε τι σημαίνειν· ἡ δὲ σύνθεσις, καὶ [ἡ] διαίρεσις, καὶ [ἡ] προσῳδία τῷ μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν λόγον ἢ τοὔνομα διαφέρον. ἔδει δὲ καὶ τοῦτο, καθάπερ καὶ τὸ πρᾶγμα ταὐτὸν, εἰ μέλλει ἔλεγχος ἢ συλλογισμὸς ἔσεσθαι· οἷον, εἰ λώπιον· μὴ ἱμάτιον συλλογίσασθαι, ἀλλὰ λώπιον· ἀληθὲς μὲν γὰρ κἀκεῖνο· ἀλλ' οὐ συλλελόγισται· ἀλλ' ἔτι ἐρωτήματος δεῖ, ὅτι ταὐτὸν σημαίνει, πρὸς τὸν ζητοῦντα τὸ διὰ τί. 4 Οἱ δὲ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, ὁρισθέντος τοῦ συλλογισμοῦ, φανεροὶ γίνονται. τὸν αὐτὸν γὰρ ὁρισμὸν δεῖ καὶ τοῦ ἐλέγχου γίνεσθαι, πλὴν προσκεῖσθαι τὴν ἀντίφασιν· ὁ γὰρ ἔλεγχος συλλογισμὸς ἀντιφάσεως. εἰ οὖν μή ἐστι συλλογισμὸς τοῦ συμβεβη-

diction (*conſiſtunt*), nonnulli ex duplici (*ſignificatione*) oriuntur, velut homonymia, & oratio (*ambigua*), & ſimilis dictionis figura. Solent enim haec omnia quaſi hoc aliquid ſignificare; compoſitio autem, & diviſio, & accentus (*ideo captionem efficiunt*), quod non eadem ſit oratio, vel nomen ſit diverſum. Oportebat vero & hoc (*idem eſſe*), quemadmodum res quoque eadem eſt, ſi futurus eſt elenchus, aut ſyllogiſmus; velut, ſi tunica (*concludi debet*); non (*oportet*) veſtem concludere, ſed tunicam; nam verum quidem eſt & illud; at ſyllogiſmo non concluſum eſt; ſed adhuc interrogatione eſt opus, ut idem ſignificetur, erga quaerentem τὸ quamobrem. 4 Paralogiſmi autem ex accidente, ſyllogiſmo definito, manifeſti fiunt. Oportet enim eandem definitionem etiam elenchi eſſe, praeterquam quod adiungitur contradictio; nam elenchus eſt ſyllogiſmus contradictionis. Ergo niſi eſt ſyllogiſmus accidentis, non fit

κότος, οὐ γίνεται ἔλεγχος. οὐ γὰρ, εἰ, τούτων ὄντων, ἀνάγκη, τόδε εἶναι, τοῦτο δέ ἐστι λευκὸν, ἀνάγκη, λευκὸν εἶναι διὰ τὸν συλλογισμόν. οὐδ' εἰ τὸ τρίγωνον δυοῖν ὀρθαῖν ἴσας ἔχει, συμβέβηκε δὲ αὐτῷ σχήματι εἶναι, ἢ πρώτῳ, ἢ ἀρχῇ· ὅτι σχῆμα, ἢ ἀρχὴ, ἢ πρῶτον τοιοῦτόν ἐστιν. οὐ γὰρ ᾗ σχῆμα, οὐδ' ᾗ πρῶτον, ἀλλ' ᾗ τρίγωνον, ἡ ἀπόδειξις. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥστε, εἰ [ὁ] ἔλεγχος συλλογισμός τις· οὐκ ἂν εἴη ὁ κατὰ συμβεβηκὸς ἔλεγχος. ἀλλὰ παρὰ τοῦτο καὶ οἱ τεχνῖται καὶ ὅλως οἱ ἐπιστήμονες ὑπὸ τῶν ἀνεπιστημόνων ἐλέγχονται· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ ποιοῦνται τοὺς συλλογισμοὺς πρὸς τοὺς εἰδότας· οἱ δ' οὐ δυνάμενοι διαιρεῖν, ἢ ἐρωτώμενοι διδόασιν, ἢ οὐ διδόντες εἴονται δεδωκέναι. 5 Οἱ δὲ παρὰ τὸ πῇ καὶ ἁπλῶς, ὅτι οὐ κατὰ τοῦ αὐτοῦ ἡ κατάφασις καὶ ἀπόφασις.

elenchus. Non enim, ſi, cum illa ſint, neceſſe eſt, hoc eſſe, hoc autem eſt album, neceſſe eſt, album eſſe propter ſyllogiſmum. Neque, ſi triangulus duobus rectis aequales (*angulos*) habet, accidit autem ei, ut ſit figura, vel primum, vel principium; (*neceſſe eſt,*) ut figura, vel principium, vel primum ſit tale. Nam non (*de eo*) fit demonſtratio, quatenus figura, nec quatenus primum, ſed quatenus triangulus eſt. Similiter vero etiam in aliis (*res ſe habet*). Quapropter, ſi elenchus eſt ſyllogiſmus quidam; qui ex accidente eſt, elenchus eſſe nequit. Verum hoc modo & artifices & omnino docti ab indoctis redarguuntur; nam ſecundum accidens faciunt ſyllogiſmos adverſus ſcientes; hi autem cum dividere non poſſint, aut rogati concedunt, aut non concedentes videntur conceſſiſſe. 5 Paralogiſmi vero ex eo, quod quadamtenus vel ſimpliciter dicitur, (*inde ortum ducunt,*) quod non de eodem affirmatio & negatio (*accipitur*).

τοῦ γὰρ πῇ λευκοῦ τὸ πῇ οὐ λευκόν· τοῦ δ' ἁπλῶς λευκοῦ, τὸ ἁπλῶς οὐ λευκὸν ἀπόφασις. εἰ οὖν, δόντος τὸ πῇ εἶναι λευκὸν, ὡς ἁπλῶς εἰρημένον λαμβάνει, οὐ ποιεῖ ἔλεγχον· φαίνεται δὲ διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ τί ἐστι ἔλεγχος. 6 Φανερώτατοι δὲ πάντων οἱ πρότερον λεχθέντες παρὰ τὸν τοῦ ἐλέγχου διορισμόν· διὸ καὶ προσηγορεύθησαν οὕτως· παρὰ γὰρ τοῦ λόγου τὴν ἔλλειψιν ἡ φαντασία γίνεται· καὶ διαιρουμένοις οὕτως κοινὸν ἐπὶ πᾶσι τούτοις θετέον τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν. 7 Οἵ τε παρὰ τὸ λαμβάνειν τὸ ἐν ἀρχῇ, καὶ τὸ ἀναίτιον ὡς αἴτιον τιθέναι, δῆλοι διὰ τοῦ ὁρισμοῦ. δεῖ γὰρ τὸ συμπέρασμα τῷ ταῦτα εἶναι συμβαίνειν, ὅπερ οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀναιτίοις· καὶ πάλιν, μὴ ἀριθμουμένου τοῦ ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ οὐκ ἔχουσιν οἱ παρὰ τὴν αἴτησιν τοῦ ἐν ἀρ-

Eius enim, quod quadamtenus eſt album, τὸ quadamtenus non album; eius vero, quod ſimpliciter eſt album, τὸ ſimpliciter non album negatio eſt. Si igitur, concedente (*adverſario*), eſſe quadamtenus album, (*aliquis*) quaſi ſimpliciter dictum accipiat, non efficit elenchum, videtur autem (*efficere*) propter ignorantiam, quid ſit elenchus. 6 Maxime vero omnium perſpicui ſunt ſupra dicti ex elenchi definitione; quare etiam ita appellati ſunt; nam ob definitionis defectum fit, ut elenchus videatur; & dividentibus ſic (*paralogiſmos, ſicut nunc diviſimus*), omnibus commune ponendum eſt, deficiens definitio. 7 Etiam qui ex eo (*ducuntur paralogiſmi*), quod ſumitur a principio quaeſitum, & quod ponunt non cauſam pro cauſa, per (*elenchi*) definitionem manifeſti fiunt. Oportet enim concluſionem evenire propterea, quod illa ſunt, quod quidem non accidit in non cauſis; & rurſus non connumerato eo, quod a principio quaeſitum eſt; quod (*requiſitum*) non habent, qui

χῆ. 8 Οἱ δὲ παρὰ τὸ ἑπόμενον μέρος εἰσὶ τοῦ συμβεβηκότος· τὸ γὰρ ἑπόμενον συμβέβηκε· διαφέρει δὲ τοῦ συμβεβηκότος, ὅτι τὸ μὲν συμβεβηκὸς ἔστιν ἐφ' ἑνὸς μόνου λαβεῖν· οἷον, ταὐτὸν εἶναι τὸ ξανθὸν καὶ τὸ μέλι, καὶ τὸ λευκὸν καὶ κύκνον· τὸ δὲ παρὰ τὸ ἑπόμενον ἀεὶ ἐν πλείοσι· τὰ γὰρ ἑνὶ [καὶ] ταὐτῷ ταὐτὰ καὶ ἀλλήλοις ἀξιοῦμεν εἶναι ταὐτά· δι' ὃ γίνεται ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον ἔλεγχος. ἔστι δ' οὐ πάντως ἀληθές. οἷον, ἂν ᾖ λευκὸν κατὰ συμβεβηκός· καὶ γὰρ ἡ χιὼν καὶ ὁ κύκνος τῷ λευκῷ ταὐτόν· ἢ πάλιν, ὡς ἐν τῷ Μελίσσου λόγῳ, τὸ αὐτὸ λαμβάνει εἶναι τὸ γεγονέναι καὶ ἀρχὴν ἔχειν· ἢ τὸ ἴσους γίνεσθαι καὶ ταὐτὸ μέγεθος λαμβάνειν· ὅτι γὰρ τὸ γεγονὸς ἔχει ἀρχήν· καὶ τὸ ἔχον ἀρχὴν γεγονέναι ἀξιοῖ· ὡς ἄμφω ταὐτὰ ὄντα τῷ ἀρχὴν ἔχειν τὸ γεγονὸς καὶ τὸ πεπερασμένον. ὁμοίως δὲ καὶ

ex petitione quaesiti a principio ducuntur. 8 Qui autem ex consequente (*ducuntur*), pars sunt accidentis; nam consequens accidit; differt vero ab accidente, quod licet accidens quidem in uno tantum sumere; velut, idem esse flavum & mel, & album & cycnum; quod autem ex consequente ducitur, semper in pluribus (*sumi potest*); nam quae cum uno & eodem sunt eadem, etiam inter se eadem esse postulamus; quo exsistit elenchus ex consequente. Est autem hoc non omnino verum. Velut, si album sit secundum accidens; nam etiam nix & cycnus cum albo idem sunt; aut rursus, ut in Melissi argumentatione, qui idem esse sumit Factum esse & Principium habere; aut (*idem esse*), Fieri aequalia & Eandem magnitudinem accipere; nam quia id, quod factum est, principium habet, etiam id, quod principium habet, factum esse, postulat; quasi ambo Factum esse & Finitum esse eadem sint propterea, quod

ἐπὶ τῶν ἴσων γινομένων, εἰ τὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἓν μέγεθος λαμβάνοντα ἴσα γίνεται· καὶ τὰ ἴσα γινόμενα ἓν μέγεθος λαμβάνει, ὥστε τὸ ἑπόμενον λαμβάνει. ἐπεὶ οὖν ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔλεγχος ἐν τῇ ἀγνοίᾳ τοῦ ἐλέγχου· φανερὸν, ὅτι καὶ ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον. ἐπισκεπτέον δὲ τοῦτο καὶ ἄλλως. 9 Οἱ δὲ παρὰ τὸ τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιεῖν ἐν τῷ μὴ διαρθροῦν ἡμᾶς, ἢ μὴ διαιρεῖν τὸν λόγον τῆς προτάσεως. ἡ γὰρ πρότασίς ἐστιν ἓν καθ' ἑνός. ὁ γὰρ αὐτὸς ὅρος ἑνὸς μόνου, καὶ ἁπλῶς τοῦ πράγματος· οἷον, ἀνθρώπου, καὶ ἑνὸς μόνου ἀνθρώπου. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. εἰ οὖν μία μόνη πρότασις ἡ ἓν καθ' ἑνὸς ἀξιοῦσα· καὶ ἁπλῶς ἔσται πρότασις ἡ τοιαύτη ἐρώτησις. ἐπεὶ δ' ὁ συλλογισμὸς ἐκ προτάσεων· ὁ δὲ ἔλεγχος συλλογισμός· καὶ

principium habeant. Similiter vero etiam in iis, quae aequalia fiunt, si ea, quae unam & eandem magnitudinem accipiunt, aequalia fiunt, &, quae aequalia fiunt, unam magnitudinem accipiunt, adeo ut consequens sumatur. Quoniam igitur elenchus ex accidente ad ignorantiam elenchi redit, manifestum est, eodem referri etiam (*elenchum*) ex consequente. Potest autem hoc & alio modo observari. 9 Paralogismi vero ex eo ducti, quod ex pluribus interrogationibus una fit, in eo (*consistunt*), quod non articulatim seu non distincte expendimus definitionem propositionis. Nam propositio est unum de uno. Est enim eadem definitio unius tantum & simpliciter rei; velut, hominis, & unius tantum hominis. Similiter vero etiam in aliis. Si igitur una tantum propositio est, quae unum de uno postulat; etiam simpliciter erit propositio eiusmodi interrogatio. Quia vero syllogismus ex propositionibus (*constat*); elenchus autem syllogismus est; etiam elenchus ex propositio-

ὁ ἔλεγχος ἔσται ἐκ προτάσεων. εἰ οὖν ἡ πρότασις ἓν καθ' ἑνός· φανερὸν, ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῇ τοῦ ἐλέγχου ἀγνοίᾳ· φαίνεται γὰρ εἶναι πρότασις ἡ οὐκ οὖσα πρότασις. εἰ μὲν οὖν δέδωκεν ἀπόκρισιν ὡς πρὸς μίαν ἐρώτησιν, ἔσται ἔλεγχος· εἰ δὲ μὴ δέδωκεν, ἀλλὰ φαίνεται, φαινόμενος ἔλεγχος. 10 Ὥστε πάντες οἱ τρόποι πίπτουσιν εἰς τὴν τοῦ ἐλέγχου ἄγνοιαν· οἱ μὲν οὖν παρὰ τὴν λέξιν, ὅτι φαινομένη ἀντίφασις, ὅπερ ἦν ἴδιον τοῦ ἐλέγχου· οἱ δ' ἄλλοι παρὰ τὸν τοῦ συλλογισμοῦ ὁρον.

ΚΕΦ. ζ'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΡΟΠΩΝ ΤΩΝ ΑΠΑΤΩΝ.

Cap. VI edd. Sylb. & Casaub.

Ἡ δ' ἀπάτη γίνεται τῶν μὲν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὸν λόγον τῷ μὴ δύνασθαι διαιρεῖν τὸ πολλαχῶς λεγόμενον. ἔνια γὰρ οὐκ εὔπορον διαιρεῖν· οἷον τὸ ἓν, καὶ τὸ ὂν, καὶ τὸ ταὐτόν. 2 Τῶν δὲ παρὰ τὴν σύνθεσιν καὶ

nibus conſtabit. Quare ſi propoſitio eſt unum de uno; apparet, etiam hunc (*paralogiſmum*) ad elenchi ignorantiam redire; nam videtur eſſe propoſitio, quae non eſt propoſitio. Ergo ſi (*aliquis*) reſponſionem dedit quaſi ad unam interrogationem, erit elenchus; ſi vero non dedit, ſed videtur (*dediſſe*), (*erit*) elenchus apparens. 10 Omnes igitur modi in elenchi ignorantiam cadunt; illi quidem, qui in dictione conſiſtunt, quia videtur contradictio eſſe, quod erat proprium elenchi; reliqui autem propter ſyllogiſmi definitionem.

CAP. VII.

De rationibus deceptionum.

Fit porro deceptio per paralogiſmos ex homonymia & oratione (*ambigua*), quia non poſſumus diſtinguere multipliciter dictum. Nonnulla enim diſtinguere non facile eſt; velut Unum, & Ens, & Idem. 2 Paralogiſmi

διαίρεσιν τῷ μηδὲν οἴεσθαι διαφέρειν συντιθέμενον ἢ διαιρούμενον τὸν λόγον, καθάπερ ἐπὶ τῶν πλείστων. 3 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τὴν προσῳδίαν. οὐ γὰρ ἄλλο δοκεῖ σημαίνειν ἀνιέμενος καὶ ἐπιτεινόμενος ὁ λόγος ἐπ' οὐδενὸς ἢ οὐκ ἐπὶ πολλῶν. 4 Τῶν δὲ παρὰ τὸ σχῆμα διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς λέξεως· χαλεπὸν γὰρ διαιρεῖν, ποῖα ὡσαύτως, καὶ ποῖα ὡς ἕτερος λέγεται· (σχεδὸν γὰρ ὁ τοῦτο δυνάμενος ποιεῖν ἐγγύς ἐστι τοῦ θεωρεῖν τἀληθὲς, μάλιστα δ' ἐπίσταται συνεπινεύειν,) ὅτι πᾶν τὸ κατηγορούμενόν τινος ὑπολαμβάνομεν τόδε τι, καὶ ὡς ἓν ὑπακούομεν· τῷ γὰρ ἑνὶ καὶ τῇ οὐσίᾳ μάλιστα δοκεῖ παρέπεσθαι τὸ τόδε τι καὶ τὸ ὄν. 5 Διὸ καὶ τῶν παρὰ τὴν λέξιν οὗτος ὁ τρόπος θετέος· πρῶτον μὲν, ὅτι μᾶλλον ἡ ἀπάτη γίνεται μετ' ἄλλων σκοπουμένοις, ἢ καθ' ἑαυτούς· ἡ μὲν γὰρ μετ' ἄλλων

autem ex compoſitione & diviſione (*naſcuntur*), quia nihil putamus intereſſe inter coniunctam & diviſam orationem, ſicut in plurimis (*accidit*). 3 Similiter vero etiam (*in paralogiſmis ductis*) ex accentu. Aut enim in nulla re, aut non in multis videtur idem ſignificare intentus & remiſſus ſermo. 4 Paralogiſmi vero ex figura (*dictionis oriuntur*) propter ſimilitudinem dictionis; difficile enim eſt diſcernere, quae eodem, & quae diverſo modo dicuntur; (nam fere, qui hoc poteſt facere, prope eſt, ut verum perſpiciat, maxime autem ſcit annuere) quoniam omne praedicatum de aliquo arbitramur (*eſſe*) hoc aliquid, & quaſi unum ſubintelligimus; nam uni & ſubſtantiae videtur conſequens eſſe maxime hoc aliquid & ens. 5 Quocirca etiam inter paralogiſmos ex dictione hic modus ponendus eſt: primum quidem, quia magis decipiuntur conſiderantes cum aliis, quam apud ſemetipſos; nam conſideratio cum aliis per ſermonem (*in-*

σκέψις διὰ λόγου· ἡ δὲ καθ' αὑτοὺς οὐχ ἧττον δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος· εἶτα, καὶ καθ' αὑτοὺς ἀπατᾶσθαι συμβαίνει, ὅταν ἐπὶ τοῦ λόγου ποιῆται τὴν σκέψιν· ἔτι ἡ μὲν ἀπάτη ἐκ τῆς ὁμοιότητος· ἡ δὲ ὁμοιότης ἐκ τῆς λέξεως. 6 Τῶν δὲ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς διὰ τὸ μὴ δύνασθαι διακρίνειν τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ ἕτερον, καὶ τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά· μηδὲ τοῖς ποίοις τῶν κατηγορημάτων πάντα ταὐτὰ καὶ τῷ πράγματι συμβέβηκεν. 7 Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν παρὰ τὸ ἑπόμενον· μέρος γάρ τι τοῦ συμβεβηκότος τὸ ἑπόμενον· ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ πολλῶν φαίνεται καὶ ἀξιοῦται οὕτως, εἰ τόδε ἀπὸ τοῦδε μὴ χωρίζεται, μηδ' ἀπὸ θατέρου χωρίζεσθαι θάτερον. 8 Τῶν δὲ παρὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ λόγου καὶ τῶν παρὰ τὸ πῇ καὶ ἁπλῶς ἐν τῷ παρὰ μικρὸν ἡ ἀπάτη· ὡς γὰρ οὐδὲν προσσημαῖνον τὸ τι, ἢ πῇ, ἢ τὸ ἁπλῶς, ἢ

ſtituitur); apud ſemetipſos autem non minus per rem ipſam; deinde, & per ſemetipſos ut decipiantur accidit, quandoquidem adhibito ſermone inſtituunt conſiderationem; praeterea deceptio quidem (*oritur*) ex ſimilitudine; ſimilitudo vero ex dictione. 6 Paralogiſmi autem ex accidente (*fallunt*), quia non poſſumus diſtinguere idem & diverſum, & unum & multa; nec quibus praedicatis omnia eadem ac rei accidant. 7 Similiter vero etiam in paralogiſmis ex conſequente; nam conſequens eſt pars aliqua accidentis; praeterea vero etiam in multis videtur & poſtulatur ita, ſi illud ab hoc non ſeparatur, neque hoc ab illo ſeparari. 8 Paralogiſmi autem ex defectu definitionis, & ex eo, quod quodammodo & ſimpliciter (*dicitur*), propter diſcriminis exiguitatem decipiunt; nam nihil adſignificare τὸ Aliquod, aut Quadamtenus, aut Simpliciter, aut Quodammo-

πῶς, ἢ τὸ νῦν, καθόλου συγχωροῦμεν. 9 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐν ἀρχῇ λαμβανόντων, καὶ τῶν ἀναιτίων, καὶ ὅσοι τὰ πλείω ἐρωτήματα ὡς ἓν ποιοῦσιν· ἐν ἅπασι γὰρ ἡ ἀπάτη διὰ τὸ παρὰ μικρόν· οὐ γὰρ διακριβοῦμεν οὔτε τῆς προτάσεως οὔτε τοῦ συλλογισμοῦ τὸν ὅρον διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν.

ΚΕΦ. η'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΩΝ ΚΑΙ ΕΛΕΓΧΩΝ.

Cap. VII edd. Sylb. & Casaub.

Ἐπεὶ δ' ἔχομεν, παρ' ὅσα γίνονται οἱ φαινόμενοι συλλογισμοὶ, ἔχομεν καὶ, παρ' ὁπόσα οἱ σοφιστικοὶ γίνοιντ' ἂν συλλογισμοὶ καὶ ἔλεγχοι. 2 Λέγω δὲ σοφιστικὸν ἔλεγχον καὶ συλλογισμὸν οὐ μόνον τὸν φαινόμενον συλλογισμὸν, ἢ ἔλεγχον, μὴ ὄντα δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄντα μὲν, φαινόμενον δὲ οἰκεῖον τοῦ πράγμα-

do, aut Nunc, universaliter concedimus. 9 Similis vero etiam est ratio eorum, qui sumunt a principio (*quaesitum*), & non causas (*pro causis*), & qui multas interrogationes faciunt unam; in omnibus enim captio fit propter discriminis exiguitatem; non enim accurate satis expendimus neque propositionis neque syllogismi definitionem ob ante dictam causam.

CAP. VIII.

De sophisticis syllogismis & elenchis.

Cum autem teneamus, ex quibus efficiuntur apparentes syllogismi, tenemus etiam, ex quibus fieri possint sophistici syllogismi & elenchi. 2 Dico vero sophisticum elenchum & syllogismum non solum eum, qui videtur esse syllogismus, aut elenchus, cum tamen non sit, sed etiam eum, qui revera est (*syllogismus vel elenchus*), videtur autem (*falso*) esse proprius rei; sunt autem hi,

τος· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ μὴ κατὰ τὸ πρᾶγμα ἐλέγχοντες καὶ δεικνύντες ἀγνοοῦντας· ὅπερ ἦν τῆς πειραστικῆς· (ἔστι δ' ἡ Πειραστικὴ μέρος τῆς Διαλεκτικῆς· αὕτη δὲ δύναται συλλογίζεσθαι ψεῦδος δι' ἄγνοιαν τοῦ διδόντος τὸν λόγον·) οἱ δὲ σοφιστικοὶ ἔλεγχοι, ἂν καὶ συλλογίζωνται τὴν ἀντίφασιν, οὐ ποιοῦσι δῆλον, εἰ ἀγνοεῖ· καὶ γὰρ τὸν εἰδότα ἐμποδίζουσι τούτοις τοῖς λόγοις. 3 Ὅτι δὲ ἔχομεν αὐτοὺς τῇ αὐτῇ μεθόδῳ, δῆλον· παρ' ὅσα γὰρ φαίνεται τοῖς ἀκούουσιν ὡς ἠρωτημένα συλλελογίσθαι, παρὰ ταῦτα κἂν τῷ ἀποκρινομένῳ δόξειεν· ὥστε ἔσονται συλλογισμοὶ ψευδεῖς διὰ τούτων ἢ πάντων, ἢ ἐνίων· ὃ γὰρ μὴ ἐρωτηθεὶς οἴεται δεδωκέναι, κἂν ἐρωτηθεὶς θείη· πλὴν ἐπί γε τινῶν ἅμα συμβαίνει, προσερωτᾶν τὸ ἐνδέες, καὶ τὸ ψεῦδος ἐμφανίζειν· οἷον, ἐν τοῖς παρὰ τὴν λέξιν καὶ τὸν σολοικισμόν. εἰ οὖν

qui non ex re ipsa redarguunt ignoranteſque detegunt; quod erat artis tentativae; (est vero ars tentativa pars Dialecticae; haec autem potest falsum concludere propter ignorantiam concedentis argumentationem;) at sophistici elenchi, etiamsi concludant contradictionem, non faciunt manifestum, an (*adversarius*) ignoret; nam & scientem impediunt eiusmodi argumentationibus. 3 Quod autem habeamus eos methodo eadem, patet; nam propter quae videtur audientibus utpote in interrogatione deductum conclusum esse, propter haec ipsa videri etiam respondenti potest; quare erunt syllogismi falsi per haec aut omnia, aut aliqua; quod enim non interrogatus putat (*aliquis*) concessisse, interrogatus etiam concederet; quamquam in nonnullis simul accidit, ut adiungatur interrogatio eius, quod (*ad conclusionem perficiendam*) deest, & falsitas detegatur; velut in captionibus per dictionem & soloecismum. Si igitur pa-

οἱ παραλογισμοὶ τῆς ἀντιφάσεως παρὰ τὸν φαινόμενον ἔλεγχόν εἰσι, δῆλον, ὅτι παρὰ τοσαῦτα ἂν καὶ τῶν ψευδῶν εἴησαν συλλογισμοὶ, παρ' ὅσα καὶ ὁ φαινόμενος ἔλεγχος. 4 Ὁ δὲ φαινόμενος παρὰ τὰ μόρια τοῦ ἀληθινοῦ· ἑκάστου γὰρ ἐκλείποντος, φανείη ἂν ἔλεγχος· οἷον, ὁ παρὰ τὸ μὴ συμβαῖνον διὰ τὸν λόγον ὁ εἰς τὸ ἀδύνατον· καὶ ὁ τὰς δύο ἐρωτήσεις μίαν ποιῶν [ὁ] παρὰ τὴν πρότασιν· καὶ ἀντὶ τοῦ καθ' αὑτὸ ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκός· καὶ τὸ τούτου μόριον, ὁ παρὰ τὸ ἑπόμενον· ἔτι, τὸ μὴ ἐπὶ τοῦ πράγματος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ λόγου συμβαίνειν· εἶτ', ἀντὶ τοῦ καθόλου τὴν ἀντίφασιν, καὶ κατὰ ταὐτὸ καὶ πρὸς ταὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, παρά τε τὸ ἐπί τι, ἢ παρ' ἕκαστον τούτων· ἔτι, παρὰ τὸ, μὴ ἐναριθμουμένου τοῦ ἐν ἀρχῇ, τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν·

ralogiſmi contradictionis in eo conſiſtunt, quod videtur elenchus eſſe, patet, ex totidem locis duci falſos ſyllogiſmos, ex quot etiam apparentes elenchi (*ſumuntur*). 4 Apparens autem (*elenchus*) ob partes veri (*praetermiſſas efficitur*); nam quacunque parte deficiente, videbitur tantum elenchus eſſe; velut qui ex eo (*ſumitur*), quod concluſio ad impoſſibile ducens non evenit propter argumentationem; & qui duas interrogationes unam facit ob propoſitionem (*male acceptam*); & qui loco eius, quod eſt per ſe, id ſumit, quod eſt per accidens; & huius pars, qui (*ducitur*) ex conſequenti; porro, τὸ non in re, ſed in ſermone contingere; deinde, loco contradictionis univerſaliter, & ſecundum idem, & ad idem, & eodem modo (*ſumendae*), in aliquo (*eam accipere*), aut ſecundum unum aliquid horum; praeterea, quia, non connumerato eo, quod a principio (*quaeſitum fuit*), a principio quaeſitum poſtu-

ὥστε ἔχοιμεν ἂν, παρ' ὅσα γίνονται οἱ παραλογισμοί· παρὰ πλείω μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἶεν· παρὰ δὲ τὰ εἰρημένα ἔσονται πάντες. 5 Ἔστι δὲ ὁ σοφιστικὸς ἔλεγχος οὐχ ἁπλῶς ἔλεγχος, ἀλλὰ πρός τινα· καὶ ὁ συλλογισμὸς ὡσαύτως· ἂν μὲν γὰρ μὴ λάβῃ ὅ, τε παρὰ τὸ ὁμώνυμον, ἓν σημαίνειν· καὶ ὁ παρὰ τὴν ὁμοιοσχημοσύνην, τὸ μόνον τόδε, καὶ οἱ ἄλλοι ὡσαύτως, οὔτε ἔλεγχοι, οὔτε συλλογισμοὶ ἔσονται οὔθ' ἁπλῶς, οὔτε πρὸς τὸν ἐρωτώμενον· ἐὰν δὲ λάβωσι, πρὸς μὲν τὸν ἐρωτώμενον ἔσονται· ἁπλῶς δὲ οὐκ ἔσονται· οὐ γὰρ ἓν σημαῖνον εἰλήφασιν, ἀλλὰ φαινόμενον, καὶ παρὰ τοῦδε.

ΚΕΦ. θ'.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΠΩΝ ΤΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ.

Cap. VIII edd. Sylb. & Casaub.

Παρ' ὁπόσα δὲ ἐλέγχονται οἱ ἐλεγχόμενοι, οὐ δεῖ πειρᾶσθαι λαμβάνειν ἄνευ τῆς τῶν ὄντων ἐπιστήμης

latur; quare teneremus, ex quibus fiunt paralogismi; nam ex pluribus quidem locis esse nequeunt; ex commemoratis vero ducentur omnes. 5 Est autem sophisticus elenchus non simpliciter elenchus, sed adversus aliquem; itidemque (*sophisticus*) syllogismus; nisi enim sumserint, qui ex homonymia (*ducitur*), unum significari; & qui ex simili dictionis figura, solum hoc (*significari*), & alii eodem modo, neque elenchi, neque syllogismi erunt, neque simpliciter, neque adversus interrogatum; sin vero id sumserint, erunt quidem adversus interrogatum; simpliciter autem non erunt; non enim sumserunt, Unum significari, sed videri (*significari*), & quoad hunc (*respondentem*).

CAP. IX.

De elenchorum locis.

Ex quot autem locis redarguantur qui elenchis redarguuntur, non est tentandum ut sumamus sine rerum

ἁπάντων· τοῦτο δ' οὐδεμιᾶς ἐστι τέχνης· ἄπειροι γὰρ ἴσως αἱ ἐπιστῆμαι· ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ αἱ ἀποδείξεις· ἔλεγχοι δέ εἰσι καὶ ἀληθεῖς· ὅσα γάρ ἐστιν ἀποδεῖξαι, ἔστι καὶ ἐλέγξαι τὸν θέμενον τὴν ἀντίφασιν τοῦ ἀληθοῦς· οἷον, εἰ σύμμετρον τὴν διάμετρον ἔθηκεν, ἐλέγξειεν ἄν τις τῇ ἀποδείξει, ὅτι ἀσύμμετρος· ὥστε πάντων δεήσει ἐπιστήμονα εἶναι· οἱ μὲν γὰρ ἔσονται παρὰ τὰς ἐν γεωμετρίᾳ ἀρχὰς, καὶ τὰ τούτων συμπεράσματα· οἱ δὲ παρὰ τὰς ἐν ἰατρικῇ· οἱ δὲ παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν. 2 Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ ψευδεῖς ἔλεγχοι ὁμοίως ἂν εἶεν ἐν ἀπείροις· καθ' ἑκάστην γὰρ τέχνην ἐστὶ ψευδὴς συλλογισμός· οἷον, κατὰ γεωμετρίαν ὁ γεωμετρικὸς, καὶ κατὰ ἰατρικὴν ὁ ἰατρικός· λέγω δὲ τὸ κατὰ τέχνην τὸ κατὰ τὰς ἐκείνης ἀρχάς. 3 Δῆλον οὖν, ὅτι οὐ πάντων τῶν ἐλέγχων, ἀλλὰ τῶν παρὰ τὴν

omnium ſcientia; hoc vero nullius eſt artis (*proprium*); infinitae enim fortaſſe ſunt ſcientiae; proinde patet, etiam demonſtrationes infinitas eſſe; elenchi autem ſunt etiam veri; nam quaecunque licet demonſtrare, licebit etiam redarguere ponenti contradictionem veri; velut, ſi poſuerit, diametrum habere communem menſuram, redarguere quiſpiam poſſit demonſtratione, non habere communem menſuram; quare omnium rerum ſcientem eſſe oportebit; etenim alii (*elenchi*) erunt ex geometricis principiis, & horum concluſionibus; alii vero ex principiis medicis; alii denique ex (*principiis*) aliarum ſcientiarum. 2 Verum enimvero falſi quoque elenchi ſimiliter infiniti ſunt; nam in unaquaque arte falſus ſyllogiſmus eſſe poteſt; velut in geometria geometricus, & in medicina medicus; dico autem eſſe in arte, quod eſt ſecundum huius principia. 3 Patet igitur, non omnium elenchorum, ſed eorum tantum, qui ad Dialecticam

Διαλεκτικὴν, ληπτέον τοὺς τόπους· οὗτοι γὰρ κοινοὶ πρὸς ἅπασαν τέχνην καὶ δύναμιν. 4 Καὶ τὸν μὲν καθ' ἑκάστην ἐπιστήμην ἔλεγχον τοῦ Ἐπιστήμονός ἐστι θεωρεῖν, εἴτε μὴ ὢν φαίνεται, εἴτε ἐστὶ, καὶ διὰ τί· τὸν δὲ ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ὑπὸ μηδεμίαν τέχνην τοῦ Διαλεκτικοῦ. 5 Εἰ γὰρ ἔχομεν, ἐξ ὧν οἱ ἔνδοξοι συλλογισμοὶ περὶ ὁτιοῦν, ἔχομεν, ἐξ ὧν οἱ ἔλεγχοι· ὁ γὰρ ἔλεγχος ἐστὶν ἀντιφάσεως συλλογισμός· ὥστε ἢ εἷς, ἢ δύο συλλογισμοὶ ἀντιφάσεως ἔλεγχός ἐστιν· ἔχομεν ἄρα, παρ' ὁπόσα πάντες εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι. 6 Εἰ δὲ τοῦτ' ἔχομεν, καὶ τὰς λύσεις ἔχομεν· αἱ γὰρ τούτων ἐνστάσεις λύσεις εἰσίν. 7 Ἔχομεν δὲ, παρ' ὁπόσα γίνονται, καὶ τοὺς φαινομένους· φαινομένους δὲ οὐχ ὁτῳοῦν, ἀλλὰ τοῖς τοιοῖσδε· ἀόριστα γὰρ ἐστὶν, ἐάν τις σκοπῇ, παρ' ὁπόσα φαίνονται τοῖς τυχοῦσιν.

pertinent, locos ſumendos eſſe; hi namque communes ſunt omnibus artibus & facultatibus. 4 Et num elenchus quidem in quaque ſcientia eſſe videatur, an ſit, & quamobrem, Scientis eſt diſpicere; (*conſiderare*) vero (*elenchum*) ex communibus (*ſumtum*), nec ſub ullam artem cadentem, Dialectici eſt. 5 Nam ſi tenemus, ex quibus probabiles ſyllogiſmi de qualibet re fiunt, tenemus etiam, ex quibus elenchi (*probabiles fiant*); elenchus enim eſt contradictionis ſyllogiſmus; quare aut unus, aut duo ſyllogiſmi contradictionis elenchus eſt; tenemus igitur, ex quot locis ducuntur (*elenchi*), qui ſunt huiuſmodi. 6 Quod ſi autem hoc tenemus, etiam ſolutiones tenemus; nam illorum obiectiones ſunt ſolutiones. 7 Tenemus autem, ex quot locis ducantur apparentes quoque elenchi; non qui cuivis (*elenchi eſſe*) videntur, ſed certis quibuſdam; infiniti enim (*loci*) ſunt, ſi quis conſideret, ex quibus videntur quibuslibet.

8 Ὥστε φανερὸν, ὅτι τοῦ διαλεκτικοῦ ἐστι τὸ δύνασθαι λαβεῖν, παρ' ὁπόσα γίνεται διὰ τῶν κοινῶν ἢ ὧν ἔλεγχος, ἢ φαινόμενος ἔλεγχος, ἢ διαλεκτικὸς, ἢ φαινόμενος διαλεκτικὸς, ἢ πειραστικός.

ΚΕΦ. ι'.

ΠΕΡΙ ΤΙΝΟΣ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΝΟΜΑ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΔΙΑΝΟΙΑΝ.

Cap. IX edd. Sylb. & Caſaub.

Οὐκ ἔστι δὲ διαφορὰ τῶν λόγων, ἣν λέγουσί τινες, τὸ εἶναι τοὺς μὲν πρὸς τοὔνομα λόγους, τοὺς δὲ πρὸς τὴν διάνοιαν· ἄτοπον γὰρ τὸ ὑπολαμβάνειν, ἄλλους μὲν εἶναι πρὸς τοὔνομα λόγους, ἑτέρους δὲ πρὸς τὴν διάνοιαν, ἀλλ' οὐ τοὺς αὐτούς. 2 Τί γάρ ἐστι τὸ μὴ πρὸς τὴν διάνοιαν, ἀλλ' ἢ ὅταν μὴ χρῆται τῷ ὀνόματι, οἰόμενος ἐρωτᾶσθαι, ἐφ' ᾧ ὁ ἐρωτώμενος ἔδωκε; τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτό ἐστι καὶ πρὸς τοὔνομα· τὸ δὲ

8 Itaque manifeſtum eſt, Dialectici eſſe, ut ſumere ille poſſit, ex quibus per communes (*propoſitiones*) fiat aut revera elenchus, aut apparens elenchus, aut dialecticus, aut qui videtur eſſe dialecticus, aut tentativus.

CAP. X.

De diſtinctione argumentationum in eas, quae ad nomen, & eas, quae ad ſententiam pertinent.

Non eſt autem argumentationum differentia, quam nonnulli dicunt, alias quidem argumentationes ad nomen, alias ad ſententiam pertinere; nam abſurda eſt opinio, quaſdam argumentationes quidem ad nomen pertinere, diverſas autem ad ſententiam, non eaſdem. 2 Quid enim aliud eſt, non (*pertinere argumentationem*) ad ſententiam, niſi cum (*is, qui argumentatur,*) non utitur nomine (*eo ſenſu*), quo ſe interrogari putans conceſſit is, qui fuit interrogatus? Hoc vero ipſum ad no-

πρὸς τὴν διάνοιαν, ὅταν, ἐφ' ᾧ ἔδωκε, διανοηθείς· εἰ δή τις, πλείω σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, οἴοιτο ἓν σημαίνειν, καὶ ὁ ἐρωτῶν, καὶ ὁ ἐρωτώμενος· (οἷον, ἴσως τὸ ὂν, ἢ τὸ ἕν, πολλὰ σημαίνει, ἀλλὰ καὶ ὁ ἀποκρινόμενος, καὶ ὁ ἐρωτῶν Ζήνων, ἓν οἰόμενος εἶναι, ἠρώτησε· καὶ ἔστιν ὁ λόγος, ὅτι ἓν πάντα·) οὗτος πρὸς τοὔνομά ἐστιν καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν τοῦ ἐρωτωμένου διειλεγμένος· εἰ δέ γέ τις πολλὰ οἴεται σημαίνειν, δῆλον, ὅτι οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν. 3 Πρῶτον μὲν γὰρ περὶ τοὺς τοιούτους ἐστὶ λόγους τὸ πρὸς τοὔνομα καὶ τὴν διάνοιαν, ὅσοι πλείω σημαίνουσιν. 4 Εἶτα περὶ ὁντιναοῦν ἐστιν· οὐ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ ἐστὶ τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν εἶναι, ἀλλ' ἐν τῷ τὸν ἀποκρινόμενον ἔχειν πως πρὸς τὰ δεδομένα. 5 Εἶτα πρὸς τοὔνομα ἐνδέχεται

men quoque ſpectat; ad ſententiam autem, cum, quo ſenſu (*reſpondens*) conceſſerit, (*opponens*) intellexit; ſi quis igitur, nomine plura ſignificante, unum ſignificari putet, tam interrogans, quam interrogatus; (velut, fortaſſe Ens, aut Unum multa ſignificant, ſed & reſpondens, & interrogans Zeno, unum ſignificari arbitrati, interrogavit (*hic, ille reſpondit*); atque exit argumentatio, omnia unum eſſe;) haec argumentatio & ad nomen ſpectat, & ad ſententiam interrogati; ſi quis autem multa ſignificari putet, clarum eſt, (*argumentationem*) non ad ſententiam pertinere. 3 Nam primum quidem τὸ Pertinere ad nomen & ad ſententiam in iis argumentationibus cernitur, quae plura ſignificant. 4 Deinde ad quemcunque (*reſpondentem*) ſpectat; nam τὸ Pertinere ad ſententiam non conſiſtit in argumentatione, ſed in eo, quod reſpondens certo quodam modo ſe habet ad conceſſa. 5 Deinde eaedem (*argumentationes*) per-

πάντας αὐτοὺς εἶναι· τὸ γὰρ πρὸς τοὔνομα τὸ μὴ πρὸς τὴν διάνοιαν εἶναι ἐστὶν ἐνταῦθα· εἰ γὰρ μὴ πάντες, ἔσονταί τινες ἕτεροι, οἱ οὔτε πρὸς τοὔνομα, οὔτε πρὸς τὴν διάνοιαν· οἱ δέ φασι, πάντας, καὶ διαιροῦνται ἢ πρὸς τοὔνομα, ἢ πρὸς τὴν διάνοιαν, εἶναι πάντας, ἄλλους δ' οὔ. ἀλλὰ μὴν ὅσοι συλλογισμοί εἰσι παρὰ τὸ πλεοναχῶς, τούτων εἰσί τινες οὐ παρὰ τοὔνομα· ἀτόπως μὲν γὰρ εἴρηται τὸ παρὰ τοὔνομα Φάναι πάντας τοὺς παρὰ τὴν λέξιν. ἀλλ' οὖν εἰσί τινες παραλογισμοὶ οὐ τῷ τὸν ἀποκρινόμενον πρὸς τούτους ἔχειν πως· ἀλλὰ τῷ τοιόνδε ἐρώτημα τὸν λόγον αὐτὸν ἔχειν, ὃ πλείω σημαίνει. 6 Ὅλως τε ἄτοπον τὸ περὶ ἐλέγχου διαλέγεσθαι, ἀλλὰ μὴ πρότερον περὶ συλλογισμοῦ· ὁ γὰρ ἔλεγχος συλλογισμός ἐστιν· ὥστε χρὴ [καὶ]

tinere omnes poſſunt ad nomen; nam τὸ pertinere ad nomen hîc nihil aliud eſt, quam non pertinere ad ſententiam; niſi enim omnes (*huc revocari poſſunt*), erunt aliquae aliae, quae nec ad nomen, nec ad ſententiam (*pertinebunt*); illi autem aiunt, omnes (*argumentationes ad alterum horum generum referri*), ac dividunt ita, ut omnes ſive ad nomen, ſive ad ſententiam pertineant, aliae autem (*praeter has*) non ſint. Enimvero quicunque ſyllogiſmi ex multiplici (*ſignificatione*) ducuntur, horum quidam non ex nomine ſumuntur; abſurde namque dictum eſt, omnes (*captiones*), quae ex dictione (*oriuntur*), ad nomen (*pertinere*). Sed certe ſunt quidam paralogiſmi non propterea, quod reſpondens ad hos certo quodam modo ſe habeat; ſed quod ipſa argumentatio talem interrogationem contineat, quae plura ſignificat. 6 Et omnino abſurdum eſt de elencho differere, nec prius de ſyllogiſmo; nam elenchus eſt ſyllogiſmus;

περὶ συλλογισμοῦ πρότερον, ἢ περὶ ψευδοῦς ἐλέγχου· ἔστι γὰρ ὁ τοιοῦτος ἔλεγχος φαινόμενος συλλογισμὸς ἀντιφάσεως· διὸ ἢ ἐν τῷ συλλογισμῷ ἐστι τὸ αἴτιον, ἢ ἐν τῇ ἀντιφάσει, (προσκεῖσθαι γὰρ δεῖ τὴν ἀντίφασιν,) ὁτὲ δ' ἐν ἀμφοῖν, ἂν ᾖ φαινόμενος ἔλεγχος. ἔστι δὲ ὁ μὲν τοῦ σιγῶντα λέγειν ἐν τῇ ἀντιφάσει, οὐκ ἐν τῷ συλλογισμῷ· ὁ δὲ, ἃ μὴ ἔχει τις, δοίη ἄν, ἐν ἀμφοῖν· ὁ δὲ, ὅτι ἡ Ὁμήρου ποίησις σχῆμα διὰ τοῦ κύκλου, ἐν τῷ συλλογισμῷ· ὁ δὲ ἐν μηδετέρῳ ἀληθὴς συλλογισμός. 7 Ἀλλὰ δὴ, ὅθεν ὁ λόγος ἦλθε, πότερον οἱ ἐν τοῖς μαθήμασι λόγοι πρὸς τὴν διάνοιάν εἰσιν, ἢ οὔ; καὶ εἴ τινι δοκεῖ πολλὰ σημαίνειν τὸ τρίγωνον, καὶ ἔδωκε, μὴ ὡς τοῦτο τὸ σχῆμα, ἐφ' οὗ συνεπεράνατο, ὅτι δύο ὀρθαὶ, πότερον πρὸς τὴν διάνοιαν οὗτος διείλεκται

quare oportet [etiam] de ſyllogiſmo prius, quam de falſo elencho (*diſſerere*); eſt enim eiuſmodi elenchus fucatus ſyllogiſmus contradictionis; quare aut in ſyllogiſmo eſt (*captionis*) cauſa, aut in contradictione, (nam contradictionem adiungere oportet,) nonnunquam vero in utriſque, ſi ſit fucatus elenchus. Eſt autem (*cauſa captionis*) quidem huius, *tacentem dicere*, in contradictione, non in ſyllogiſmo; huius vero, *Quae quis non habet, ea dare poteſt*, in utriſque; huius denique, *Homeri poëſin eſſe figuram, quia ſit circulus*, in ſyllogiſmo; qui autem in neutro (*peccat*), verus ſyllogiſmus eſt. 7 At enim, (*ut eo revertamur,*) unde oratio profecta eſt, utrum argumentationes mathematicae ad ſententiam pertineant, an non? & ſi alicui triangulum multa videtur ſignificare, & (*de eo*) conceſſit, non quatenus eſt haec figura, de qua concluditur, quod (*eius anguli ſint*) duo recti, eſtne ad illius ſententiam haec argumentatio, an

τὴν ἐκείνου, ἢ οὔ; 8 Ἔτι, εἰ πολλὰ μὲν σημαίνει τοὔνομα· ὁ δὲ μὴ νοεῖ, μηδὲ οἴεται· πῶς οὗτος οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν διείλεκται; ἢ πῶς δεῖ ἐρωτᾶν, πλὴν διδόντα διαίρεσιν εἶτ' ἐρωτήσειέ τις, εἰ ἔστι σιγῶντα λέγειν, ἢ οὐ, ἢ ἔστι μὲν ὡς οὐκ, ἔστι δ' ὡς ναί; εἰ δή τις δοίη μηδαμῶς· ὁ δὲ διαλεχθείη· ἆρ' οὐ πρὸς τὴν διάνοιαν διείλεκται; καίτοι οὗτος ὁ λόγος δοκεῖ τῶν παρὰ τοὔνομα εἶναι· οὐκ ἄρα ἐστὶ γένος τι λόγων τὸ πρὸς τὴν διάνοιαν. 9 Ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς τοὔνομά εἰσι· καὶ τοιοῦτοι οὐ πάντες οὐχ ὅτι οἱ ἔλεγχοι, ἀλλ' οὐδ' οἱ φαινόμενοι ἔλεγχοι· εἰσὶ γὰρ καὶ μὴ παρὰ τὴν λέξιν φαινόμενοι ἔλεγχοι· οἷον, ὁ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς καὶ ἕτεροι. 10 Εἰ δέ τις ἀξιοῖ διαιρεῖν, ὅτι λέγω δὲ σιγῶντα λέγειν τὰ μὲν ὠδί, τὰ

non? 8 Porro, ſi nomen quidem multa ſignificat; hic vero nec intelligit, nec putat, (*multiplicem eſſe ſignificationem;*) quomodo haec argumentatio non ſpectat ad ſententiam? aut quomodo interrogare oportet, niſi ut eum, qui diviſionem conceſſit, poſtea interroget aliquis, verumne ſit *tacentem dicere*, necne, an partim non ſit, partim ſit? Si quis igitur conceſſerit nullo modo; contra autem alius diſputaverit; nonne erit adverſus ſententiam diſputatum? Atqui haec diſputatio videtur ad eas referenda eſſe, quae ex nomine (*oriuntur*); non eſt ergo genus argumentationum (*ſingulare*) ad ſententiam pertinens. 9 Sed quaedam ad nomen ſpectant; nec tales ſunt omnes, non (*dico*), qui ſunt (*veri*) elenchi, ſed ne quidem qui videntur elenchi; ſunt enim & qui extra dictionem elenchi videntur; velut, qui (*ducitur*) ex accidente, & alii. 10 Quod ſi quis poſtulet, ut diſtinguatur, dico *tacentem dicere* partim hoc, partim vero

δ' ὠδί· ἀλλὰ τοῦτο γ' ἐστὶ πρῶτον μὲν ἄτοπον τὸ ἀξιοῦν· ἐνίοτε γὰρ οὐ δοκεῖ τὸ ἐρωτώμενον πολλαχῶς ἔχειν· ἀδύνατον δὲ διαιρεῖν, ὃ μὴ οἴεται· ἔπειτα τὸ διδάσκειν τί ἄλλο ἔσται; Φανερὸν γὰρ ποιήσει, ὡς ἔχει, τῷ μήτε ἐπεσκεμμένῳ, μήτε εἰδότι, μήτε ὑπολαμβάνοντι, ὅτι ἄλλως λέγεται· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς μὴ διπλοῖς τί κωλύει τοῦτο ποιεῖν; ἆρα ἴσαι αἱ μονάδες ταῖς δυάσιν ἐν τοῖς τέσσαρσιν; εἰσὶ δὲ δυάδες αἱ μὲν ὠδὶ ἐνοῦσαι· αἱ δὲ ὠδί· καὶ ἆρα τῶν ἐναντίων μία ἐπιστήμη, ἢ οὔ; ἔστι δ' ἐναντία τὰ μὲν γνωστά· τὰ δ' ἄγνωστα· ὥστ' ἔοικεν ἀγνοεῖν ὁ τοῦτο ἀξιῶν, ὅτι ἕτερον τὸ διδάσκειν τοῦ διαλέγεσθαι· καὶ ὅτι δεῖ τὸν μὲν διδάσκοντα μὴ ἐρωτᾶν, ἀλλ' αὐτὸν δῆλα ποιεῖν· τὸν δ' ἐρωτᾶν.

illo modo; primum quidem abſurdum eſt hoc poſtulare; nam interdum non videtur id, quod interrogatur, multis modis ſe habere; non poteſt autem aliquis dividere, quod non putat eſſe multiplex; deinde Docere quid aliud erit? nam declarabit, quomodo (*ſe res*) habeat, ei, qui neque conſiderabat, neque ſciebat, neque ſuſpicabatur, aliter accipi; nam & in his, quae non ſunt duplicia, quid vetat hoc facere? (*veluti*) ſuntne unitates aequales binariis in quaternario? Binarii vero partim hoc, partim illo modo inſunt; & Contrariorum eſtne una ſcientia, an non? Contrariorum autem ſunt alia cognita, alia ignota; quare videtur ignorare poſtulans hoc, aliud eſſe docere, quam differere; & opus eſſe, ut docens non interroget, ſed ipſe declaret; diſputans vero interroget.

ΚΕΦ. ια'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ.

Cap. X edd. Sylb. & Caſaub.

γοντα· καὶ γὰρ οὕτως ἥκιστα γένοιτ' ἂν παρεξέλεγχος· ἂν δέ τι παράδοξον ἀναγκάζηται λέγειν, ἐνταῦθα μάλιστα προσθετέον τὸ δοκεῖν· οὕτω γὰρ οὔτε ἔλεγχος, οὔτε παράδοξον ἂν γίνεσθαι δόξειεν. 12 Ἐπεὶ δὲ, πῶς αἰτεῖται τὸ ἐν ἀρχῇ, δῆλον· οἴονται δὲ πάντες, ἂν ᾖ σύνεγγυς· ἀναιρετέον, καὶ μὴ συγχωρητέον, εἶναι ἔνια, ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτοῦντος· ὅταν τε τοιοῦτον ἀξιῖ τις, ὃ ἀναγκαῖον μὲν συμβαίνειν ἐκ τῆς θέσεως, ᾗ δὲ ψεῦδος, ἢ ἄδοξον, ταὐτὸ λεκτέον· τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντα, τῆς αὐτῆς εἶναι θέσεως δοκεῖ. 13 Ἔτι, ὅταν τὸ καθόλου μὴ ὀνόματι ληφθῇ, ἀλλὰ παραβολῇ, λεκτέον, ὅτι οὐχ, ὡς ἐδόθη, οὐδ', ὡς προὔτεινε, λαμβάνει· καὶ γὰρ παρὰ τοῦτο γίνεται πολλάκις ἔλεγχος. 14 Ἐξειργόμενον δὲ τούτων ἐπὶ τὸ μὴ

sic minime fiet parexelenchus; at si quis aliquod paradoxum cogatur dicere, hic maxime adiungendum est τὸ *Videri*; sic enim neque elenchus, neque paradoxum effici videbitur. 12 Quoniam vero, quomodo postuletur ab initio (*quaesitum*), manifestum est; omnes autem putant (*id postulari*), si (*quaesito*) prope sit, (*quod petitur;*) tollenda sunt, nec concedenda quaedam, quasi ab initio (*quaesitum interrogans*) petat; & cum tale quid postulat aliquis, quod necesse est quidem consequi ex thesi, falsum autem est, vel inopinabile, dicendum est, esse idem (*quod quaesitum*); nam quae necessario consequuntur, ipsius theseos partes videntur esse. 13 Praeterea, cum universale non nomine sumtum fuerit, sed similitudinis collatione, dicendum est, non, ut datum fuit, nec, ut ipse proposuit, (*adversarium in conclusione*) id sumere; nam & propter hoc saepe fit elenchus. 14 Qui autem his excluditur, is eo confugere debet, ut

καλῶς δεδεῖχθαι πορευτέον, ἀπαντῶντα κατὰ τὸν εἰρημένον διορισμόν. 15 Ἐν μὲν οὖν τοῖς κυρίως λεγομένοις ὀνόμασιν ἀνάγκη, ἀποκρίνεσθαι ἢ ἁπλῶς, ἢ διαιρούμενον. 16 Ἃ δὲ συνυπονοοῦντες τίθεμεν, οἷον ὅσα μὴ σαφῶς, ἀλλὰ κολοβῶς ἐρωτᾶται, παρὰ τοῦτο συμβαίνει ὁ ἔλεγχος· οἷον, ἆρα ὃ ἂν ᾖ Ἀθηναίων, κτῆμά ἐστιν Ἀθηναίων; ναί. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἀλλὰ μὴν ὁ ἄνθρωπος ἐστὶ τῶν ζώων; ναί· κτῆμα ἄρα ὁ ἄνθρωπος τῶν ζώων· τὸν γὰρ ἄνθρωπον τῶν ζώων εἶναι λέγομεν, ὅτι ζώων ἐστί· καὶ Λύσανδρον τῶν Λακώνων, ὅτι Λάκων. δῆλον οὖν, ὡς, ἐν οἷς ἀσαφὲς τὸ προτεινόμενον, οὐ συγχωρητέον ἁπλῶς. 17 Ὅταν δὲ, δυοῖν ὄντοιν, θατέρου μὲν ὄντος, ἐξ ἀνάγκης θάτερον εἶναι δοκῇ· θατέρου δὲ, τοῦτο μὴ ἐξ ἀνάγκης· ἐρωτώμενον πρότερον δεῖ τὸ ἔλαττον διδόναι· χαλεπώ-

non recte probatum esse contendat, occurrendo secundum traditam (*syllogismi & elenchi*) definitionem. 15 In nominibus proprie dictis necesse est respondere vel simpliciter, vel per distinctionem. 16 Quae autem tacite subintelligentes ponimus, velut, quae non perspicue, sed deminute interrogantur, hinc accidit elenchus; velut, Quod est Athenienſium, estne possessio Athenienſium? Utique. Similiter vero etiam in aliis; enimvero nonne homo est *animalium?* nam hominem ideo dicimus esse *animalium*, quia est animal; & Lysandrum esse Lacedaemoniorum, quia est Lacedaemonius. Patet igitur, ubi obscurum est id, quod proponitur, non simpliciter concedendum esse. 17 Cum autem duo sunt (*ita inter se affecta*), ut, si alterum sit, alterum quoque necessario esse videatur, contra vero, si hoc sit, non sit necessario & illud, interrogatus prius dare debet, quod minus late patet; difficilius enim est con-

τερον γὰρ συλλογίσασθαι ἐκ πλειόνων. 18 Ἐὰν δὲ ἐπιχειρῇ, ὅτι τῷ μὲν ἐστὶν ἐναντίον· τῷ δὲ οὐκ ἔστιν· ἂν ὁ λόγος ἀληθὴς ᾖ, ἐναντίον φάναι, ὄνομα δὲ μὴ κεῖσθαι τοῦ ἑτέρου. 19 Ἐπεὶ δ' ἔνια μέν, ὧν λέγουσιν οἱ πολλοὶ τὸν μὴ συγχωροῦντα ψεύδεσθαι ἂν φαῖεν· ἔνια δ' οὔ· οἷον, ὅσα ἀμφιδοξοῦσι· (πότερον γὰρ φθαρτὴ ἢ ἄφθαρτος ἡ ψυχὴ τῶν ζώων, οὐ διώρισται τοῖς πολλοῖς·) ἐν οἷς οὖν ἄδηλον, ποτέρως εἰώθε λέγεσθαι τὸ προτεινόμενον, πότερον, ὡς αἱ γνῶμαι· (καλοῦσι γὰρ γνώμας καὶ τὰς ἀληθεῖς δόξας, καὶ τὰς ὅλας ἀποφάνσεις, ὡς ἡ διάμετρος ἀσύμμετρος·) ἔτι, οὗ τἀληθὲς ἀμφιδοξεῖται, μάλιστα μεταφέρων ἄν τις λανθάνοι τὰ ὀνόματα περὶ τούτων· διὰ μὲν γὰρ τὸ ἄδηλον εἶναι, ποτέρως ἔχει τὸ ἀληθὲς, οὐ δόξει σοφίζε-

cludere ex pluribus. 18 Si quis autem inde argumentetur, quod alteri eſt contrarium, alteri vero non eſt; etiamſi ratio vera ſit, dicere (*tamen oportet, eſſe quidem alterius*) contrarium, ſed nomen ei non eſſe poſitum. 19 Quoniam vero nonnulla quidem ex iis, quae multi dicunt ſi quis non admittat, eum falſo reſpondere ſe autumare; nonnulla contra talia non ſunt; ut ea, de quibus in utramque partem ſunt opiniones; (utrum enim corruptioni obnoxia, an non obnoxia ſit anima, non eſt exploratum multis;) in quibus igitur incertum eſt, utro modo dici ſoleat, quod ita proponitur, (*ut quaeratur*,) utrum (*reſpondenti videatur*), quales ſunt *ſententiae*, (nam *ſententias* vocant & veras opiniones, & univerſas enuntiationes, ut, Diameter non habet communem menſuram;) porro, de cuius verita. in utramque partem ſunt opiniones, in his omnibus nomina transferens, maxime latere poterit; nam quia incertum eſt, utro modo veritas habeat, non videbitur ſophi-

σθαι· διὰ δὲ τὸ ἀμφιδοξεῖν οὐ δόξει ψεύδεσθαι· ἡ δὲ μεταφορὰ ποιήσει τὸν λόγον ἀνεξέλεγκτον. 20 Ἔτι, ὅσα ἂν τις προαισθάνηται τῶν ἐρωτημάτων, προενιστατέον, καὶ προαγορευτέον· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸν πυνθανόμενον κωλύσειεν.

ΚΕΦ. ιη'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΥΕΙΝ ΚΑΤ' ΑΛΗΘΕΣ.

Lib. II Cap. III edd. Sylb. & Casaub.

Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἡ μὲν ὀρθὴ λύσις ἐμφάνισις ψευδοῦς συλλογισμοῦ, παρ' ὁποῖαν ἐρώτησιν συμβαίνει τὸ ψεῦδος· ὁ δὲ ψευδὴς συλλογισμὸς λέγεται διχῶς· ἢ γὰρ εἰ συλλελόγισται ψευδῶς, ἢ εἰ μὴ ὢν συλλογισμὸς δοκεῖ εἶναι συλλογισμός· εἴη ἂν ἥτε εἰρημένη νυνὶ λύσις, καὶ ἡ τοῦ φαινομένου συλλογισμοῦ, παρὰ τί φαίνεται τῶν ἐρωτημάτων διόρθωσις· ὥστε συμβαίνει, τῶν

stice cavillari; & quia in utramque partem sunt opiniones, non videbitur falso respondere; translatio autem efficiet, ut oratio non possit elencho redargui. 20 Praeterea, quascunque interrogationes quis praesenserit, iis debet ante (*quam dicantur*) obiicere, & praedicere; sic enim maxime percontantem impediet.

CAP. XVIII.

De vera solutione.

Quoniam autem recta solutio est detectio falsi syllogismi (*docens*), ex qua interrogatione falsum efficiatur; falsus vero syllogismus dicitur bifariam; aut enim si falso conclusum est, aut si, cum non sit syllogismus, videtur esse syllogismus; erit utique & nunc dicta solutio, & eius, qui syllogismus videtur, correctio (*docens*), ob quam interrogationem (*falso*) videatur (*esse syllogismus*); unde fit, ut argumentationes syllogismo

λόγων τοὺς μὲν συλλελογισμένους ἀνελόντα, τοὺς δὲ Cαινομένους διελόντα λύειν. 2 Πάλιν, ἐπεὶ τῶν συλλελογισμένων λόγων οἱ μὲν ἀληθές· οἱ δὲ ψευδὲς ἔχουσι τὸ συμπέρασμα· τοὺς μὲν κατὰ τὸ συμπέρασμα ψευδεῖς διχῶς ἐνδέχεται λύειν· καὶ γὰρ τῷ ἀνελεῖν τι τῶν ἠρωτημένων, καὶ τῷ δεῖξαι τὸ συμπέρασμα ἔχειν οὐχ οὕτω· τοὺς δὲ κατὰ τὰς προτάσεις τῷ ἀνελεῖν τι μόνον· τὸ γὰρ συμπέρασμα ἀληθές. 3 Ὥστε τοῖς βουλομένοις λύειν λόγον πρῶτον μὲν σκεπτέον, εἰ συλλελόγισται, ἢ ἀσυλλόγιστος· εἶτα, πότερον ἀληθὲς τὸ συμπέρασμα, ἢ ψευδές· ὅπως ἢ διαιροῦντες, ἢ ἀναιροῦντες λύωμεν· καὶ ἀναιροῦντες ἢ ὧδε, ἢ ὧδε, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον. 4 Διαφέρει δὲ πλεῖστον, ἐρωτώμενόν τε, καὶ μὴ, λύειν λόγον· τὸ μὲν γὰρ προϊδεῖν, χαλεπόν· τὸ δὲ κατὰ σχολὴν ἰδεῖν, ῥᾴδιον.

concludentes negatione, quae autem concludere videntur, distinctione solvantur. 2 Rursus, quia concludentium argumentationum aliae veram, aliae autem falsam conclusionem habent; eae quidem, quarum falsa est conclusio, dupliciter solvi possunt; nempe & tollendo aliquam interrogationem, & ostendendo, non ita se habere conclusionem; quae autem propositiones falsas habent, tantummodo tollendo aliquam (*interrogationem solvi possunt*); nam conclusio vera est. 3 Quare argumentationem solvere volentes primum considerare debent, concluseritne illa, an vi concludendi careat; deinde, utrum conclusio vera sit, an falsa; ut vel distinguendo, vel tollendo solvamus; & tollendo vel hoc, vel illo modo, quemadmodum supra dictum est. 4 Plurimum vero interest, utrum quis interrogatus, an non, solvat argumentationem; nam (*statim*) prospicere, difficile est; per otium autem videre, facile.

ΚΕΦ. ιθ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΟΜΩΝΥΜΙΑΝ ΚΑΙ ΑΜΦΙΒΟΛΙΑΝ ΕΛΕΓΧΩΝ.

Lib. II Cap. III edd. Sylb. & Casaub.

Τῶν μὲν οὖν παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν ἀμφιβολίαν ἐλέγχων οἱ μὲν ἔχουσί τι τῶν ἐρωτημάτων πλείω σημαῖνον· οἱ δὲ τὸ συμπέρασμα πολλαχῶς λεγόμενον· οἷον, ἐν μὲν τῷ, σιγῶντα λέγειν, τὸ συμπέρασμα διττόν· ἐν δὲ τῷ, μὴ συνεπίστασθαι τὸν ἐπιστάμενον, (ὡς ἐπὶ τοῦδε, ὁ ἐπιστάμενος λέγειν, ἢ πράττειν, καὶ ἐκεῖνο συνεπίσταται, ὃ λέγει, ἢ πράττει· οὗτος δὲ ἐπίσταται λέγειν ἰαμβεῖα· οὗτος ἄρα συνεπίσταται καὶ τὰ ἰαμβεῖα,) ἓν τῶν ἐρωτημάτων ἀμφίβολον· καὶ τὸ διττὸν ὁτὲ μέν ἐστι, ὁτὲ δὲ οὐκ ἔστι· ἀλλὰ σημαίνει τὸ διττὸν, τὸ μὲν, ὄν· τὸ δὲ, οὐκ ὄν. 2 Ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ τέλει τὸ πλεοναχῶς, ἂν μὴ προσλάβῃ τὴν ἀντίφασιν, οὐ γίνεται ἔλεγχος·

CAP. XIX.

De solutione captionum ex homonymia & amphibolia.

Elenchorum quidem ex homonymia & amphibolia alii habent aliquam interrogationem plura significantem; alii vero conclusionem multifariam acceptam; ut, in illo, *tacentem loqui*, conclusio duplex est; in illo vero, *scientem non simul scire*, (sicut in hoc, Qui scit dicere aut facere, illud quoque simul scit, quod dicit, aut facit; atqui hic scit dicere carmina iambica; hic igitur simul scit etiam iambica,) una interrogatio est ambigua; & duplex alias est verum, alias autem non est; sed significat duplex partim, quod est, partim, quod non est. 2 Quibus ergo in fine inest multiplicitas, nisi (*adversarius*) assumserit contradictionem, non fit elenchus;

οἷον, ἐν τῷ τυφλὸν ὁρᾷν· ἄνευ γὰρ ἀντιφάσεως οὐκ ἦν ἔλεγχος. 3 Ὅσοις δὲ ἐν τοῖς ἐρωτήμασιν, οὐκ ἀνάγκη, προαποφῆσαι τὸ διττόν· οὐ γὰρ πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τοῦτο, ὁ λόγος. 4 Ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν τὸ διπλοῦν καὶ ὄνομα καὶ λόγον οὕτως ἀποκριτέον, ὅτι ἔστιν ὡς ναὶ, ἔστι δ' ὡς οὔ· ὥσπερ τὸ σιγῶντα λέγειν, ὅτι ἐστὶν ὡς ναὶ, ἔστι δ' ὡς οὔ· καὶ τὰ δέοντα πρακτέον, ἐστὶν ἃ, ἔστι δὲ ἃ οὔ· τὰ γὰρ δέοντα λέγεται πολλαχῶς· ἐὰν δὲ λάβῃ, ἐπὶ τέλει προστιθέντα τῇ ἐρωτήσει διορθωτέον· ἔστιν ἄρα σιγῶντα λέγειν; οὔ· ἀλλὰ τόνδε σιγῶντα. 5 Καὶ ἐν τοῖς ἔχουσι δὲ τὸ πλεοναχῶς ἐν ταῖς προτάσεσιν ὁμοίως· οὐκ ἄρα συνεπίστανται, ὅ, τι ἐπίστανται; ναί· ἀλλ' οὐχ οἱ οὕτως ἐπιστάμενοι· οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστιν, ὅτι οὐκ ἔστι συνεπίστασθαι, καὶ ὅτι τοὺς ὧδὶ ἐπισταμένους οὐκ

velut in illo, *caecum videre;* nam ſine contradictione non erat elenchus. 3 Quibus autem ineſt (*multiplicitas*) in interrogationibus, (*in his*) non eſt neceſſe prius negare duplex; non enim ad hoc, ſed ex hoc exſtruitur argumentatio. 4 Initio quidem, cum duplex eſt & nomen & oratio, ſic reſpondendum eſt, partim eſſe, partim non eſſe; ut τὸ *tacentem loqui*, uno modo eſſe verum, altero falſum; & facienda eſſe τὰ δέοντα, de his vere dici, de illis falſo; nam τὰ δέοντα multis modis dicuntur; ſin autem (*multiplicitas*) lateat, ad extremum adiectione interrogatio eſt corrigenda: Eſtne verum, *tacentem loqui?* Minime; ſed *huncce* tacentem. 5 Etiam in iis, quae multiplicitatem habent in propoſitionibus, ſimiliter (*eſt agendum*): Nonne igitur ſimul ſciunt, quod ſciunt? utique; ſed non, qui ita ſciunt; non enim idem valet, Non accidere, ut, qui ſciunt, ſimul ſciant, &,

ἔστιν. 6 Ὅλως τε μαχητέον, κἂν ἁπλῶς συλλογίζηται, ὅτι οὐχ, ὃ ἔφησεν, ἀπέφησε πρᾶγμα, ἀλλὰ ὄνομα· ὥστε τοῦτο οὐκ ἔλεγχος.

ΚΕΦ. κ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΣΥΝΘΕΣΙΝ ΚΑΙ ΔΙΑΙΡΕΣΙΝ.

Lib. II Cap. III edd. Sylb. & Caſaub.

Φανερὸν δὲ καὶ, τοὺς παρὰ τὴν σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν πῶς λυτέον· ἐὰν γὰρ διαιρούμενος καὶ συντιθέμενος ὁ λόγος ἕτερον σημαίνῃ, συμπεραινομένου τοὐναντίον λεκτέον. 2 Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι λόγοι παρὰ σύνθεσιν καὶ διαίρεσιν· ἆρ' ᾧ εἶδες σὺ τοῦτον τυπτόμενον, τούτῳ ἐτύπτετο οὗτος; καὶ ᾧ ἐτύπτετο, τούτῳ σὺ εἶδες; 3 Ἔχει μὲν οὖν τι καὶ τῶν ἀμφιβόλων ἐρωτημάτων· ἀλλ' ἔστι παρὰ σύνθεσιν· οὐ γὰρ ἐστὶ διττὸν

qui ita ſciunt, (*ſimul ſciant*). 6 Omnino autem pugnandum eſt (*reſpondenti*), etiamſi (*adverſarius*) ſimpliciter concludat, (*& dicendum*) non rem a ſe affirmatam, ſed nomen (*hunc*) negaſſe; ideoque hanc argumentationem non eſſe elenchum.

CAP. XX.

De ſolutione captionum ex compoſitione & diviſione.

Perſpicuum vero etiam eſt, quomodo ſolvendae ſint (*captiones ductae*) ex compoſitione & diviſione; nam ſi diviſa & compoſita oratio diverſam habet ſignificationem, dicendum eſt (*id in ſolutione*), quod concluſioni repugnat. 2 Sunt autem omnes huiuſmodi argumentationes ex compoſitione & diviſione: num quo tu vidiſti hunc vapulantem, eo hic vapulavit? & quo vapulavit, eo tu vidiſti? 3 Habet quidem (*haec fallacia*) aliquid ambiguae interrogationis; attamen eſt ex compo-

τὸ παρὰ τὴν διαίρεσιν· οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς λόγος γίνεται διαιρουμένος· εἴπερ μὴ καὶ τὸ ὄρος καὶ ὅρος τῇ προσῳδίᾳ λεχθέντα σημαίνει ἕτερον· ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς γεγραμμένοις ταὐτὸν ὄνομα, ὅταν ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων γεγραμμένον ᾖ καὶ ὡσαύτως· κἀκεῖ δὴ τὰ παράσημα ποιοῦνται· τὰ δὲ ῥηγγόμενα οὐ ταὐτά· ὥστε οὐ διττὸν τὸ παρὰ διαίρεσιν. 4 Φανερὸν δὲ καὶ, ὅτι οὐ πάντες οἱ ἔλεγχοι παρὰ τὸ διττὸν, καθάπερ τινές φασι. 5 Διαιρετέον οὖν τῷ ἀποκρινομένῳ· οὐ γὰρ ταὐτὸν, εἰπεῖν, ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς τυπτόμενον· καὶ τὸ φάναι, ἰδεῖν, τοῖς ὀφθαλμοῖς τυπτόμενον. 6 Καὶ ὁ Εὐθυδήμου λόγος, * ἆρα οἶδας σὺ νῦν οὖσας ἐν Πειραιεῖ τριήρεις ἐν Σικελίᾳ ὤν; 7 Καὶ πάλιν, ἆρ' ἐστὶν ἀγαθὸν ὄντα σκυτέα μοχθηρὸν εἶναι; εἰ δ' ἄν τις, ἀγαθὸς ὢν σκυτεὺς, μοχθηρός· ὥστε σκυτεὺς μοχθηρός. 8 Ἆρ' ὧν

sitione; non enim duplex est, quod ex divisione sumitur; nam non eadem oratio efficitur, (*cum est*) divisa; nisi & ὄρος & ὅρος cum accentu prolata diversam significationem habent; sed in scriptis quidem idem est nomen, quando iisdem elementis scriptum est, & eodem modo; & illic nimirum notae eaedem fiunt; sed, quae pronuntiantur, non sunt eadem; quare duplex non est, quod ex divisione sumitur. 4 Manifestum vero etiam est, non omnes elenchos ex duplicitate sumi, ut nonnulli putant. 5 Oportet igitur respondentem distinguere; non enim idem est, dicere, aliquem videre oculis vapulantem, & dicere, videre, oculis vapulantem. 6 Huc referatur & Euthydemi ratio, num vidisti tu nunc stantes in Piraeo triremes in Sicilia exsistens? 7 Et rursus, num potest bonus cum sit sutor pravus esse? atqui potest aliquis, cum sit bonus sutor, pravus esse; proinde sutor pravus. 8 Num quorum scientiae sunt

αἱ ἐπιστῆμαι σπουδαῖαι, σπουδαῖα τὰ μαθήματα; τοῦ δὲ κακοῦ σπουδαῖον τὸ μάθημα· σπουδαῖον ἄρα μάθημα τὸ κακόν· ἀλλὰ μὴν τὸ κακὸν καὶ μάθημα καὶ κακόν· ὥστε κακὸν μάθημα τὸ κακόν. 9 Ἆρ' ἀληθὲς εἰπεῖν νῦν ὅτι σὺ γέγονας; γέγονας ἄρα νῦν· ἢ ἄλλο σημαίνει διαιρεθέν; ἀληθὲς γὰρ εἰπεῖν νῦν, ὅτι γέγονας· ἀλλ' οὐ, νῦν [σὺ γέγονας]. 10 Ἆρ' ὡς δύνασαι, καὶ ἃ δύνασαι, οὕτως καὶ ταῦτα ποιήσαις ἄν; οὐ κιθαρίζων δὲ ἔχεις δύναμιν τοῦ κιθαρίζειν· κιθαρίσαις ἂν ἄρα οὐ κιθαρίζων, ἢ οὐ τούτου ἔχει τὴν δύναμιν τοῦ οὐ κιθαρίζων κιθαρίζειν· ἀλλ', ὅτε οὐ ποιεῖ, τοῦ ποιεῖν; 11 Λύουσι δὲ τοῦτό τινες καὶ ἄλλως· εἰ γὰρ ἔδωκεν, ὡς δύναται ποιεῖν, οὗ φασι συμβαίνειν, μὴ κιθαρίζοντα κιθαρίζειν· οὐ γὰρ πάντως, ὡς δύναται ποιεῖν, δεδόσθαι ποιήσειν· οὐ ταὐτὸν δ' εἶναι, τὸ ὡς δύναται,

bonae, ea ſunt bona mathemata? Sed mali bonum eſt mathema; bonum igitur mathema eſt malum; atqui malum & mathema eſt & malum; malum mathema igitur eſt malum. 9 Num vere dicitur nunc te natum eſſe? natus igitur es nunc; an aliud ſignificat diviſum? vere enim dicitur nunc, te natum eſſe; ſed non, nunc [te natum eſſe]. 10 Num quomodo potes, & quae potes, & haec & eo modo utique feceris? non pulſans citharam autem facultatem habes pulſandi citharam; ergo citharam pulſaveris citharam non pulſans, an non habet hanc facultatem, ut non pulſans pulſet citharam; ſed, quando hoc non facit, (*habet facultatem*) faciendi? 11 Solvunt autem nonnulli & aliter; nam ſi (*reſpondens*) conceſſit, (*ſe facturum*,) quomodo facere poteſt, negant inde ſequi, ut non pulſans citharam pulſet; non enim quocunque modo facere poteſt, conceſſiſſe (*reſpondentem*), ſe facturum; non autem idem valet τὸ quo-

καὶ, πάντως ὡς δύναται ποιεῖν. 12 Ἀλλὰ φανερὸν, ὅτι οὐ καλῶς λύουσι· τῶν γὰρ παρὰ ταὐτὸν λόγων ἡ αὐτὴ λύσις· αὐτὴ δ' οὐχ ἁρμόσει ἐπὶ πάντας, οὐδὲ πάντως ἐρωτωμένους· ἀλλ' ἔστι πρὸς τὸν ἐρωτῶντα, οὐ πρὸς τὸν λόγον.

ΚΕΦ. κά'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣΩΔΙΑΝ.

Lib. II Cap. III edd. Sylb. & Casaub.

Παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν λόγοι μὲν οὐκ εἰσὶν οὔτε τῶν γεγραμμένων, οὔτε τῶν λεγομένων· πλὴν εἴ τινες ὀλίγοι γένοιντ' ἂν, οἷον οὗτος ὁ λόγος· ἆρά γέ ἐστι τὸ οὗ καταλύεις, οἰκία; ναί· οὐκ οὖν τὸ οὐ καταλύεις τοῦ καταλύεις ἀπόφασις; ναί· ἔφησας δὲ εἶναι τὸ οὗ καταλύεις οἰκίαν· ἡ οἰκία ἄρα ἀπόφασις. 2 Ὡς δὲ λυτέον, δῆλον· οὐ γὰρ ταὐτὸ σημαίνει τὸ μὲν ὀξύτερον· τὸ δὲ βαρύτερον ῥηθέν.

modo poteſt, & τὸ quocunque modo poteſt facere. 12 Sed apparet, eos non recte ſolvere; nam argumentationum ex eodem ſumtarum eadem eſt ſolutio; haec vero non conveniet omnibus (*eiuſdem generis argumentationibus*), nec quovis modo interrogatis; ſed eſt ad interrogantem, non ad argumentationem (*accommodata ſolutio*).

CAP. XXI.

De ſolutione captionum ex accentu.

Ex accentu vero argumentationes non ſunt neque in ſcriptis, neque in pronuntiatis; niſi paucae quaedam fiant, velut haecce argumentatio: Eſtne τὸ οὗ καταλύεις, domus? certe; nonne τὸ οὐ καταλύεις eſt negatio τοῦ καταλύεις; etiam; dixeras autem, τὸ οὗ καταλύεις eſſe domum; domus igitur eſt negatio. 2 Quomodo autem ſolvendum ſit, manifeſtum eſt; non enim idem ſignificat illud, ſi acutius, & ſi gravius profertur.

ΚΕΦ. κβ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ.

Lib. II Cap. III edd. Sylb. & Caſaub.

Δῆλον δὲ καὶ, τοῖς παρὰ τὸ ὡσαύτως λέγεσθαι τὰ μὴ ταὐτὰ πῶς ἀπαντητέον· ἐπείπερ ἔχομεν τὰ γένη τῶν κατηγοριῶν· ὁ μὲν γὰρ ἐδώκεν ἐρωτηθεὶς, μὴ ὑπάρχειν τι τῶν, ὅσα τί ἐστι σημαίνει· ὁ δὲ ἔδειξεν, ὑπάρχειν τι τῶν πρός τι, ἢ ποσῶν, δοκούντων δέ τί ἐστι σημαίνειν διὰ τὴν λέξιν. οἷον, ἐν τῷδε τῷ λόγῳ· ἆρ' ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ ἅμα ποιεῖν τε καὶ πεποιηκέναι; οὔ· ἀλλὰ μὴν ὁρᾶν γέ τι ἅμα καὶ ἑωρακέναι τὸ αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται. ἆρά ἐστί τι τῶν πάσχειν ποιεῖν τι; οὔ. οὐκοῦν τὸ τέμνεται, καίεται, αἰσθάνεται, ὁμοίως λέγεται· καὶ πάντα πάσχειν τι σημαίνει· πάλιν δὲ τὸ λέγειν, τρέχειν, ὁρᾶν, ὁμοίως ἀλλήλοις λέ-

CAP. XXII.

De ſolutione captionum ex figura dictionis.

Patet vero etiam, quomodo ſit occurrendum argumentationibus ex eo ductis, quod eodem modo dicuntur, quae non eadem ſunt; quandoquidem tenemus genera categoriarum; nam ille quidem interrogatus conceſſit, non eſſe quidpiam eorum, quae eſſentiam ſignificant; hic vero probavit, eſſe quidpiam eorum, quae referuntur ad aliquid, vel ſunt quanta, videntur autem eſſentiam ſignificare propter ſimilem dictionem. Velut, in hac argumentatione: Acciditne idem ſimul facere & feciſſe? Nequaquam; atqui videre ſaltem ſimul & vidiſſe eandem rem & ſecundum idem accidit. Eſtne aliquid facere & pati? Minime. Immo haec, *ſecatur*, *uritur*, *ſentit*, ſimiliter dicuntur; & omnia pati quiddam ſignificant; rurſus vero τὸ *dicere*, *currere*, *videre*, ſimili

γεται· ἀλλὰ μὴν τό γ' ὁρᾶν αἰσθάνεσθαί τί ἐστιν· ὥστε καὶ πάσχειν τι ἅμα καὶ ποιεῖν. 2 Εἰ δέ τις ἐκεῖ, δοὺς, μὴ ἐνδέχεσθαι ἅμα τὸ αὐτὸ ποιεῖν τε καὶ πεποιηκέναι, τὸ ὁρᾶν καὶ ἑωρακέναι φαίη ἐγχωρεῖν, οὕπω ἐλήλεγκται, εἰ μὴ λέγοι τὸ ὁρᾶν ποιεῖν τι, ἀλλὰ πάσχειν· προσδεῖ γὰρ τούτου τοῦ ἐρωτήματος· ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἀκούοντος ὑπολαμβάνεται δεδωκέναι, ὅτε τὸ τέμνειν ποιεῖν τι, καὶ τὸ τετμηκέναι πεποιηκέναι τι, ἔδωκε· καὶ ὅσα ἄλλα ὁμοίως λέγεται. τὸ γὰρ λοιπὸν αὐτὸς προστίθησιν ὁ ἀκούων, ὡς ὁμοίως λεγόμενον· τὸ δὲ λέγεται μὲν οὐχ ὁμοίως, φαίνεται δὲ διὰ τὴν λέξιν· τὸ αὐτὸ δὲ συμβαίνει, ὅπερ ἐν ταῖς ὁμωνυμίαις. οἴεται γὰρ ἐν τοῖς ὁμωνύμοις ὁ ἀγνὼς τῶν λόγων, ὃ ἔφησεν, ἀποφῆσαι πρᾶγμα, οὐκ ὄνομα· τὸ δὲ ἔτι προσδεῖ ἐρωτήματος, εἰ ἐφ' ἓν βλέπων λέγει τὸ ὁμώνυμον· οὕτως

inter ſe modo dicuntur; atqui τὸ *videre* eſt ſpecies quaedam τοῦ *ſentire;* proinde ſimul eſt & Facere & Pati. 2 Si quis autem illic, cum conceſſerit, non poſſe aliquem ſimul idem facere & feciſſe, fateatur, aliquem poſſe videre & vidiſſe, nondum convictus eſt elencho, ſi videre non dicat eſſe facere quiddam, ſed pati; nam opus eſt etiam hac interrogatione; ſed auditor exiſtimat, eum hoc conceſſiſſe, quando conceſſit, τὸ ſecare eſſe facere quiddam, & τὸ ſecuiſſe eſſe feciſſe quiddam; & quaecunque alia ſimiliter dicuntur. Nam reliquum ipſe auditor ſupplet, quaſi ſimiliter dicatur; ſed hoc non dicitur quidem ſimiliter, verum ita videtur propter dictionem; idem autem hîc accidit, quod in homonymiis. Nam verborum vim ignorans putat in homonymiis, quam rem affirmavit (*reſpondens*), eam negaſſe (*adverſarium*), non tantum nomen; cum tamen inſuper opus ſit interrogatione, an ad unam rem reſpiciens dicat ver-

γὰρ δόντος, ἔσται ἔλεγχος. 3 Ὅμοιοι δὲ καὶ οἵδε οἱ λόγοι τούτοις· εἰ ὅ τις ἔχων ὕστερον μὴ ἔχει, ἀπέβαλεν; ὁ γὰρ ἕνα μόνον ἀποβαλὼν ἀστράγαλον οὐχ ἕξει δέκα ἀστραγάλους· ἢ, ὃ μὲν μὴ ἔχει πρότερον ἔχων, ἀποβέβληκεν; ὅσον δὲ μὴ ἔχει, ἢ ὅσα, οὐκ ἀνάγκη τοσαῦτα ἀποβαλεῖν· ἐρωτήσας οὖν, ὃ ἔχει, συνάγει ἐπὶ τοῦ ὅσα· τὰ γὰρ δέκα ποσά· εἰ οὖν ἤρετο ἐξ ἀρχῆς, ὅσα τις μὴ ἔχει, πρότερον ἔχων, ἆρά γε ἀποβέβληκε τοσαῦτα; οὐδεὶς ἂν ἔδωκεν, ἀλλ' ἢ τοσαῦτα, ἢ τούτων τι. 4 Καὶ ὅτι δοίη ἄν, ὃ μὴ ἔχει· οὐ γὰρ ἔχει μόνον ἕνα ἀστράγαλον, ἢ οὐ δέδωκεν, ὃ οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ὡς οὐκ εἶχε, τὸν ἕνα· τὸ γὰρ μόνον οὐ τόδε σημαίνει, οὐδὲ τοιόνδε, οὐδὲ τοσόνδε τι, ἀλλ' ὡς ἔχει πρός τι, οἷον, ὅτι οὐ μετὰ ἄλλου· ὥσπερ οὖν, εἴ ἤρετο, ἆρ' ὃ μὴ

bum homonymum; hoc enim conceſſo, erit elenchus. 3 Illis vero etiam ſimiles ſunt argumentationes hae: Num, quod quis habens poſtea non habet, amiſit? nam qui unum modo talum amiſit, non habebit decem talos; aut, An quod non habet, cum prius haberet, amiſit? Quantum vero non habet, aut quanta, tanta non eſt neceſſe eum amiſiſſe; cum igitur interrogans dixerit, quod habet, in concluſione ponit tot; nam decem ſunt aliquot; ſi igitur interrogaſſet ab initio, quot aliquis non habet, cum prius haberet, totne amiſit? nemo ſane concederet, ſed vel tot, vel horum quidpiam. 4 Item (*captio, qua concluditur*), poſſe aliquem dare, quod non habet; non enim habet *unum ſolum* talum, aut (*qui dedit unum ſolum talum*) non dedit, *quod* non habebat, ſed *quomodo* non habebat, (*nempe*) *unum;* nam τὸ *ſolum* non ſignificat hoc, nec quale, nec quantum, ſed quomodo refertur ad alterum, velut, non (*haberi una*) cum alio; perinde igitur eſt, ac ſi quis

ἔχει τις, δοίη ἄν [τις]; μὴ Φάντος δὲ, ἔροιτο, εἰ δοίη ἄν τις ταχέως, μὴ ἔχων ταχέως, Φήσαντος δὲ, συλλογίζοιτο, ὅτι δοίη ἄν τις, ὃ μὴ ἔχει· καὶ φανερὸν, ὅτι οὐ συλλελόγισται· τὸ γὰρ ταχέως οὐ τόδε διδόναι ἐστὶν, ἀλλ' ὧδε διδόναι· ὡς δὲ μὴ ἔχει τις, δοίη ἄν· οἷον, ἡδέως ἔχων, δοίη ἂν λυπηρῶς. 5 Ὅμοιοι δὲ καὶ οἵδε πάντες· ἆρ' ᾗ μὴ ἔχει χειρὶ τύπτοι ἄν; ἢ ᾧ μὴ ἔχει ὀφθαλμῷ ἴδοι ἄν; οὐ γὰρ ἔχει ἕνα μόνον. 6 Λύουσι μὲν οὖν τινες λέγοντες, καὶ ὡς ἔχει ἕνα μόνον καὶ ὀφθαλμὸν καὶ ἄλλο ὁτιοῦν ὁ πλείω ἔχων. 7 Οἱ δὲ καὶ, ὡς, ὃ ἔχει, ἔλαβεν· ἐδίδου γὰρ μίαν μόνην οὗτος ψῆφον· καὶ οὗτος ἔχει (φασὶ) μίαν μόνην παρὰ τούτου ψῆφον. 8 Οἱ δὲ εὐθὺς τὴν ἐρώτησιν ἀναιροῦντες, ὅτι ἐνδέχεται, ὃ μὴ ἔλαβεν, ἔχειν· οἷον, οἶνον λα-

interrogaſſet: Quod quis non habet, poteſtne dare [aliquis]? (*Altero*) vero negante, (*hoc fieri poſſe*,) quaereret, an poſſit aliquis dare cito, non habens cito, (*illo*) autem aſſentiente, concluderet, dare aliquem poſſe, quod non habet; & perſpicuum eſt, eum non concluſiſſe; nam cito dare non eſt *hoc* dare, ſed *ita* dare; ut vero quis non habet, dare poteſt; velut, libenter habens, dare poteſt gravate. 5 Similes (*expoſitis*) etiam ſunt (*captiones*) hae omnes: Num ea, quam non habet, manu verberare poteſt? an eo, quem non habet, oculo videre poteſt? non enim habet unum tantum. 6 Solvunt quidem nonnulli dicentes, etiam unum ſolum ſive oculum, ſive aliud quodvis habere eum, qui plura habet. 7 Alii vero (*aiunt*), & accepiſſe (*quempiam*), quod habet; dedit enim alter unum ſolum calculum; & hic habet (inquiunt) unum ſolum ab illo calculum. 8 Alii autem ſtatim interrogationem tollentes (*affirmant*), fieri poſſe, ut quis habeat, quod non accepit; velut, qui

βόντα ἡδύν, διαφθαρέντα ἐν τῇ λήψει, ἔχειν ὀξύν. 9 Ἀλλ', ὅπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον, οὗτοι πάντες οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἄνθρωπον λύουσιν. εἰ γὰρ ἦν αὕτη λύσις, δόντα τὸ ἀντικείμενον οὐχ οἷόν τε λύειν· καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων· οἷον, εἰ, ἔστι μὲν ὃ, ἔστι δὲ ὃ οὐ, ἡ λύσις· ἂν ἁπλῶς δῷ λέγεσθαι, συμπεραίνεται· ἐὰν δὲ μὴ συμπεραίνηται, οὐκ ἂν εἴη λύσις· ἐν δὲ τοῖς προειρημένοις, πάντων διδομένων, οὔ φαμεν γίνεσθαι συλλογισμόν. 10 Ἔτι δὲ καὶ οἵδε εἰσὶ τούτων τῶν λόγων· ἆρα ὃ γέγραπται, γέγραφέ τις; γέγραπται δε, νῦν ὅτι σὺ κάθησαι, ψευδὴς ὁ λόγος· ἦν δ' ἀληθὴς, ὅτε ἐγράφετο· ἅμα ἄρα ἐγράφετο ψευδὴς καὶ ἀληθής. τὸ γὰρ ψευδῆ ἢ ἀληθῆ [λέγειν] λόγον, ἢ δοξαν εἶναι, οὐ τόδε, ἀλλὰ τοιόνδε σημαίνει· ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῆς δόξης. 11 Καὶ,

vinum accepit dulce, ſi corruptum ſit inter accipiendum, habeat acidum. 9 Verum, ut etiam antea dictum fuit, omnes hi non ad argumentationem, ſed ad hominem ſolutionem accommodant. Nam ſi eſſet haec ſolutio, (*quam afferunt*,) qui contrarium daret, ſolvere non poſſet; ſicut in aliis (*quoque captionibus uſu venit*); velut, ſi ſolutio eſt, *partim* eſt, *partim* non eſt; ſi ſimpliciter conceſſerit, concluditur; ſin autem non concluditur, non poteſt ea eſſe ſolutio; in (*captionibus*) vero ante dictis, conceſſis omnibus, negamus, fieri ſyllogiſmum. 10 Praeterea vero etiam in harum argumentationum numero ſunt: Num quod ſcriptum eſt, ſcripſit aliquis? ſcripta autem eſt, nunc te ſedere, falſa oratio; ſed vera erat, quando ſcribebatur; ſimul igitur ſcribebatur falſa & vera. Nam veram aut falſam orationem opinionemve eſſe, non *hoc*, ſed *tale* ſignificat; eadem namque ratio eſt etiam opinionis, (*quae orationis*). 11 Item,

ἆρ' ὁ μανθάνει ὁ μανθάνων, τοῦτό ἐστιν, ὃ μανθάνει; μανθάνει δέ τις τὸ βραδὺ ταχύ. οὐ γὰρ, ὃ μανθάνει, ἀλλ', ὡς μανθάνει, εἴρηκε. 12 Καὶ, ἆρ' ὁ βαδίζει τις, πατεῖ; βαδίζει δὲ τὴν ἡμέραν ὅλην· ἢ οὐχ, ὃ βαδίζει, ἀλλ', ὅτε βαδίζει, εἴρηκεν; 13 Οὐδ', ὅταν τὴν κύλικα πίνει, ὃ πίνει, ἀλλ', ἐξ οὗ. 14 Καὶ, ἆρα ὅ τις οἶδεν ἢ εὑρὼν ἢ μαθὼν οἶδεν; ὧν δὲ τὸ μὲν εὗρε· τὸ δὲ ἔμαθε· τὰ ἄμφω, οὐδέτερον· ἢ ὃ μὲν ἅπαν· ὃ δὲ οὐχ ἅπαν; 15 Καὶ, ὅτι ἐστί τις τρίτος ἄνθρωπος παρ' αὐτὸν καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον. τὸ γὰρ ἄνθρωπος καὶ ἅπαν τὸ κοινὸν οὐ τόδε τι, ἀλλὰ τοιόνδε τι, ἢ πρός τι, ἢ πῶς, ἢ τῶν τοιούτων τι σημαίνει. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ, Κορίσκος καὶ Κορίσκος μουσικὸς πότερον ταὐτὸν, ἢ ἕτερον; τὸ μὲν γὰρ τοδέ τι· τὸ δὲ τοιόνδε σημαί-

Num quod discit discens, hoc est, quod discit? discit autem quis tardum celeriter. Non enim (*opponens*) dixit, *quod* quis discit, sed *quomodo* discit. 12 Et, num quod quis perambulat, calcat? perambulat autem totum diem; an non dixit, *quod* quis perambulat, sed *quando* perambulat? 13 Neque cum (*dicimus*), Calicem bibit, (*indicamus*,) quod bibit, sed, ex quo. 14 Item, num quod quis novit vel inveniens vel discens novit? quorum autem alterum invenit, alterum vero didicit, (*his*) ambo (*simul si accipiantur*) neutrum (*convenit*); an hic quidem omne (*accipitur*); ibi vero non omne? 15 Item, esse quendam tertium hominem praeter ipsum (*hominem*), & singulos (*homines*). Nam τὸ homo & quidquid commune est, non hoc aliquid, sed tale quidpiam, vel ad aliquid, vel quomodo, vel eiusmodi quidpiam significant. Similiter vero etiam in hac quaestione, utrum Coriscus & Coriscus musicus sint eadem res, an diversa? nam alterum quidem hoc aliquid; alterum

νει· ὥστε οὐκ ἔστιν αὐτὸ ἐκβέσθαι· οὐ τὸ ἐκτίθεσθαι δὲ ποιεῖ τὸν τρίτον ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸ ὅπερ τό δέ τι εἶναι συγχωρεῖν. οὐ γάρ ἐστι τό δέ τι εἶναι, ὅπερ Καλλίας, καὶ, ὅπερ ἄνθρωπος, ἐστίν. οὐδ', εἴ τις τὸ ἐκτιθέμενον μὴ ὅπερ τό δέ τι εἶναι λέγοι, ἀλλ' ὅπερ ποιὸν, οὐδὲν διοίσει· ἔσται γὰρ παρὰ τοὺς πολλοὺς ἕν τι, οἷον, ὁ ἄνθρωπος. Φανερὸν οὖν, ὅτι οὐ δοτέον, τό δέ τι εἶναι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἐπὶ πᾶσιν· ἀλλ' ἢ τοι ποσὸν, ἢ ποιὸν, ἢ πρός τι, ἤ τι τῶν τοιούτων σημαίνειν.

ΚΕΦ. κγ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ ΚΑΘΟΛΟΥ.

Lib. II Cap. III edd. Sylb. & Caſaub.

Ὅλως δὲ ἐν τοῖς παρὰ τὴν λέξιν λόγοις ἀεὶ κατὰ τὸ ἀντικείμενον ἔσται ἡ λύσις, ἢ παρ' ὅ ἐστιν ὁ λόγος. 2 Οἷον, εἰ παρὰ τὴν σύνθεσιν ὁ λόγος, ἡ λύσις διε-

vero tale ſignificat; quare non licet hoc exponere; neque vero expoſitio tertium hominem facit; ſed illa conceſſio, (*id, quod eſt commune*) eſſe id ipſum, quod hoc aliquid. Sic enim fit, ut hoc aliquid eſſe non ſit id ipſum, quod Callias, & ſit id ipſum, quod homo. Nec, ſi quis dicat, id, quod exponitur, non eſſe id ipſum, quod hoc aliquid, ſed ipſum, quod quale, quidquam referet; erit enim praeter multos unum aliquid, ut homo. Apparet igitur, non eſſe concedendum, hoc aliquid eſſe, quod communiter multis attribuitur; ſed vel quantum, vel quale, vel ad aliquid, vel huius generis aliud quidpiam ſignificare.

CAP. XXIII.

De eadem omnino.

Omnino autem in diſputationibus a dictione (*ſumtis*) ſemper oppoſitum ei, ex quo argumentatio ducitur, erit ſolutio. 2 Velut, ſi ex compoſitione ſumitur argu-

λόντι· εἰ δὲ παρὰ τὴν διαίρεσιν, συνθέντι. 3 Πάλιν, εἰ παρὰ προσῳδίαν ὀξεῖαν· ἡ βαρεῖα προσῳδία λύσις· εἰ δὲ παρὰ βαρεῖαν ἡ ὀξεῖα. 4 Εἰ δὲ παρ' ὁμωνυμίαν, ἔστι τὸ ἀντικείμενον ὄνομα εἰπόντα λύειν. οἷον, εἰ ἔμψυχον συμβαίνει λέγειν ἀποφήσαντα μὴ εἶναι, δηλοῦν, ὡς ἔστιν ἔμψυχον. εἰ δ' ἄψυχον ἔφησεν, ὁ δὲ τὸ ἔμψυχον συνελογίσατο, λέγειν, ὡς ἔστιν ἄψυχον. 5 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀμφιβολίας. 6 Εἰ δὲ παρ' ὁμοιότητα λέξεως, τὸ ἀντικείμενον ἔσται λύσις· ἆρ' ὃ μὴ ἔχει, δοίη τις ἄν; ἢ οὐχ, ὃ μὴ ἔχει, ἀλλ' ὡς οὐκ ἔχει· οἷον, ἕνα μόνον ἀστράγαλον. ἆρα ὃ ἐπίσταται, μαθὼν ἢ εὑρὼν ἐπίσταται; ἀλλ' οὐχ, ἃ ἐπίσταται. καὶ εἰ ὁ βαδίζει, πατεῖ; ἀλλ' οὐχ ὅτε· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

mentatio, ſolutio erit per diviſionem; ſi ex diviſione, per compoſitionem. 3 Rurſus, ſi ex accentu acuto (*arguatur*), gravis accentus erit ſolutio; ſi vero ex gravi, acutus. 4 Sin autem ex homonymia, licet oppoſitum nomen dicendo ſolvere. Velut, ſi (*ex argumentatione*) ſequitur, ut negando dicatur, non eſſe animatum, oſtendatur, eſſe animatum. Quod ſi (*reſpondens*) dixit inanimatum, ille autem, (*qui argumentatur*,) concluſit, eſſe animatum, dicere (*oportet*), eſſe inanimatum. 5 Similiter vero etiam (*faciendum eſt*) in amphibolia. 6 Si autem ex ſimilitudine dictionis (*ductum ſit argumentum*), oppoſitum erit ſolutio; (*veluti*) num quod non habet, dare aliquis poteſt? an non (*poteſt*), quod non habet, ſed quomodo non habet; ut, unum ſolum talum. Num quod ſcit, diſcens an inveniens ſcit? ſed non, quae ſcit. Et, num quod perambulat, calcat? ſed non quando; ſimiliter vero etiam in aliis (*eiuſmodi captionibus eſt faciendum*).

ΚΕΦ. κδ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΣΥΜΒΕΒΗΚΟΣ.

Lib. II Cap. IV edd. Sylb. & Casaub.

Πρὸς δὲ τοὺς παρὰ συμβεβηκὸς μία μὲν ἡ αὐτὴ λύσις πρὸς ἅπαντας. ἐπεὶ γὰρ ἀδιόριστόν ἐστι τὸ πότε λεκτέον ἐπὶ τοῦ πράγματος, ὅταν ἐπὶ τοῦ συμβεβηκότος ὑπάρχῃ· καὶ ἐπ' ἐνίων μὲν δοκεῖ, καὶ φασίν· ἐπ' ἐνίων δὲ οὐ φασιν ἀναγκαῖον εἶναι· ῥητέον οὖν συμβιβασθέντας ὁμοίως πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἀναγκαῖον. ἔχειν δὲ δεῖ προφέρειν τὸ οἷον. 2 Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῖδε τῶν λόγων παρὰ τὸ συμβεβηκός· οἷον, ἆρ' οἶδας, ὃ μέλλω σε ἐρωτᾶν; ἆρ' οἶδας τὸν προσιόντα, ἢ τὸν κεκαλυμμένον; ἆρ' ὁ ἀνδριὰς σόν ἐστιν ἔργον; ἢ σὸς ὁ κύων πατήρ; ἆρα τὰ ὀλιγάκις ὀλίγα, ὀλίγα; φανερὸν γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις, ὅτι οὐκ ἀνάγ-

CAP. XXIV.

De solutione captionum ex accidente.

Quod autem (*ad captiones*) attinet, quae ex accidente ducuntur, una & eadem est omnium solutio. Nam quia incertum est, quando dicendum sit de re, quod accidenti ineſt; ac in nonnullis quidem hoc videtur, & (*vulgo*) concedunt; in nunnullis vero negant esse necessarium; dicendum est igitur, accommodatâ ad omnes (*eâdem solutione*), non esse necessarium. Oportet autem habere in promtu exemplum, quod proferatur. 2 Sunt autem omnes hae argumentationes ex accidente; velut, scisne, quod te sum interrogaturus? nostine eum, qui accedit, aut qui coopertus est? num statua tuum est opus? num canis tuus est pater? num pauca paucis vicibus (*accepta*) pauca sunt? Perspicuum enim est in his omnibus, non necesse esse, ut, quod

κη, τὸ κατὰ τοῦ συμβεβηκότος καὶ κατὰ τοῦ πράγματος ἀληθεύεσθαι· μόνοις γὰρ τοῖς κατὰ τὴν οὐσίαν ἀδιαιρέτοις καὶ ἓν οὖσιν ἅπαντα δοκεῖ ταὐτὰ ὑπάρχειν· τῷ δὲ ἀγαθῷ οὐ ταὐτόν ἐστιν, ἀγαθῷ τε εἶναι, καὶ μέλλοντι ἐρωτᾶσθαι· οὐδὲ γὰρ προσιόντι, ἢ ἐγκεκαλυμμένῳ, προσιόντι τε εἶναι, καὶ Κορίσκῳ· ὥστε οὐκ, εἰ τὸν Κορίσκον οἶδα, ἀγνοῶ δὲ τὸν προσιόντα, τὸν αὐτὸν οἶδα καὶ ἀγνοῶ· οὐδ', εἰ τοῦτό ἐστιν ἔργον, ἐμὸν δέ ἐστιν, ἐμόν ἐστιν ἔργον· ἀλλ' ἢ κτῆμα, ἢ πρᾶγμα, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. 3 Λύουσι δέ τινες διαιροῦντες τὴν ἐρώτησιν· Φασὶ γάρ, ἐνδέχεσθαι ταὐτὸ πρᾶγμα εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ ταὐτό. τὸν οὖν προσιόντα οὐκ εἰδότες, τὸν δὲ Κορίσκον εἰδότες, ταὐτὸ μὲν εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν Φασιν, ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό. 4 Καίτοι πρῶτον μὲν, κα-

de accidente (*vere dicitur*), id etiam de re ipsa vere dicatur; nam in iis solis, quae videntur secundum essentiam indifferentia & unum esse, omnia videntur eadem inesse; bono autem non idem est, esse bonum, & fore interrogandum; neque ei, qui accedit, vel coopertus est, accedentem esse, & Coriscum esse; quare non, si Coriscum novi, accedentem vero non novi, (*propterea*) eundem novi & non novi; neque, si hoc est opus, meumque est, ideo meum est opus; sed vel possessio, vel res, vel aliud quodvis. Eodem vero modo in aliis quoque res se habet. 3 Solvunt autem nonnulli (*has captiones*) distinguendo interrogationem; aiunt enim, fieri posse, ut eandem rem sciamus & ignoremus, sed non secundum idem. Accedentem igitur non cognoscentes, Coriscum autem cognoscentes, idem se cognoscere & ignorare fatentur, non tamen eodem modo. 4 Atqui primum quidem, sicuti iam diximus, opor-

θάπερ ἤδη εἴπομεν, δεῖ τῶν παρὰ ταὐτὸ λόγων τὴν αὐτὴν εἶναι διόρθωσιν· αὕτη δὲ οὐκ ἔσται, ἂν τις μὴ ἐπὶ τοῦ εἰδέναι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ εἶναι, ἢ πῶς ἔχειν, τὸ αὐτὸ ἀξίωμα λαμβάνῃ. οἷον, εἰ ὅδε ἐστὶ πατὴρ, ἔστι δὲ σός. εἰ γὰρ ἐπ' ἐνίων τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, καὶ ἐνδέχεται, ταὐτὸ εἰδέναι καὶ ἀγνοεῖν, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν κοινωνεῖ τὸ λεχθέν. 5 Οὐδὲν δὲ κωλύει, τὸν αὐτὸν λόγον πλείους μοχθηρίας ἔχειν. ἀλλ' οὐχ ἡ πάσης ἁμαρτίας ἐμφάνισις λύσις ἐστίν. ἐγχωρεῖ γὰρ, δεῖξαί τινα, ὅτι ψεῦδος μὲν συλλελόγισται· παρ' ὃ δὲ, μὴ δεῖξαι· οἷον, τὸν Ζήνωνος λόγον, ὅτι οὐκ ἔστι κινηθῆναι. ὥστε καὶ, εἴ τις ἐπιχειροίη συνάγειν ὡς εἰς ἀδύνατον, ἁμαρτάνει, κἂν [εἰ] μυριάκις ᾖ συλλελογισμένον· οὐ γάρ ἐστιν αὕτη λύσις· ἦν γὰρ ἡ λύσις ἐμφάνισις ψευδοῦς συλλογισμοῦ, παρ' ὃ ψευδής· εἰ οὖν μὴ συλλε-

tet argumentationum ex eodem (*loco ductarum*) eandem esse correctionem; haec autem non erit (*solutio*), si quis non ex (*verbo*) Cognoscere, sed ex (*verbo*) Esse, aut Aliquo modo se habere, idem axioma sumat. Velut, si hic est pater, & est tuus. Si enim in quibusdam hoc verum est, & fieri potest, ut aliquis idem sciat & ignoret, at certe dicta (*solutio*) huc nullo modo quadrat. 5 Nihil autem vetat, eandem argumentationem pluribus vitiis laborare. Attamen non cuiuscunque peccati patefactio est solutio. Nam fieri potest, ut quis ostendat, falsum esse conclusum; unde vero, non ostendat; velut, (*solvens*) argumentationem Zenonis, nihil posse moveri. Quare etiam, si quis (*respondens*) nitatur argumentando ducere tanquam ad impossibile, peccat, etiamsi decies millies conclusum sit; non enim est haec solutio; nam erat solutio patefactio falsi syllogismi, (*ostendens*) cur falsus sit. Si igitur (*opponens*)

λόγισται· ἢ καὶ ἀληθὲς, ἢ ψεῦδος ἐπιχειρεῖ συνάγειν· ἡ ἐκείνου δήλωσις λύσις ἐστίν. 6 Ἴσως δὲ καὶ τοῦτο ἐπ' ἐνίων οὐδὲν κωλύει συμβαίνειν· πλὴν ἐπί γε τούτων οὐδὲ τοῦτο δόξειεν ἄν· καὶ γὰρ τὸν Κορίσκον, ὅτι Κορίσκος, οἶδε· καὶ τὸ προσιὸν, ὅτι προσιόν. ἐνδέχεται δὲ τὸ αὐτὸ εἰδέναι, καὶ μή· οἷον, ὅτι μὲν λευκὸν, εἰδέναι· ὅτι δὲ μουσικὸν, μὴ γνωρίζειν· οὕτω γὰρ αὐτὸ οἶδε, καὶ οὐκ οἶδεν· ἀλλ' οὐ κατὰ ταὐτό· τὸ δὲ προσιὸν καὶ Κορίσκον, καὶ ὅτι προσιὸν καὶ ὅτι Κορίσκος, οἶδεν. 7 Ὁμοίως δὲ ἁμαρτάνουσι καὶ οἱ λύοντες, ὅτι ἅπας ἀριθμὸς [καὶ πολὺς καὶ] ὀλίγος, ὥσπερ οὖς εἴπομεν. εἰ γὰρ, μὴ συμπεραινομένου, τοῦτο παραλιπόντες, ἀληθὲς συμπεπεράνθαι φασί· (πάντα γὰρ εἶναι καὶ πολὺν, καὶ ὀλίγον·) ἁμαρτάνουσιν. 8 Ἔνιοι δὲ καὶ τῷ διττῷ λύουσι τοὺς συλλογισμοὺς, ὅτι σός ἐστι πα-

nihil concluſit; ſive etiam verum ſive falſum conetur argumentatione concludere; eius rei declaratio ſolutio eſt. 6 Fortaſſe vero etiam hoc in nonnullis uſu venire nihil prohibet; ſed in his (*captionibus*) neque hoc videri poteſt; nam & Coriſcum novit, eſſe Coriſcum; & τὸ accedens, eſſe accedens. Contingit autem idem ſcire, & neſcire; velut, album eſſe, ſcire; muſicum vero eſſe, ignorare; ſic enim idem novit, & non novit; non tamen ſecundum idem; verum (*hîc*) & id quod accedit & Coriſcum ſcit (*eſſe*) id quod accedit & (*eſſe*) Coriſcum. 7 Similiter vero ut ii, quos diximus, peccant & qui (*ita*) ſolvunt (*captionem*), dicentes, omnem numerum [& multum &] paucum eſſe. Nam ſi, cum nihil concludatur, hoc praetermiſſo, verum concluſum eſſe fatentur; (omnem nempe numerum & multum eſſe & paucum;) peccant. 8 Nonnulli vero etiam ex duplicitate ſolvunt hos ſyllogiſmos, (*quibus concluditur,*)

τὴρ, ἢ υἱὸς, ἢ δοῦλος. 9 Καίτοι φανερὸν, ὡς, εἰ παρὰ τὸ πολλαχῶς φαίνεται λέγεσθαι ὁ ἔλεγχος, δεῖ τοὔνομα, ἢ τὸν λόγον, κυρίως εἶναι πλειόνων· τὸ δὲ τόνδε εἶναι τοῦδε τέκνον, οὐδεὶς λέγει κυρίως, εἰ δεσπότης ἐστὶ τέκνου· ἀλλὰ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς ἡ σύνθεσίς ἐστιν· ἆρα τοῦτο σόν; ναί. ἔστι δὲ τοῦτο τέκνον· σὸν ἄρα τοῦτο τέκνον· ὅτι συμβέβηκεν, εἶναι καὶ σὸν καὶ τέκνον, ἀλλ' οὐ σὸν τέκνον. 10 Καὶ τὸ εἶναί τι τῶν κακῶν ἀγαθόν. ἡ γὰρ φρόνησις ἐπιστήμη ἐστὶν τῶν κακῶν. τὸ δὲ τοῦτο τούτων εἶναι, οὐ λέγεται πολλαχῶς, ἀλλὰ κτῆμα. εἰ δ' ἄρα πολλαχῶς· (καὶ γὰρ τὸν ἄνθρωπον τῶν ζώων φαμὲν εἶναι, ἀλλ' οὐ κτῆμα·) καὶ ἐάν τι πρὸς τὰ κακὰ λέγηται, ὥς τινος, διὰ τοῦτο τῶν κακῶν ἐστιν, ἀλλ' οὐ τοῦτο τῶν κακῶν· παρὰ

tuum esse patrem, aut filium, aut servum. 9 Atqui perspicuum est, si secundum multiplicitatem videtur dici elenchus, opus esse, ut nomen, vel oratio, proprie multorum dicatur; hunc vero esse huius filium, nemo dicit proprie, si dominus est filii; sed ex accidente est haec compositio: Estne hoc tuum? Ita. Hoc autem est filius; hoc igitur est tuus filius; quoniam accidit, ut sit & tuus & filius, non tamen tuus filius. 10 (*His similis est captio, qua concluditur*), aliquod bonum esse τῶν κακῶν. Nam prudentia est scientia malorum. Sed hoc esse horum, non dicitur multifariam, sed possessionem (*tantum significat*). Si autem forte multifariam dicitur; (nam hominem quoque dicimus esse animalium, non tamen (*esse eorum*) possessionem;) etiam si quid ad mala (*ita*) referatur, ut (*aliquid dicitur esse*) alicuius, ob id malorum est, sed hoc non est (*omnino & simpliciter*) malorum; ergo propter (*significationem*) quadamtenus & sim-

τὸ πῇ οὖν καὶ ἁπλῶς φαίνεται. καίτοι ἐνδέχεται ἴσως, ἀγαθὸν εἶναί τι τῶν κακῶν διττῶς· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦ λόγου τούτου· ἀλλ', εἴ τι δοῦλον εἴη ἀγαθὸν μοχθηροῦ, μᾶλλον. ἴσως δὲ οὐδ' οὕτως· οὐ γὰρ, εἰ ἀγαθὸν, καὶ τούτου, ἀγαθὸν τούτου ἅμα· ἀλλὰ οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον φάναι τῶν ζώων εἶναι οὐ λέγεται πολλαχῶς· οὐ γὰρ, εἴ ποτέ τι σημαίνομεν ἀφελόντες, τοῦτο λέγεται πολλαχῶς· καὶ γὰρ τὸ ἥμισυ εἰπόντες τοῦ ἔπους, δός μοι Ἰλιάδα, σημαίνομεν· οἷον τὸ, Μῆνιν ἄειδε θεά.

ΚΕΦ. κε'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΕΚ ΤΟΥ ΑΠΛΩΣ Η ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΙ.

Lib. II Cap. V edd. Sylb. & Casaub.

Τοὺς δὲ παρὰ τὸ κυρίως τόδε, ἢ πῇ, ἢ ποῦ, ἢ πῶς, ἢ πρός τι λέγεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς, λυτέον

pliciter (*acceptam*) videtur (*elenchus*). At fortasse contingit, ut aliquid bonum sit τῶν κακῶν bifariam; non tamen in hac argumentatione; sed potius (*in illa*): Estne aliquod mancipium bonum pravi domini? Forsitan vero ne sic quidem (*est multiplicitas*); non enim, si bonum est, & huius est, coniunctim quoque est bonum huius; quin ne illud quidem, cum dicimus, hominem esse animalium, multifariam accipitur; non enim, si quando aliquid significamus, suppressa (*aliqua parte*), hoc dicitur multipliciter; nam & dimidio versu pronuntiato, Da mihi Iliadem, significamus, veluti τὸ, Μῆνιν ἄειδε θεά.

CAP. XXV.

De solutione captionum ex eo ductarum, quod est simpliciter, vel secundum aliquid.

Argumentationes autem ex eo ductae, quod proprie dicitur hoc, vel quadamtenus, vel alicubi, vel quodammodo, vel ad aliquid, nec simpliciter, solvendae sunt

σκοποῦντι τὸ συμπέρασμα πρὸς τὴν ἀντίφασιν, εἰ ἐνδέχεται τούτων τι πεπονθέναι. τὰ γὰρ ἐναντία, καὶ τὰ ἀντικείμενα, καὶ φάσιν καὶ ἀπόφασιν, ἁπλῶς μὲν ἀδύνατον ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ· πῇ μέντοι ἑκάτερον, ἢ πρός τι, ἢ πῶς, ἢ τὸ μὲν πῇ, τὸ δ' ἁπλῶς, οὐδὲν κωλύει. ὥστε, εἰ τὸ μὲν ἁπλῶς, τὸ δὲ πῇ, οὔπω ἔλεγχος. τοῦτο δὲ ἐν τῷ συμπεράσματι θεωρητέον πρὸς τὴν ἀντίφασιν. 2 Εἰσὶ δὲ πάντες οἱ τοιοῦτοι λόγοι τοῦτο ἔχοντες· ἆρ' ἐνδέχεται, τὸ μὴ ὂν εἶναι; ἀλλὰ μὴν ἐστί γέ τι μὴ ὄν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ὂν οὐκ ἔσται· οὐ γὰρ ἔσται τι τῶν ὄντων. ἆρ' ἐνδέχεται, τὸν αὐτὸν ἅμα εὐορκεῖν τε, καὶ ἐπιορκεῖν; ἆρ' ἐνδέχεται, τὸν αὐτὸν ἅμα τῷ αὐτῷ πείθεσθαι, καὶ ἀπειθεῖν; ἢ οὔτε τὸ εἶναί τι καὶ εἶναι ταὐτόν; (τὸ δὲ μὴ ὂν οὐκ, εἰ ἔστι τι,

perpendendo conclusionem collatam cum contradictione, (*ut intelligatur*,) an aliquid eiusmodi in ea contingat. Nam contraria & opposita, & affirmatio & negatio, simpliciter quidem eidem rei inesse nequeunt; sed quo minus quadamtenus utrumque, aut ad aliquid (*facta comparatione*), aut quodammodo, aut alterum quadamtenus, alterum simpliciter insit, nihil prohibet. Quare, si alterum quidem simpliciter (*dicitur*), alterum vero quadamtenus, nondum est elenchus. Hoc autem in conclusione ad contradictionem (*collata*) spectandum est. 2 Omnes autem eiusmodi argumentationes hoc habent: fierine potest, ut, quod non est, sit? atqui aliquid est non ens. Simili vero ratione id, quod est, non erit; non enim erit aliquid eorum, quae sunt. Fierine potest, ut idem simul liquido iuret, ac peieret? Fierine potest, ut idem simul eidem credat ac non credat? An neque τὸ esse aliquid & esse (*simpliciter*) idem sunt? (quod autem non est non, si est aliquid, etiam simpliciter

καὶ ἁπλῶς ἐστιν·) οὔτε, εἰ εὐορκεῖ τόδε καὶ πῇ, ἀνάγκη καὶ εὐορκεῖν; (καὶ γὰρ ὀμόσας ἐπιορκήσειν εὐορκεῖ ἐπιορκῶν τοῦτο μόνον, εὐορκεῖ δὲ οὐ·) οὐδὲ ὁ ἀπειθῶν πείθεται, ἀλλά τι πείθεται. 3 Ὁμοίως δὲ ὁ λόγος καὶ περὶ τοῦ ψεύδεσθαί τι τὸν αὐτὸν ἅμα καὶ ἀληθεύειν. ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ εἶναι εὐθεώρητον, πότερον ἄν τις ἀποδοίη τὸ ἁπλῶς ἀληθεύειν, ἢ ψεύδεσθαι, δύσκολον φαίνεται. κωλύει δ' αὐτὸν οὐδὲν ἁπλῶς μὲν εἶναι ψευδῆ, πῇ δὲ ἀληθῆ, ἢ τινός· ἢ εἶναι ἀληθῆ τινα, ἀληθῆ δὲ μή. 4 Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρός τι, καὶ ποῦ, καὶ πότε· πάντες γὰρ οἱ τοιοῦτοι λόγοι παρὰ τοῦτο συμβαίνουσι· ἆρα ἡ ὑγίεια, ἢ ὁ πλοῦτος, ἀγαθόν; ἀλλὰ τῷ ἄφρονι καὶ μὴ ὀρθῶς χρωμένῳ οὐκ ἀγαθόν· ἀγαθὸν ἄρα καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἆρα τὸ ὑγιαί-

est;) neque, si liquido iurat hoc & quadamtenus, necesse est etiam, eum liquido iurare? (etenim iurans, se peieraturum, dum peierat, liquido iurat hoc solum, sed non (*simpliciter*) liquido iurat, nec, qui fidem non habet, (*simpliciter*) credit, sed aliquid credit. 3 Similiter quoque (*se habet*) argumentatio illa, (*qua ostenditur*) eundem aliquid simul falso & vere dicere. Verum, quia non facile intelligitur, utrum illud *simpliciter* aptandum sit ad veracem esse, an ad mendacem esse, (*sophisma explicatu*) difficile videtur. Nihil autem vetat, eundem simpliciter quidem esse mendacem, quadamtenus autem veracem, vel de aliquo; aut esse vera quaedam, vera autem (*simpliciter*) non esse. 4 Similiter vero etiam (*se res habet*) in his (*limitationibus*), ad aliquid, & alicubi, & aliquando; omnes enim huiusmodi argumentationes hinc proficiscuntur: estne sanitas, vel divitiae, res bona? sed imprudenti ac non recte utenti non est res bona; est igitur res bona & non bona. Num bene vale-

νειν, ἢ δύνασθαι ἐν πόλει, ἀγαθόν; ἀλλ' ἔστιν ὅτε οὐ βέλτιον· ταὐτὸν ἄρα τῷ αὐτῷ ἀγαθὸν καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἢ οὐδὲν κωλύει, ἁπλῶς ὂν ἀγαθὸν τῷδε μὴ εἶναι ἀγαθόν; ἢ τῷδε μὲν ἀγαθόν, ἀλλ' οὐ νῦν, ἢ οὐκ ἐνταῦθα ἀγαθόν; 5 Ἆρ' ὃ μὴ βούλοιτ' ἂν ὁ Φρόνιμος, κακόν; ἀποβάλλειν δ' οὐ βούλεται τὸ ἀγαθόν· κακὸν ἄρα τὸ ἀγαθόν. οὐ γὰρ ταὐτὸν, εἰπεῖν, τὸ ἀγαθὸν εἶναι κακὸν, καὶ, τὸ ἀποβάλλειν τὸ ἀγαθόν. 6 Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τοῦ κλέπτου λόγος. οὐ γὰρ, εἰ κακόν ἐστιν ὁ κλέπτης, καὶ τὸ λαβεῖν ἐστι κακόν· οὐκ οὖν τὸ κακὸν βούλεται, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. τὸ γὰρ λαβεῖν ἀγαθόν. 7 Καὶ ἡ νόσος κακόν ἐστιν, ἀλλ' οὐ τὸ ἀποβαλεῖν τὴν νόσον. 8 Ἆρα τὸ δίκαιον τοῦ ἀδίκου καὶ τὸ δικαίως τοῦ ἀδίκως αἱρετώτερον; ἀλλὰ τὸ ἀποθανεῖν ἀδίκως αἱρετώτερον, ἢ δικαίως. 9 Ἆρα δίκαιόν [ἐστιν], τὰ αὑτοῦ

re, aut in civitate potentem esse, res bona est? sed aliquando hoc non est melius; idem igitur est eidem bonum & non bonum. An nihil prohibet, quod simpliciter est bonum, huic non esse bonum? vel huic quidem esse bonum, non tamen hoc tempore, vel non hoc loco bonum? 5 Num, quod nollet prudens, malum est? non vult autem perdere, quod est bonum; malum igitur bonum est. Non enim idem est, si quis dicat, bonum esse malum, & perdere bonum (*esse malum*). 6 Similiter vero etiam solvenda est argumentatio de fure. Non enim, si fur est res mala, etiam (*eum*) capere est res mala; igitur (*qui eum vult capere*) non rem malam vult, sed bonam. Nam (*furem*) capere est res bona. 7 Et morbus est res mala, non tamen perdere morbum. 8 Num iustum est optabilius, quam iniustum, & iuste, quam iniuste? atqui mori iniuste est optabilius, quam (*mori*) iuste. 9 Num iustum est, sua quemque habere?

ἔχειν ἕκαστον; ἃ δ' ἄν τις κρίνῃ κατὰ δόξαν τὴν ἑαυτοῦ, κἂν ᾖ ψευδῆς, κύριά ἐστιν ἐκ τοῦ νόμου· τὸ αὐτὸ ἄρα δίκαιον καὶ οὐ δίκαιον. 10 Καὶ πότερον δεῖ κρίνειν τὸν τὰ δίκαια λέγοντα, ἢ τὸν τὰ ἄδικα; ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν ἀδικούμενον δίκαιόν ἐστιν ἱκανῶς λέγειν, ἃ ἔπαθε· ταῦτα δ' ἦν ἄδικα. 11 Οὐ γὰρ, εἰ παθεῖν τι ἀδίκως αἱρετόν· τὸ ἀδίκως αἱρετώτερον τοῦ δικαίως· ἀλλ' ἁπλῶς μὲν τὸ δικαίως· τοδὶ μέντοι οὐδὲν κωλύει ἀδίκως, ἢ δικαίως. 12 Καὶ τὸ ἔχειν τὰ αὑτοῦ, δίκαιον· τὰ δὲ ἀλλότρια, οὐ δίκαιον· κρίσιν μέντοι ταύτην δικαίαν εἶναι, οὐδὲν κωλύει· οἷον, ἂν ᾖ κατὰ τὴν δόξαν τοῦ κρίνοντος· οὐ γὰρ, εἰ δίκαιον τοδὶ, ἢ ὧδὶ, καὶ ἁπλῶς δίκαιον. 13 Ὁμοίως δὲ καὶ ἄδικα ὄντα οὐδὲν κωλύει λέγειν αὐτὰ δίκαιον εἶναι· οὐ γὰρ, εἰ λέγειν δίκαιον, ἀνάγκη δίκαια εἶναι· ὥσπερ οὐδ' εἰ ὠφέλι-

quae tamen ex ſententia ſua quis iudicaverit, etiamſi (*ea ſententia*) falſa ſit, rata ſunt ex lege; idem igitur eſt iuſtum & non iuſtum. 10 Et utrum oportet condemnare eum, qui iuſta dicit, an eum, qui iniuſta? atqui iuſtum eſt, ut & iniuriâ affectus ſufficienter dicat, quae paſſus eſt; haec vero ſunt iniuſta. 11 Non enim, ſi quid pati iniuſte eſt optabile; ideo iniuſte eſt optabilius, quam iuſte; ſed ſimpliciter quidem τὸ iuſte (*eſt optabilius*); hoc vero, quo minus iniuſte ſit optabilius, quam iuſte, nihil vetat. 12 Et ſua quemque habere iuſtum eſt; aliena vero habere, non iuſtum; hoc tamen iudicium iuſtum eſſe nihil vetat; veluti, ſi ex ſententia iudicantis ſit; non enim, ſi iuſtum eſt hoc, vel ſic, etiam ſimpliciter iuſtum eſt. 13 Similiter vero etiam, cum haec iniuſta ſint, nihil prohibet, quo minus ea dicere iuſtum ſit; non enim, ſi iuſtum eſt ea dicere, neceſſe eſt ea iuſta eſſe; quemadmodum nec, ſi utile

μον λέγειν, ὠφέλιμα· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δικαίων· ὥστε οὐκ, εἰ τὰ λεγόμενα ἄδικα, ὁ λέγων ἄδικα, νικᾷ· λέγει γὰρ, ἃ λέγειν ἐστὶ δίκαια, ἁπλῶς δὲ καὶ παθεῖν ἄδικα.

ΚΕΦ. κστ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΤΟΝ ΟΡΙΣΜΟΝ ΤΟΥ ΕΛΕΓΧΟΥ.

Lib. II Cap. V edd. Sylb. & Caſaub.

Τοῖς δὲ παρὰ τὸν ὁρισμὸν γινομένοις τοῦ ἐλέγχου, καθάπερ ὑπεγράφη πρότερεν, ἀπαντητέον, σκοποῦσι τὸ συμπέρασμα πρὸς τὴν ἀντίφασιν, ὅπως ἔσται τοῦ αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. 2 Ἐὰν δὲ ἐν ἀρχῇ προσέρηται, οὐχ ὁμολογητέον, ὡς ἀδύνατον τὸ αὐτὸ εἶναι καὶ διπλάσιον, καὶ μὴ διπλάσιον· ἀλλὰ φατέον, μὴ μέντοι ὡδὶ, ὥς ποτε ἦν τὸ ἐλέγχεσθαι διωμολο-

eſt ea dicere, (*neceſſe eſt, ea eſſe*) utilia; ſimiliter vero etiam de rebus iuſtis (*ſentiendum eſt*); quare non, ſi ea, quae dicuntur, iniuſta ſunt, qui dicit iniuſta, vincit; ea namque dicit, quae dictu ſunt iuſta, ſimpliciter autem & ad ferendum iniuſta.

CAP. XXVI.

De ſolutione captionum ex definitione elenchi.

Iis autem (*argumentationibus*), quae ex definitione elenchi exſiſtunt, prout (*elenchus*) antea deſcriptus eſt, occurrendum eſt, concluſione ad contradictionem examinata, quomodo erit eiuſdem, & ſecundum idem, & ad idem, & eodem modo, & eodem tempore. 2 Quod ſi autem quis ab initio rogetur, non (*eſt ei*) fatendum; quaſi non poſſit idem eſſe & duplum, & non duplum; ſed concedendum eſt, non ſic tamen, ut fieri elenchum

γημένον. 3 Εἰσὶ δὲ πάντες οἵδε οἱ λόγοι παρὰ τὸ τοιόνδε· ἆρα ὁ εἰδὼς ἕκαστον, ὅτι ἕκαστον, οἶδε τὸ πρᾶγμα; καὶ ὁ ἀγνοῶν ὡσαύτως; εἰδὼς δέ τις τὸν Κορίσκον, ὅτι Κορίσκος, ἀγνοίη ἂν, ὅτι μουσικός· ὥστε τὸ αὐτὸ [καὶ] ἐπίσταται καὶ ἀγνοεῖ. 4 [Καὶ πάλιν], ἆρα τὸ τετράπηχυ τοῦ τριπήχεος μεῖζον; γένοιτο δ' ἂν ἐκ τριπήχεος τετράπηχυ κατὰ τὸ μῆκος· τὸ δὲ μεῖζον ἐλάττονος μεῖζον· αὐτὸ ἄρα αὑτοῦ μεῖζον καὶ ἔλαττον.

ΚΕΦ. κζ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΤΟ ΑΙΤΕΙΣΘΑΙ ΤΟ ΕΝ ΑΡΧΗ.

Τοὺς δὲ παρὰ τὸ αἰτεῖσθαι καὶ λαμβάνειν τὸ ἐν ἀρχῇ πυνθανομένῳ μὲν, ἂν ᾖ δῆλον, οὐ δοτέον, οὐδ' ἂν ἔνδοξον ᾖ, λέγοντα τἀληθῆ. 2 Ἐὰν δὲ λάθῃ, τὴν

Lib. II Cap. V edd. Sylb. & Caſaub.

in confeſſo eſt. 3 Sunt autem omnes hae argumentationes ex hoc loco: num qui unumquodque novit, eſſe unumquodque, rem novit? & qui ignorat itidem? Sed fieri poteſt, ut aliquis ſciens, Coriſcum eſſe Coriſcum, ignoret, eum eſſe muſicum; itaque eandem rem & ſcit & ignorat. 4 [Et rurſus], num quadricubitum tricubito maius eſt? at fieri poteſt ex tricubito quadricubitum in longitudinem; maius autem eſt minore maius; igitur ſe ipſo maius eſt & minus.

CAP. XXVII.

De ſolutione captionum, quibus petitur quaeſitum.

Quae autem ex eo ducuntur, quod poſtulatur & ſumitur (*quaeſitum*) initio (*propoſitum*), percontanti quidem, ſi id manifeſtum ſit, non ſunt concedendae, ne quidem ſi probabile ſit, eum vera dicere. 2 Sin autem

ἄγνοιαν, διὰ τὴν μοχθηρίαν τῶν τοιούτων λόγων, εἰς τὸν ἐρωτῶντα μεταστρεπτέον, ὡς οὐ διειλεγμένον· ὁ γὰρ ἔλεγχος ἄνευ τοῦ ἐξ ἀρχῆς. 3 Εἶθ', ὅτι ἐδόθη, οὐχ ὡς τούτῳ χρησομένου, ἀλλ' ὡς πρὸς τοῦτο συλλογιουμένου τὸ ἐναντίον, ἢ ἐπὶ τῶν παρεξελέγχων.

ΚΕΦ. κη'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΔΙΑ ΤΟΥ ΠΑΡΕΠΟΜΕΝΟΥ.

Lib. II Cap. V edd. Sylb. & Caſaub.

Καὶ τοὺς διὰ τοῦ παρεπομένου συμβιβάζοντας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου δεικτέον. 2 Ἔστι δὲ διττὴ ἡ τῶν ἑπομένων ἀκολούθησις. ἢ γὰρ, ὡς τῷ ἐν μέρει τὸ καθόλου· οἷον, ἀνθρώπῳ ζῷον· ἀξιοῦται γὰρ, εἰ τόδε μετὰ τοῦδε, καὶ τόδε εἶναι μετὰ τοῦδε· ἢ κατὰ τὰς ἀντιθέσεις· εἰ

(*ab initio id*) latuerit, ignorantia, propter vitium huiuſmodi argumentationum, in interrogantem eſt retorquenda, ceu qui non bene diſputaverit; nam elenchus (*tum demum eſt, cum ſyllogiſmus exſtruitur*) ſine eo, quod ab initio (*quaeſitum fuit*). 3 Deinde, quod datum id ſit, non quaſi (*adverſarius*) hoc uſurus eſſet, ſed quaſi argumentando probaturus contrarium, quam in parexelenchis fecerit.

CAP. XXVIII.

De ſolutione captionum, quae ducuntur ex conſequentibus.

Quae autem ex conſequenti probant, in ipſa argumentatione (*illud vitium continere*) oſtendantur. 2 Eſt vero duplex conſequentium conſecutio. Aut enim, ut particulari univerſale (*conſequens eſt*); velut, homini animal; nam poſtulatur, ſi hoc cum illo (*iunctum eſt*), etiam illud cum hoc (*eſſe connexum*); aut ſecundum op-

γὰρ τόδε τῷδε ἀκολουθεῖ, καὶ τῷ ἀντικειμένῳ τὸ ἀντικείμενον. 3 Παρ' ὃ καὶ ὁ τοῦ Μελίσσου λόγος· εἰ γὰρ τὸ γεγονὸς ἔχει ἀρχήν, καὶ τὸ ἀγέννητον ἀξιοῖ μὴ ἔχειν· ὥστε, εἰ ἀγέννητος ὁ οὐρανὸς, καὶ ἄπειρος· τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν· ἀνάπαλιν γὰρ ἡ ἀκολούθησις.

ΚΕΦ. κϑ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΤΟ ΠΡΟΣΤΙΘΕΝΑΙ ΤΙ.

Lib. II Cap. V edd. Sylb. & Caſaub.

Ὅσοι τε παρὰ τὸ προστιθέναι τι συλλογίζονται, σκοπεῖν, εἰ, ἀφαιρουμένου, συμβαίνει μηδὲν ἧττον τὸ ἀδύνατον· κἄπειτα τοῦτο ἐμφανιστέον, καὶ λεκτέον, ὡς ἔδωκεν οὐχ, ὡς δοκοῦν, ἀλλ' ὡς πρὸς τὸν λόγον· ὁ δὲ κέχρηται οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον.

positiones; nam ſi hoc illi conſequens eſt, etiam oppoſitum oppoſito (*conſequens videtur eſſe*). 3 Unde etiam Meliſſi argumentatio (*orta eſt*); nam ſi, quod eſt genitum, habet principium, etiam ingenitum non habere poſtulat (*ſibi concedi*); quare, ſi coelum eſt ingenitum, eſt etiam infinitum; hoc vero non (*ita*) eſt; converſo enim ordine (*valet*) conſecutio.

CAP. XXIX.

De ſolutione captionum ex adiectione aliqua.

In iis autem, quae propter aliquam adiectionem concludunt, videndum eſt (*reſpondenti*), an, demto (*aliquo*), nihilominus eveniat impoſſibile; deinde hoc patefaciendum eſt, ac dicendum, (*ſe*) id conceſſiſſe, non quaſi ſibi videretur, ſed quaſi ad diſputationem (*eſſet accommodandum*); illum autem non eſſe uſum ad diſputationem.

ΚΕΦ. λ'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΠΑΡΑ ΤΟ ΤΑ ΠΛΕΙΩ ΕΡΩΤΗΜΑΤΑ ΕΝ ΠΟΙΕΙΝ.

Lib. II Cap. V edd. Sylb. & Caſaub.

Πρὸς δὲ τοὺς τὰ πλείω ἐρωτήματα ἓν ποιοῦντας εὐθὺς ἐν ἀρχῇ διοριστέον· ἐρώτησις γὰρ μία, πρὸς ἣν μία ἀπόκρισίς ἐστιν· ὥστε οὔτε πλείω καθ' ἑνὸς, οὔτε ἓν κατὰ πολλῶν, ἀλλ' ἓν καθ' ἑνὸς ἢ φατέον, ἢ ἀποφατέον. 2 Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ὁμωνύμων ὁτὲ μὲν ἀμφοῖν, ὁτὲ δ' οὐθετέρῳ ὑπάρχει· ὥστε, μὴ ἁπλοῦ ὄντος τοῦ ἐρωτήματος, ἁπλῶς ἀποκρινομένοις οὐδὲν συμβαίνει πάσχειν· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τούτων· ὅταν μὲν ἢ τὰ πλείω τῷ ἑνὶ, ἢ τὸ ἓν τοῖς πολλοῖς ὑπάρχῃ, ἢ μὴ ὑπάρχῃ, τῷ ἁπλῶς δόντι, καὶ ἁμαρτόντι ταύτην τὴν ἁμαρτίαν, οὐδὲν ὑπεναντίον συμβαίνει· ὅταν δὲ ἢ τὸ μὲν, τὸ δὲ μὴ, ἢ πλείω κατὰ πλειόνων, καὶ ἔστιν

CAP. XXX.

De ſolutione captionum, quae plures interrogationes pro una accipiunt.

Adverſus eas (*captiones*) autem, quae ex pluribus interrogationibus unam faciunt, definitio ſtatim eſt adhibenda; nam interrogatio una eſt, ad quam una eſt reſponſio; quare nec plura de uno, nec unum de multis, ſed unum de uno vel affirmandum vel negandum eſt. 2 Sicut vero in homonymis (*accidit*), ut interdum utriſque (*ſignificatis*), interdum neutri inſit (*attributum*); adeo ut, cum non ſit ſimplex interrogatio, ſimpliciter reſpondentes nihil inde (*incommodi*) patiantur; ſimiliter etiam in his, quando vel plura uni (*inſunt*), vel unum multis ineſt, aut non ineſt, ſimpliciter concedenti, & hoc peccatum admittenti, nihil repugnans colligitur; ſin autem alterum eſt, alterum non eſt, aut multa de

ὡς ἀμφότερα ὑπάρχει ἀμφοτέροις, ἔστι δ' ὡς οὐχ ὑπάρχει· ὥστε [τοῦτο] εὐλαβητέον. 3 Οἷον, ἐν τοῖσδε τοῖς λόγοις· εἰ τὸ μὲν ἔστιν ἀγαθὸν τὸ δὲ κακόν· ὅτι ταῦτα ἀληθὲς εἰπεῖν ἀγαθὸν καὶ κακόν· καὶ πάλιν μήτε ἀγαθόν, μήτε κακόν· οὐκ ἔστι γὰρ ἑκάτερον, ἑκάτερον· ὥστε ταὐτὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν, καὶ οὔτε ἀγαθόν, οὔτε κακόν. 4 Καὶ, εἰ ἕκαστον αὐτὸ αὑτῷ ταὐτόν, καὶ ἄλλοις ἕτερον; ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄλλοις ταὐτὰ, ἀλλ' αὑτοῖς, καὶ ἕτερα αὑτῶν· ταὐτὰ ἑαυτοῖς ἕτερα καὶ ταὐτά. 5 Ἔτι, εἰ τὸ μὲν ἀγαθὸν κακὸν γίνεται· τὸ δὲ κακὸν ἀγαθόν· δύο γένοιτ' ἄν. 6 Δυοῖν τε καὶ ἀνίσων, ἑκάτερον αὐτὸ ἑαυτῷ ἴσον· ὥστε ἴσα καὶ ἄνισα τὰ αὐτὰ ἑαυτοῖς. 7 Ἐμπίπτουσι μὲν οὖν οὗτοι οἱ λόγοι καὶ εἰς ἄλλας λύσεις· καὶ γὰρ τὸ ἄμφω καὶ τὸ ἅπαντα πλείω σημαίνει· οὐκ οὖν ταὐτὸν,

multis (*dicuntur*), utraque utriſque partim inſunt, partim non inſunt; ideoque [hoc] eſt cavendum. 3 Velut, in hiſce argumentationibus: ſi alterum quidem eſt bonum, alterum vero malum; haec vere dici bonum & malum; rurſuſque nec bonum, nec malum; nam utrumque non eſt utrumque; quare idem eſt bonum & malum, & neque bonum neque malum. 4 Item, res quaeque eſtne ipſa ſecum eadem, & ab aliis diverſa? quia autem haec non cum aliis ſunt eadem, ſed ſecum, & ſecum ſunt diverſa; eadem ab iiſdem diverſa & eadem erunt. 5 Porro, ſi quod bonum eſt malum fit; malum autem bonum; duo utique facta erunt. 6 Cumque duo inaequalia ſint, utrumque erit ipſum ſibi aequale; itaque aequalia & inaequalia eadem iiſdem erunt. 7 Incidunt vero hae argumentationes in alias etiam ſolutiones; nam & (*verbum*) *Ambo*, & (*verbum*) *Omnia* plura ſignificant; non igitur idem, praeterquam nomen, con-

πλὴν ὄνομα, συμβαίνει φῆσαι καὶ ἀποφῆσαι· τοῦτο δ' οὐκ ἦν ἔλεγχος· ἀλλὰ φανερὸν, ὅτι, μὴ μιᾶς ἐρωτήσεως τῶν πλειόνων γινομένων, ἀλλ' ἓν καθ' ἑνὸς φάντος ἢ ἀποφάντος, οὐκ ἔσται τὸ ἀδύνατον.

ΚΕΦ. λά'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΛΥΣΕΩΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΤΩΝ ΑΠΑΓΟΝΤΩΝ ΕΙΣ ΤΑΥΤΟ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΕΙΠΕΙΝ.

Lib. II Cap. VI edd. Sylb. & Casaub.

Περὶ δὲ τῶν ἀπαγόντων εἰς ταὐτὸ πολλάκις εἰπεῖν φανερὸν, ὡς οὐ δοτέον τῶν πρός τι λεγομένων σημαίνειν τι χωριζομένας καθ' αὑτὰς τὰς κατηγορίας· οἷον, τὸ διπλάσιον ἄνευ τοῦ διπλασίου ἡμίσεος· ὅτι ἐμφαίνεται· καὶ γὰρ τὰ δέκα ἐν τοῖς ἑνὸς δέουσι δέκα· καὶ τὸ ποιῆσαι ἐν τῷ μὴ ποιῆσαι· καὶ ὅλως ἐν τῇ ἀποφάσει ἡ φάσις· ἀλλ' ὅμως οὐκ εἴ τις λέγοι, τοδὶ μὴ εἶναι λευκὸν, λέγει αὐτὸ λευκὸν εἶναι· τὸ δὲ διπλάσιον

tingit affirmare & negare; hoc autem non erat elenchus; ſed manifeſtum eſt, niſi plures interrogationes pro una ſumantur, ſed unum de uno affirmetur vel negetur, non fore impoſſibile.

CAP. XXXI.

De ſolutione captionum nugationem colligentium.

Quod autem attinet (*paralogiſmos*) ad idem ſaepius dicendum perducentes, perſpicuum eſt, non eſſe concedendum, relatorum categorias ſeparatas & per ſe acceptas aliquid ſignificare; velut, duplum ſeorſum ab (*oratione*), duplum dimidii; quoniam elucet (*duplum eſſe duplum dimidii*); nam & decem (*ponuntur*) in (*oratione*) uno minus decem; & τὸ Facere in (*oratione*) Non facere; & omnino in negatione affirmatio; neque tamen ſi quis dicat, hoc non eſſe album, dicit ipſum al-

οὐδὲ σημαίνει οὐδὲν ἴσως μόνον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἐν τῷ ἡμίσει· εἰ δ' ἄρα καὶ σημαίνει, ἀλλ' οὐ ταὐτὸ καὶ συμπρημένον. 2 Οὐδ' ἡ ἐπιστήμη ἐν τῷ εἴδει, (οἷον, εἰ ἔστιν ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη,) ὅπερ τὸ κοινόν· ἐκεῖνο δ' ἦν ἐπιστήμη ἐπιστητοῦ. 3 Ἐν δὲ τοῖς, δι' ὧν δηλοῦνται, κατηγορουμένοις τοῦτο λεκτέον, ὡς οὐ τὸ αὐτὸ χωρὶς καὶ ἐν τῷ λόγῳ [τὸ] δηλούμενον. τὸ γὰρ κοῖλον κοινῇ μὲν τὸ αὐτὸ δηλοῖ ἐπὶ τοῦ σιμοῦ καὶ τοῦ ῥαιβοῦ· προστιθέμενον δὲ, οὐδὲν κωλύει, [ἀλλὰ] τὸ μὲν τῇ ῥινί· τὸ δὲ τῷ σκέλει, σημαίνειν· ἔνθα μὲν γὰρ τὸ σιμὸν, ἔνθα δὲ τὸ ῥαιβὸν σημαίνει· καὶ οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν, ῥὶς σιμὴ, ἢ, ῥὶς κοίλη. 4 Ἔτι, οὐ δοτέον τὴν λέξιν κατ' εὐθύ· ψεῦδος γάρ ἐστιν· οὐ γὰρ ἐστὶ τὸ σιμὸν ῥὶς κοίλη· ἀλλὰ ῥινὸς τοδὶ οἷον πάθος· ὥστε

bum esse; duplum vero fortasse nihil significat solum (*per se*), sicuti nec quod in dimidio; si autem aliquid significat, non tamen idem atque coniunctum (*significat*). 2 Neque scientia in specie, (velut, si est medica scientia,) significat id, quod commune est; illud vero erat scientia rei scibilis. 3 In attributis autem, per quae declarantur (*subiecta*), hoc dicendum est, non idem esse, quod seorsum & quod in oratione significatur. Nam curvum, si communiter (*ac per se*) accipiatur, idem significat in simo & in varo; adiunctum autem (*subiecto*), nihil prohibet, (*quo minus aliud atque aliud significet,*) & alterum naso, alterum cruri (*adiectum*) significet; illic enim simum, hic vero varum significat; nec quidquam refert, nasus simus, an nasus curvus dicatur. 4 Praeterea, non est dictio concedenda in recto (*casu*); nam id falsum est; non enim simum est nasus curvus, sed nasi haecce velut affectio; quare non ab-

οὐδὲν ἄτοπον, εἰ ἡ ῥὶς ἡ σιμὴ ῥίς ἐστιν ἔχουσα κοιλότητα ῥινός.

ΚΕΦ. λβ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΥΕΙΝ ΤΟΥΣ ΣΟΛΟΙΚΙΣΜΟΥΣ.

Lib. II Cap. VI edd. Sylb. & Caſaub.

Περὶ δὲ τῶν σολοικισμῶν, παρὰ τί μὲν φαίνονται συμβαίνειν, εἴπομεν πρότερον· πῶς δὲ λυτέον, ἐπ' αὐτῶν τῶν λόγων ἔσται φανερόν. 2 Ἅπαντες γὰρ οἵδε τοῦτο βούλονται κατασκευάζειν· ἆρ' ὃ λέγεις ἀληθῶς, καὶ ἔστι τοῦτο ἀληθῶς; φῂς δὲ, τι εἶναι λίθον· ἔστιν ἄρα τι λίθον· ἢ τὸ λέγειν λίθον οὐκ ἔστι λέγειν ὃ, ἀλλ' ὃν, οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ τοῦτον; εἰ οὖν ἔροιτό τις, ἆρα ὃν ἀληθῶς λέγεις, ἔστι τοῦτον; οὐκ ἂν δοκοίη ἑλληνίζειν· ὥσπερ οὐδ', εἰ ἔροιτο, ἆρ' ἣν λέγεις εἶναι, ἐστὶν οὗτος; ξύλον δ' εἶπεν οὗτος, ἢ ὅσα μήτε θῆλυ μήτ' ἄῤῥεν σημαίνει, οὐδὲν διαφέρει· διὸ καὶ οὐ γίνεται

ſurdum eſt, ſi naſus ſimus eſt naſus habens curvitatem naſi.

CAP. XXXII.

De vitandis ſoloeciſmis.

De ſoloeciſmis autem, unde videantur effici, diximus antea; quomodo vero ſolvendi ſint, in ipſis argumentationibus apparebit. 2 Hae namque omnes hoc volunt efficere: num quod dicis vere, etiam eſt hoc re verâ? ais autem, aliquid eſſe lapidem; eſt igitur aliquid lapidem; an qui dicit lapidem, non dicit quod, ſed quem, neque hoc, ſed hunc? ſi igitur aliquis interroget, num quem vere dicis, eſt hunc? non videbitur Latine loqui; quemadmodum nec, ſi interroget, num quam dicis eſſe, eſt hic? At hic lignum dixit, vel quaecunque alia neque feminam, neque maſculum ſignificant; ſed hoc nihil refert; ideoque non fit ſoloe-

σολοικισμὸς, εἰ, ὃ λέγεις εἶναι, ἐστὶ τοῦτο· ξύλον δὲ λέγεις εἶναι, ἔστιν ἄρα ξύλον· ὁ δὲ λίθος καὶ τὸ οὗτος ἄρρενος ἔχει κλῆσιν. εἰ δέ τις ἔροιτο, ἦ οὗτός ἐστιν αὕτη; εἶτα πάλιν, τί δέ; οὐχ οὗτός ἐστι Κορίσκος; εἶτα εἴποι, ἔστιν ἄρα οὗτος αὕτη, οὐ συλλελόγισται τὸν σολοικισμὸν, οὐδ' εἰ τὸ Κορίσκος σημαίνει, ὅπερ αὕτη, μὴ δίδωσι δὲ ὁ ἀποκρινόμενος· ἀλλὰ δεῖ τοῦτο προερωτηθῆναι· εἰ δὲ μήτε ἐστὶν, μήτε δίδωσιν, οὐ συλλελόγισται οὔτε τῷ ὄντι, οὔτε πρὸς τὸν ἐρωτώμενον. ὁμοίως οὖν καὶ ἐκεῖ δεῖ τὸν λίθον σημαίνειν οὗτος· εἰ δὲ μήτε ἐστὶ, μήτε δίδοται, οὐ λεκτέον τὸ συμπέρασμα· φαίνεται δὲ, παρὰ τὸ τὴν ἀνόμοιον πτῶσιν τοῦ ὀνόματος ὁμοίαν φαίνεσθαι. 3 Ἆρα ἀληθές ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι αὕτη ἐστὶν, ὅπερ εἶναι φὴς αὐτήν; εἶναι δὲ φὴς ἀσπίδα· ἔστιν ἄρα αὕτη ἀσπίδα· ἢ οὐκ ἀνάγκη, εἰ μὴ

ciſmus, ſi, quod dicis eſſe, eſt hoc; lignum autem dicis eſſe, eſt igitur lignum; lapis vero & (*articulus*) Hic maſculi habent appellationem. Si quis autem interroget, num hic eſt haec? deinde rurſus, quid? nonne hic eſt Coriſcus? poſtea dicat: hic igitur eſt haec, non collegit ſyllogiſmo ſoloeciſmum, ne quidem ſi Coriſcus ſignificet id, quod haec, non tamen concedat reſpondens; ſed hoc prius interrogatum eſſe oportuit. Quod ſi neque eſt, neque concedit (*reſpondens*), non eſt ſyllogiſmus, nec re vera, nec adverſus eum, qui interrogatur. Similiter ergo & ibi oportet lapidem ſignificare hic; ſi vero neque eſt, neque conceditur, non eſt admittenda concluſio; videtur tamen, quia nominis caſus diſſimilis videtur ſimilis eſſe. 3 Num vere dicitur, quod haec eſt id, quod dicis hanc eſſe? ais autem, eſſe parmam; eſt igitur haec parmam; an non eſt neceſſe, (*hanc concluſionem admittere,*) ſi *haec* non

τὸ αὕτη ἀσπίδα σημαίνοι, ἀλλὰ ἀσπὶς, τὸ δὲ ἀσπίδα ταύτην. 4 Οὐδ' [εἰ] ὁ Φὴς εἶναι τοῦτον, ἐστὶν οὗτος; Φὴς δε, εἶναι Κλέωνα, ἔστιν ἄρα οὗτος Κλέωνα· οὐ γὰρ ἐστιν οὗτος Κλέωνα· εἴρηται γὰρ, ὃν Φαμι τοῦτον εἶναι, ἔστιν οὗτος, οὐ τοῦτον· οὐδὲ γὰρ ἑλληνίζει οὕτως τὸ ἐρώτημα λεχθέν. 5 Ἆρ' ἐπίστασαι τοῦτο; ἔστι δὲ λίθος· ἐπίστασαι ἄρα λίθος· ἢ οὐ ταὐτὸν σημαίνει ἐν τῷ, ἆρα ἐπίστασαι τοῦτο; καὶ ἐν τῷ, τοῦτο δὲ λίθος; ἀλλ' ἐν τῷ πρώτῳ, τοῦτον· ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ, οὗτος. 6 Ἆρ' οὗ ἐπιστήμην ἔχεις, ἐπίστασαι τοῦτο; ἐπιστήμην δὲ ἔχεις λίθου· ἐπίστασαι ἄρα λίθου· ἢ τὸ μὲν τούτου, λίθου λέγεις· τὸ δὲ τοῦτο, λίθον; ἐδόθη δὲ, οὗ ἐπιστήμην ἔχεις, ἐπίστασθαι, οὐ τούτου, ἀλλὰ τοῦτο· ὥστε οὐ λίθου, ἀλλὰ λίθον. 7 Ὅτι μὲν οὖν οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων οὐ συλλογίζονται σολοικισμὸν, ἀλλὰ Φαίνονται, καὶ διὰ τί Φαί-

significat *parmam*, ſed *parma*, τὸ *parmam* vero eſt *hanc*. 4 Nec, [ſi,] quod ais eſſe hunc, eſt hic? ais autem, eſſe Cleonem, igitur hic eſt Cleonem; non enim eſt hic Cleonem; nam dictum fuit, quem aio hunc eſſe, eſt hic, non hunc; nam non eſt Latina ſic prolata interrogatio. 5 Num ſcis hoc? eſt autem lapis; ſcis igitur lapis; an non idem ſignificat in (*oratione*), num ſcis hoc? & in (*oratione*), hoc vero eſt lapis? ſed in priore, hunc; in poſteriore autem, hic. 6 Num cuius ſcientiam habes, hoc ſcis? habes autem ſcientiam lapidis; ſcis igitur lapidis; an (*cum dicis*) huius, dicis lapidis; cum autem hoc, lapidem? Conceſſum vero eſt, cuius ſcientiam habes, (*te*) ſcire, non huius, ſed hoc; proinde non lapidis, ſed lapidem. 7 Quod igitur huiuſcemodi argumentationes non concludant ſoloeciſmum, ſed videantur (*tantum concludere*), & cur

νονται, καὶ πῶς ἀπαντητέον πρὸς αὐτούς, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

ΚΕΦ. λγ'.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΙΔΕΙΝ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ.

Δεῖ δὲ κατανοεῖν, ὅτι πάντων τῶν λόγων οἱ μὲν εἰσὶ ῥᾴους κατιδεῖν, οἱ δὲ χαλεπώτεροι, παρὰ τί καὶ ἐν τίνι παραλογίζονται τὸν ἀκούοντα, πολλάκις οἱ αὐτοὶ ἐκείνοις ὄντες. τὸν αὐτὸν γὰρ λόγον δεῖ καλεῖν τὸν παρὰ ταὐτὸ γινόμενον· ὁ αὐτὸς δὲ λόγος τοῖς μὲν παρὰ τὴν λέξιν· τοῖς δὲ παρὰ τὸ συμβεβηκός· τοῖς δὲ παρ' ἕτερον δόξειεν ἂν εἶναι, διὰ τὸ μεταφερόμενον ἕκαστον μὴ ὁμοίως εἶναι δῆλον. 2 Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν, (ὅσπερ δοκεῖ τρόπος συνηθέστατος εἶναι τῶν παραλογισμῶν,) τὰ μὲν καὶ τοῖς τυχοῦσίν ἐστι δῆλα· (καὶ οἱ λόγοι σχεδὸν [οἱ] γελοῖοι πάντες Lib. II Cap. VII edd. Sylb. & Casaub.

videantur, & quomodo ipsis sit occurrendum, ex dictis apparet.

CAP. XXXIII.

De rationibus genus captionum cognoscendi.

Oportet autem intelligere, ex omnibus argumentationibus quasdam esse, in quibus facile perspicitur, alias vero, in quibus difficulter (*deprehenditur*), quam ob causam, & in quo decipiant auditorem, cum hae saepe sint eaedem atque illae. Nam eandem argumentationem oportet appellare, quae ex eodem loco ducitur; eadem vero argumentatio aliis ex dictione sumi; aliis ex accidente; aliis denique ex alio loco videri potest, quia singula cum transferuntur non aeque sunt perspicua. 2 Quemadmodum igitur in captionibus ex homonymia ductis, (qui quidem modus frequentissimus est paralogismorum,) quaedam sunt etiam quibuslibet perspicua; (ac fere omnes orationes ridiculae sumuntur ex dictio-

εἰσὶ παρὰ τὴν λέξιν· οἷον, ἀνὴρ ἐφέρετο κατὰ κλίμακος δίφρον, καὶ, ὅπου στέλλεσθε; πρὸς τὴν κεραίαν· καὶ, ποτέρα τῶν βοῶν ἔμπροσθεν τέξεται; οὐδετέρα, ἀλλ' ὄπισθεν ἄμφω· καὶ καθαρὸς ὁ Βορέας; οὐ δῆτα· ἀπέκτεινε γὰρ τὸν πτωχὸν καὶ τὸν ὠνούμενον· ἆρ' Εὔαρχος; οὐ δῆτα, ἀλλὰ Ἀπολλωνίδης· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν οἱ πλεῖστοι·) τὰ δὲ καὶ τοὺς ἐμπειροτάτους φαίνεται λανθάνειν· (σημεῖον δὲ τούτου, ὅτι μάχονται πολλάκις περὶ τῶν ὀνομάτων· οἷον, πότερον ταὐτὸν σημαίνει τὸ ἓν κατὰ πάντων καὶ τὸ ὄν, ἢ ἕτερον; τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ ταὐτὸν σημαίνειν τὸ ὂν καὶ τὸ ἕν· οἱ δὲ τὸν Ζήνωνος καὶ Παρμενίδου λύουσι λόγον παρὰ τὸ πολλαχῶς φαίνεσθαι τὸ ἓν λέγεσθαι καὶ τὸ ὄν·) ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τὸ συμβεβηκὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, οἱ μὲν ἔσονται ῥᾴους ἰδεῖν· οἱ δὲ χαλεπώτεροι τῶν λόγων· καὶ

ne; velut, Vir ferebat per ſcalas δίφρον, & ὅπου στέλλεσθε; ad antennam; &, Utra boum ante pariet? neutra; ſed retro ambae; & Eſtne Boreas καθαρός; nequaquam; interfecit enim mendicum & mercatorem; Eſtne Euarchus? minime; ſed Apollonides; eodemque modo fiunt aliae ferme pleraeque captiones;) alia vero vel maxime peritos videntur latere; (cuius rei ſignum eſt, quod ſaepius pugnant de nominibus; velut, utrum Ens & Unum eâdem ſignificatione de omnibus dicantur, an diverſâ; nam nonnullis quidem videntur Ens & Unum idem ſignificare; alii vero Zenonis & Parmenidis argumentationem ex eo diſſolvunt, quod Ens & Unum multifariam dici videntur;) ſimiliter etiam argumentationum, quae ex accidente & ſingulis aliis locis ducuntur, aliae ſunt viſu faciliores; aliae difficilio-

λαβεῖν, ἐν τίνι γένει, καὶ πότερον ἔλεγχος, ἢ οὐκ ἔλεγχος, οὐ ῥᾴδιον ὁμοίως περὶ πάντων. 3 Ἔστι δὲ δριμὺς λόγος, ὅστις ἀπορεῖν ποιεῖ μάλιστα· δάκνει γὰρ οὗτος μάλιστα. 4 Ἀπορία δέ ἐστι διττή· ἡ μὲν ἐν τοῖς συλλελογισμένοις, ὅ, τι ἀνέλοι τις τῶν ἐρωτημάτων· ἡ δὲ ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, πῶς εἴποι τις τὸ προτεθέν· διόπερ ἐν τοῖς συλλογιστικοῖς οἱ δριμύτεροι λόγοι ζητεῖν μᾶλλον ποιοῦσιν. 5 Ἔστι δὲ συλλογιστικὸς [μὲν] λόγος δριμύτατος, ἂν ἐξ ὅτι μάλιστα δοκούντων ἐνδόξων ὅτι μάλιστα ἔνδοξον ἀναιρῇ τις, καὶ κατασκευάζῃ· εἰς γὰρ ὢν ὁ λόγος, μετατιθεμένης τῆς ἀντιθάσεως, ἅπαντας ὁμοίους ἕξει τοὺς συλλογισμούς· ἀεὶ γὰρ ἐξ ἐνδόξων ὁμοίως ἔνδοξον ἀναιρήσει, ἢ κατασκευάσει· διόπερ ἀπορεῖν ἀναγκαῖον· μάλιστα μὲν οὖν ὁ τοιοῦτος δριμὺς ὁ ἐξ ἴσου τὸ συμπέρασμα ποιῶν τοῖς

res; & perſpicere, in quo genere (*captionum ſint*), & utrum elenchus, an non elenchus ſit, non aeque facile eſt in omnibus. 3 Eſt autem acuta argumentatio, quae dubitare maxime facit; haec enim maxime mordet. 4 Dubitatio vero duplex eſt; altera quidem in argumentationibus ſyllogiſtice concludentibus, utram interrogationem aliquis tollat; altera autem in litigioſis, quomodo quis dicat, quod propoſitum eſt; quare in ſyllogiſticis (*diſputationibus*) acutiores argumentationes maxime faciunt, ut quaeratur. 5 Eſt vero ſyllogiſtica quidem argumentatio acutiſſima, ſi quis ex iis, quae quam maxime videntur probabilia, id, quod quam maxime eſt probabile, refutet & adſtruat; nam cum una ſit diſputatio, tranſpoſita contradictione, ſimiles omnes ſyllogiſmos habebit; ſemper enim ex probabilibus aeque probabile refellet & adſtruet; ideoque dubitare neceſſe erit; maxime acuta igitur eſt huiuſmodi argumentatio,

ἐρωτήμασι. 6 Δεύτερος δὲ ὁ ἐξ ἁπάντων ὁμοίων· οὗτος γὰρ ὁμοίως ποιήσει ἀπορεῖν, ὁποῖον τῶν ἐρωτημάτων ἀναιρετέον· τοῦτο δὲ χαλεπόν· ἀναιρετέον μὲν γάρ· ὅ, τι δὲ ἀναιρετέον, ἄδηλον. 7 Τῶν δὲ ἐριστικῶν δριμύτατος μὲν ὁ πρῶτον εὐθὺς ἄδηλος, πότερον συλλελόγισται, ἢ οὔ. καὶ πότερον παρὰ τὸ ψεῦδος, ἢ διαίρεσιν, ἐστὶν ἡ λύσις. 8 Δεύτερος δὲ τῶν ἄλλων ὁ δῆλος μὲν, ὅτι παρὰ διαίρεσιν ἢ ἀναίρεσίν ἐστι· μὴ φανερὸς δὲ ὢν, διὰ τίνος τῶν ἠρωτημένων ἀναίρεσιν ἢ διαίρεσιν λυτέος ἐστίν· ἀλλὰ, πότερον αὐτὴ παρὰ τὸ συμπέρασμα, ἢ παρά τι τῶν ἠρωτημένων ἐστίν. 9 Ἐνίστε μὲν οὖν ὁ μὴ συλλογισθεὶς λόγος εὐήθης ἐστὶν, ἐὰν ᾖ λίαν ἄδοξα ἢ ψευδῆ τὰ λήμματα· ἐνίστε δὲ οὐκ ἄξιος καταφρονεῖσθαι. ὅταν μὲν γὰρ ἐλλείπῃ τι τῶν τοιού-

quae concluſionem interrogatis parem facit. 6 Secunda autem eſt, quae ex omnibus (*ſumtionibus*) ſimilibus (*conſtat*); haec enim ſimiliter faciet, ut dubitetur, quodnam interrogatum tollendum ſit; hoc vero eſt difficile; nam tollendum quidem eſt; ſed quidnam tollendum ſit, non apparet. 7 Inter litigioſas autem ea eſt acutiſſima, in qua primum non ſtatim apparet, an ſyllogiſtice concluſum ſit, necne; & utrum per id, quod falſum eſt, negatum, an per diſtinctionem ſolvatur. 8 Secunda vero ex ceteris eſt, quam conſtat ſolvendam eſſe per diſtinctionem, vel per negationem; ſed non apparet, per cuius interrogati negationem aut diſtinctionem illa ſit ſolvenda; immo, utrum haec negatio vel diſtinctio ad concluſionem, an ad aliquod interrogatum ſit accommodanda. 9 Interdum igitur non concludens argumentatio fatua eſt, ſi ſumtiones ſunt valde incredibiles aut falſae; interdum vero non contemnenda. Cum enim deeſt talis aliqua interrogatio, de qua & per quam diſ-

τῶν ἐρωτημάτων, περὶ οὗ ὁ λόγος, καὶ δι' ὃ καὶ μὴ προσλαβὼν τοῦτο καὶ μὴ συλλογισάμενος εὐήθης ὁ συλλογισμός. ὅταν δὲ τῶν ἔξωθεν, οὐκ εὐκαταθρόνητος οὐδαμῶς· ἀλλ' ὁ μὲν λόγος ἐπιεικής· ὁ δὲ ἐρωτῶν ἠρώτηκεν οὐ καλῶς. 10 Ἔστι δὲ, ὥσπερ λύειν ὁτὲ μὲν πρὸς τὸν λόγον· ὁτὲ δὲ πρὸς τὸν ἐρωτῶντα καὶ τὴν ἐρώτησιν· ὁτὲ δὲ πρὸς οὐδέτερον τούτων· ὁμοίως καὶ ἐρωτᾶν ἐστι, καὶ συλλογίζεσθαι, καὶ πρὸς τὴν θέσιν, καὶ πρὸς τὸν ἀποκρινόμενον, καὶ πρὸς τὸν χρόνον, ὅταν ᾖ πλείονος χρόνου δεομένη λύσις, ἢ τοῦ παρόντος καιροῦ τὸ διαλεχθῆναι πρὸς τὴν λύσιν.

ΚΕΦ. λδ'.

ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Ἐκ πόσων μὲν οὖν καὶ ποίων γίνονται τοῖς διαλεγομένοις οἱ παραλογισμοὶ, καὶ πῶς δείξομέν τε ψευ- Lib. II Cap. VIII edd. Sylb. & Caſaub.

putatio eſt; ſyllogiſmus eſt fatuus, qui neque hanc ſumſit, neque concluſit. Cum autem (*deeſt interrogatio*), quae extrinſecus (*aſſumi poteſt*), nullo modo (*argumentatio*) eſt aſpernanda; quin ipſa argumentatio bona eſt, ſed interrogans ille non bene interrogavit. 10 Sicut autem ſolutio modo ad argumentationem ſpectat, modo ad interrogantem & interrogationem, quandoque ad neutrum horum; ſic licet interrogare atque concludere & adverſus theſin, & adverſus reſpondentem, & ratione temporis, nimirum quando plus temporis ſolutio requirit, quam ut praeſentis opportunitatis ſit, differere adverſus ſolutionem.

CAP. XXXIV.

Epilogus.

Ex quot igitur & qualibus paralogiſmi fiant diſputantibus, & quomodo falſum probemus, & paradoxa

δόμενον, καὶ παράδοξα λέγειν ποιήσομεν· ἔτι δ', ἐκ τίνων συμβαίνει ὁ σολοικισμὸς, καὶ πῶς ἐρωτητέον, καὶ τίς ἡ τάξις τῶν ἐρωτημάτων· ἔτι δὲ, πρὸς τί χρήσιμοι πάντες εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι λόγοι, καὶ περὶ ἀποκρίσεως ἁπλῶς τε πάσης, καὶ πῶς λυτέον τοὺς λόγους καὶ συλλογισμοὺς, εἰρήσθω περὶ πάντων ἡμῖν ταῦτα. 2 Λοιπὸν δὲ περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς προθέσεως ἀναμνήσασιν εἰπεῖν τι βραχὺ περὶ αὐτῆς, καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τοῖς εἰρημένοις. 3 Προειλόμεθα οὖν, εὑρεῖν τινα δύναμιν συλλογιστικὴν περὶ τοῦ προβληθέντος ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐνδοξοτάτων. τοῦτο γὰρ ἔργον ἐστὶ τῆς Διαλεκτικῆς καθ' αὑτὴν, καὶ τῆς Πειραστικῆς. ἐπεὶ δὲ προσκατασκευάζεται πρὸς αὐτὴν διὰ τὴν τῆς ΣοΦιστικῆς γειτνίασιν, ὡς οὐ μόνον δύναται πείραν λαβεῖν διαλεκτικῶς, ἀλλὰ καὶ ὡς εἰδώς· διὰ τοῦτο οὐ μόνον τὸ λεχθὲν ἔργον ὑπεθέμεθα τῆς πραγματείας τὸ λόγον

dicere cogamus; praeterea vero, ex quibus accidat ſoloeciſmus, & quomodo ſit interrogandum, & quae ſit interrogationum collocatio; porro, ad quid utiles ſint omnes huiuſmodi diſputationes; ac de omni reſponſione ſimpliciter, & quomodo ſint ſolvendae argumentationes & ſyllogiſmi, de his omnibus haec a nobis dicta ſunto. 2 Reliquum eſt, ut eo in memoriam revocato, quod initio propoſitum fuit, pauca de eo dicamus, & finem dictis imponamus. 3 Inſtituimus igitur invenire quandam facultatem ſyllogiſticam de re ad diſſerendum propoſita ex iis, quae ſunt quam maxime probabilia. Hoc enim officium eſt Dialecticae per ſe & artis tentativae. Quia vero huic adiunctum eſt ob Sophiſticae affinitatem, ut non ſolum poſſit aliquis periculum facere dialectice, ſed etiam quaſi ſciens, idcirco non ſolum, quod dictum eſt, ſuppoſuimus eſſe huius tractationis of-

δύασθαι λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ ὅπως λόγον ὑπέχοιτες συλάξωμεν τὴν θέσιν ὡς δι' ἐνδοξότατα ὁμοτρόπως. τὴν δὲ αἰτίαν εἰρήκαμεν τούτου. ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο Σωκράτης ἠρώτα, ἀλλ' οὐκ ἀπεκρίνετο· ὡμολόγει γὰρ, μὴ εἰδέναι. 4 Δεδήλωται δὲ ἐν τοῖς πρότερον, καὶ πρὸς πόσα, καὶ ἐκ ποίων, καὶ πόσων, τοῦτο ἔσται, καὶ ὅθεν εὐπορήσομεν τούτων. ἔτι δὲ, πῶς ἐρωτητέον, ἢ τακτέον τὴν ἐρώτησιν πᾶσαν, καὶ περί τε ἀποκρίσεων καὶ λύσεων τῶν πρὸς τοὺς συλλογισμούς. δεδήλωται δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῆς αὐτῆς μεθόδου τῶν λόγων ἐστί. πρὸς δὲ τούτοις περὶ τῶν παραλογισμῶν διεληλύθαμεν, ὥσπερ εἰρήκαμεν ἤδη πρότερον. ὅτι μὲν οὖν ἔχει τέλος ἱκανῶς, ἃ προειλόμεθα, φανερόν. 5 Δεῖ δὲ ἡμᾶς μὴ λεληθέναι τὸ συμβεβηκὸς περὶ ταύτην τὴν

Lib. II Cap. IX edd. Sylb. & Caſaub.

ficium, nempe argumentationem ſumere poſſe, verum etiam, ut diſputationem ſuſtinentes tueamur theſin ſimili modo per quam maxime probabilia. Diximus autem huius rei cauſam. Nam propterea Socrates quoque interrogabat, ſed non reſpondebat; nam, ſe nihil ſcire, profitebatur. 4 Declaratum porro eſt in prioribus (*libris*), & ad quot (*problemata*), & ex qualibus, & quot (*ſumtionibus*) hoc erit, & unde horum copia nobis ſuppetet. Praeterea vero, quomodo ſit interrogandum, vel quomodo ſit diſponenda omnis interrogatio, nec non de reſponſionibus & ſolutionibus, quae ad ſyllogiſmos (*aſſeruntur*). Declarata autem ſunt quoque cetera, quaecunque ad eandem diſputationum methodum pertinent. Ad haec de paralogiſmis egimus, ut paulo ante diximus. Quae igitur docere inſtituimus, ea finem ſatis commode habere, perſpicuum eſt. 5 Non oportet vero nos latere, quod in hac tractatione accidit. Nam

πραγματείαν. τῶν γὰρ εὑρισκομένων ἁπάντων τὰ μὲν παρ' ἑτέρων ληφθέντα, πρότερον πεπονημένα κατὰ μέρος, ἐπιδέδωκεν ὑπὸ τῶν παραλαβόντων ὕστερον· τὰ δὲ ἐξ ὑπαρχῆς εὑρισκόμενα μικρὰν τὸ πρῶτον ἐπίδοσιν λαμβάνειν εἴωθε, χρησιμώτερον μέντοι πολλῷ [τῆς] ὕστερον ἐκ τούτων αὐξήσεως. μέγιστον γὰρ ἴσως ἀρχὴ παντὸς, ὥσπερ λέγεται· διὸ καὶ χαλεπώτατον· ὅσῳ γὰρ κράτιστον τῇ δυνάμει, τοσούτῳ μικρότατον ὂν τῷ μεγέθει, χαλεπώτατόν ἐστιν ὀφθῆναι. ταύτης δὲ εὑρημένης, ῥᾷον τὸ προσθεῖναι καὶ συναύξειν τὸ λοιπόν ἐστιν· ὅπερ καὶ περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους συμβέβηκε· σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τέχνας. οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς εὑρόντες παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον· οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες, παραλαβόντες παρὰ πολλῶν οἷον ἐκ διαδοχῆς τῶν κατὰ μέρος προαγαγόντων οὕτως ηὐξήκασι. Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώ-

eorum omnium, quae inveniuntur, quaedam ab aliis accepta, prius elaborata per partes, poſtea ab iis, qui exceperunt, adaucta ſunt; alia vero ab initio inventa exiguum primo incrementum ſuſcipere conſueverunt, recentiorum vero ſtudio in multo maiorem utilitatem amplificata ſunt. Nam omnis rei principium eſt maximum, ut dicitur; quare etiam difficillimum; cum enim, quo potentiore eſt facultate, eo minore ſit magnitudine, difficillimum eſt viſu. Hoc autem reperto, facilius eſt adiungere & eo augere, quod reliquum eſt; quod quidem & in politicis orationibus accidit; & fere in omnibus aliis artibus. Nam qui principia invenerunt, omnino parum admodum ſunt progreſſi; qui autem nunc laude florent, acceperunt ea quaſi per ſucceſſionem, multis per partes (*artem*) promoventibus, & ſic (*eam*) auxerunt. Tiſias quidem poſt primos (*auctores*), Thraſy-

τους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον, καὶ πολλοὶ πολλὰ συνειηνέχασι μέρη. διόπερ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἔχειν τι πλῆθος τὴν τέχνην. 6 Ταύτης δὲ τῆς πραγματείας οὐ τὸ μὲν ἦν, τὸ δ' οὐκ ἦν προεξειργασμένον· ἀλλ' οὐδὲν παντελῶς ὑπῆρχε. 7 Καὶ γὰρ τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνούντων ὁμοία τις ἦν ἡ παίδευσις τῇ Γοργίου πραγματείᾳ. λόγους γὰρ οἱ μὲν ῥητορικούς· οἱ δὲ ἐρωτηματικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν, εἰς οὓς πλειστάκις ἐμπίπτειν ᾠήθησαν ἑκάτεροι τοὺς ἀλλήλων λόγους. διόπερ ταχεῖα μὲν, ἄτεχνος δ' ἦν ἡ διδασκαλία τοῖς μανθάνουσι παρ' αὐτῶν· οὐ γὰρ τέχνην, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης διδόντες, παιδεύειν ὑπελάμβανον· ὥσπερ ἂν εἴ τις, ἐπιστήμην ᾄσεων παραδώσειν ἐπὶ τῷ μηδὲν πονεῖν τοὺς πόδας, εἶτα σκυτοτομεῖν μὲν μὴ διδάξειε, μηδ' ὅθεν δυνήσεται πορίζεσθαι τὰ τοιαῦτα,

machus vero poſt Tiſiam, Theodorus autem poſt hunc, ac multi alii multas partes contulerunt. Quare non mirum eſt, artem illam (*rhetoricam*) continere multitudinem quandam (*praeceptorum*). 6 Huius autem tractationis non aliud erat, aliud non erat excultum; ſed nihil prorſus exſtabat. 7 Nam eorum, qui in litigioſis diſputationibus quaeſtum faciebant, inſtitutio quaedam erat ſimilis Gorgiae tractationi. Alii enim orationes rhetoricas; alii vero ad interrogandum comparatas tradebant ediſcendas, in quas utrique putabant mutuos ſermones ſaepenumero incidere. Idcirco celeriter quidem, ſed citra artem diſcipulos ſuos docebant; non enim artem, ſed quae ab arte (*efficiuntur*), tradendo, putabant (*ſe recte*) inſtituere; perinde ac ſi quis profeſſus, ſe traditurum ſcientiam cavendi, ne pedes doleant, poſtea non doceat corium incidere, nec unde eiuſmodi inſtrumen-

δοίη δὲ πολλὰ γένη παντοδαπῶν ὑποδημάτων· οὗτοσὶ γὰρ βεβοήθηκε μὲν πρὸς τὴν χρείαν, τέχνην δὲ οὐ παρέδωκε. 8 Καὶ περὶ μὲν τῶν ῥητορικῶν ὑπῆρχεν πολλὰ καὶ παλαιὰ τὰ λεγόμενα· περὶ δὲ τοῦ συλλογίζεσθαι παντελῶς οὐδὲν εἴχομεν πρότερον λέγειν ἄλλο· ἀλλὰ τριβὴν ζητοῦντες πολὺν χρόνον ἐπονοῦμεν. 9 Εἰ δὴ φαίνεται θεασαμένοις ὑμῖν, ὡς μὴ ἐκ τοιούτων τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχόντων ἔχει ἡ μέθοδος ἱκανῶς πρὸς τὰς ἄλλας πραγματείας τὰς ἐκ παραδόσεως ηὐξημένας· λοιπὸν ἂν εἴη πάντων ὑμῶν, ἢ τῶν ἀκροωμένων, ἔργον, τοῖς μὲν παραλελειμμένοις τῆς μεθόδου συγγνώμην, τοῖς δ' εὑρημένοις πολλὴν χάριν ἔχειν.

ΤΕΛΟΣ
ΤΩΝ ΣΟΦΙΣΤΙΚΩΝ ΕΛΕΓΧΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΛΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ ΛΟΓΙΚΗΣ.

ta parari poſſint, ſed multa det genera variorum calceorum; hic enim ad uſum quidem profuit, artem autem non tradidit. 8 Ac de rhetoricis quidem multa & antiqua dicta exſtabant; de ſyllogiſmis vero conficiendis nihil aliud habebamus omnino antea, quod diceremus; ſed exercitationem quaerendo multum temporis laboravimus. 9 Si igitur vobis (*ſcripta noſtra*) inſpicientibus videtur non eſſe haec methodus ex talibus ab initio exſtantibus perfecta, (*comparetur*) ad alias tractationes, quae ex traditione ſunt auctae; quod reliquum eſt, veſtrae auditorumve partes erunt, praetermiſſis in hac methodo veniam dare; inventis autem magnas gratias habere.

ANIMADVERSIONES CRITICAE

AD

ARISTOTELIS

LIBRUM DE SOPHISTICIS ELENCHIS.

CAP. I.

§. 2. Κομμώσαντες ἑαυτοὺς) Edd. Camot. Iunt. & Iſingrin. κομώσαντες. Sed melius eſt vulgatum παρὰ τὸν κομμὸν, quem Suidas proprie dicit eſſe τὸν κεκομμένων τριχῶν κόσμον, & omnino quemvis ſupervacuum ornatum. *Sylb.* Confer Alexandri Aphrodiſ. Comment. ad Elench. Soph. fol. 4, b. ed. Ald.

Καττιτέρινα) Cod. Guelpherb. κασσιτέρινα.

§. 3. Ὥστε συνάγειν ἐξ ἀνάγκης ἕτερόν τι τῶν κειμένων) Ita dedit Pacius in ſerioribus edd. Recte. Cod. Guelph. ὥστε συλλέγειν ἕτερον ἐξ ἀνάγκης τι τῶν κειμένων. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ὥστε συνάγειν ἕτερον ἐξ ἀνάγκης τι (τῶν) κειμένων. Paulo durius. Igitur Pacium ſecutus ſum.

§. 5. Εὐφυέστατος, Cod. Guelpherb. addit ἔστι.

Αὐτὰ καθ' αὑτὰ τὰ πράγματα) Verba καθ' αὐτὰ abſunt a Cod. Guelph. neque expreſſit ea vetus interpres Latinus, qui vertit: *Nam cum non eſt ipſas res ferentes diſputare.* Uncinos applicavi.

Ὀνόματα πεπέρασται) Cod. Guelpherb. ὀνόματα πεπέρανται. Minus Attice.

Τὸν ἀριθμὸν) Ibidem: τῷ ἀριθμῷ.

Καὶ τοὔνομα ἕν) Ibid. & in edd. Ald. Camot. Iunt. καὶ τοὔνυμα τὸ ἕν.

Φαινόμενος μὲν) Non agnoſcunt *μὲν* Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr.

§. 6. *Οὖσα δὲ μὴ*) Cod. Guelph. *οὖσα δ' οὔ*. Edd. Ald. Camot. Iunt. *οὖσα καὶ μή*· id quidem non bene.

Μᾶλλον δοκεῖν ποιεῖν) Cod. Guelph. *δοκεῖν ποιεῖν μᾶλλον*.

Ἐν τῷ λαβεῖν) Ibidem: *ἐν τῷ λαμβάνειν*. Melius.

Τοὺς βουλομένους) Cod. Accoramb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. *τοῖς βουλομένοις*. In ſerioribus edd. Pacius noſtram lectionem exhibuit, quam etiam Cod. Guelpherb. tuetur.

Ποιήσει φαίνεσθαι σοφὸν) Codd. q. Pac. *π. φ. σοφούς*.

CAP. II.

§. 1. *Ἡ δύναμις αὕτη*) Cod. Guelph. *ἡ δύν. αὐτῶν*. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. *ἡ δύν. αὐτή*. Hoc minus bene. Lectionem tamen Cod. Guelph. equidem praetulerim.

§. 2. *Γένη τέτταρα*) Cod. Guelpherb. *τέτταρα γένη*. Sic etiam Alex. Aphrodiſ. fol. 7, a. *τέσσαρα γένη*. Idem fol. 7, b. ad hunc locum monet: *Ἔν τισι μέντοι ἀντιγράφοις οὐ τέσσαρα γένη, ἀλλὰ τρία φέρεται, ἐπεὶ τοῦ πειραστικοῦ δοκεῖ ὡς μέρος τοῦ διαλεκτικοῦ μνημονεύειν προελθών* (Ariſtoteles). Probat tamen in ſequentibus interpres, argumentationes *tentativas*, ut ſingulare argumentationum genus, ab Ariſtotele conſiderari.

Καὶ ἀναγκαίων εἰδέναι τῷ προσποιουμένῳ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην) Alexand. Aphrodiſ. l. l. *Γίνεται δὲ ἔν τισι καὶ ἀναγκαῖον διὰ τοῦ Ο μικρὸν, καὶ εἴη ἂν ἐλλιπτικὸν* (lege: *ἐλλειπτικὸν*) *ὡς ἔξωθεν λαμβάνεσθαι τὸ, Ὧν τὴν ἐπιστήμην ἔχειν ἀναγκαῖον τῷ προσποιουμένῳ εἰδέναι*. Non aſſentior.

Διώρισται ἐν ἑτέροις) Conf. Topic. VIII, 4. Male apud Duvall. *διόρισται*.

Φαινομένων ἐνδόξων, μὴ ὄντων δὲ, συλλογιστικοὶ, ἢ φαινόμενοι συλλογιστικοὶ) Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. *φαιν. ἐνδ. συλλογιστικοὶ*, omiſſis ceteris. Vetus interpres Latinus: *ex his, quae videntur probabilia, non ſunt autem, ſyllogizant*. Non expreſſit hic poſtremum commation. Vulgatum ſenſus exigere mihi videtur, quare nec aliquid in textu mutavi, nec uncinos adhibui. In Cod. Guelpherb. alia manus vulgatam lectionem in margine adſcripſit.

§. 3. Περὶ μὲν οὖν τῶν διδασκαλικῶν καὶ ἀποδεικτικῶν) Verba τῶν διδασκαλικῶν καὶ in textu ſecluſa haud dubie e gloſſa in textum migrarunt; nam abundant, nec leguntur in Cod. Guelpherbytano. Vetus interpres Latinus: *de demonſtrativis ergo.* Pro ἀποδεικτικῶν Codd. q. Pac. habent ἀποδεικτῶν.

Ἐν τοῖς πρότερον) Cod. Guelph. ἐν ἄλλοις, omiſſo articulo. Vetus interpres Latinus: *in aliis.* Verum edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. ἐν τοῖς πρότερον. Utrum legas, certum eſt, Ariſtotelem ad *Topica* reſpexiſſe. Ne igitur quis verbis ἐν τοῖς πρότερον ex antecedentibus ſuppleat aut Ἀναλυτικοῖς, quaſi philoſophus ad *Analytica priora* lectores relegaverit, aut τῶν Ἀναλυτικῶν, quaſi *Categorias* ſive *librum de Interpretatione* innuerit.

CAP. III.

§. 1. Πρῶτον δὴ λεπτέον) Repoſui δή, auctoritate Cod. Guelph. & edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. In aliis legitur: πρῶτον δὲ λεπτέον. Vetus interpres: *primum ergo.*

§. 2. Ἔστι δὲ ταὐτὰ πέντε τὸν ἀριθμὸν) Sic dedi e Cod. Guelph. qui habet: ἔστι δὲ πέντε ταὐτὰ τὸν ἀριθμόν. Vulgo: εἰσὶ δέ. Minus Attice. Conf. ad hanc § Alex. Aphrodiſ. Comment. fol. 8, a.

§. 3. Μάλιστα μὲν γὰρ) Edd. Pac. ſeriores & Duvall. μάλιστα μὲν οὖν.

Φαίνεσθαι ἐλέγχοντες) In hac lectione omnes conſentiunt. An non melius legatur: φαίνεσθαι ἐλέγχοντας;

Τοῦτο δέ ἐστι) Codd. q. Pac. & Cod. Guelph. σολοικισμὸς δέ ἐστι. Videtur tamen haec lectio e gloſſa profecta eſſe. Vetus interpres Latinus: *hoc autem eſt.*

Τὸ αὐτὸ λέγειν) Cod. Guelph. ταὐτὰ λέγειν.

CAP. IV.

§. 2. Καὶ σχῆμα λέξεως) Abeſt καὶ a Cod. Guelpherb.

Μὴ ταὐτὸ δηλώσαιμεν) Abeſt ταὐτὸ ab edd. Ald. Camot. Iunt. Ed. Iſingr. habet ταὐτά. Δηλώσαιμεν agnoſcunt Cod. Guelpherb. ed. vetus Veneta a Sylburgio collata, & edd. Pacii ſeriores. In aliis: δηλώσωμεν. Minus apte.

§. 3. Οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. οἱ τοιοῦτοι οἱ λόγοι.

Λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην) Abeſt articulus τὴν a Cod. Guelpherb.

Καὶ κάμνων, καὶ ὁ κάμνων) Non leguntur verba καὶ κάμνων in MSS. Pacii; quare Pacius, Sylburgius & Caſaubonus uncinis ea incluſerunt. Vix tamen ſalvo & integro ſenſu abeſſe poſſunt. Tuentur ea quoque Cod. Guelph. & edd. ceterae omnes. Vetus interpres Latinus: *ſanabatur quidem* laborans *& non laborans.* Igitur uncinos ſuſtuli. Edd. Ald. Camot. Iunt. καὶ κάμνων ὁ κάμνων. Vitioſe.

§. 4. Καὶ γὰρ καὶ) Abeſt poſterius καὶ a Cod. Guelph. Uncinos iam adhibuit Sylburgius.

Ὁρᾷ ὁ κίων) Non agnoſcit articulum ὁ ed. pr. Pacii; quare Sylburgius eum ſecluſit. Repoſuit tamen ὁ ipſe Pacius in ſerioribus edd.

Διττὸν γάρ ἐστι) Abeſt ἐστι a Cod. Guelpherb.

§. 5. Ὅταν ὁ λόγος) Ibidem: ὅταν ἢ ὁ λόγος.

§. 6. Τὸν μὴ γράφοντα) Ibidem: τὸ μὴ γρ. Male.

Τοῦ μὴ γράφοντα γράφειν) Sic recte emendavit in ſerioribus edd. Pacius. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pac. pr. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. τοῦ μὴ γράφων γράφειν. In Codice Guelph. olim ſcriptum fuit γράφων, ſed correxit alia manus γράφοντα.

§. 7. Ἐγώ σε ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον) Videtur verſus eſſe poëtae Comici, forte Menandri. Expreſſit eum Terentius in Andria Act. I, Scen. I, v. 10: *Feci, e ſervo ut eſſes libertus mihi.*

§. 8. Παρὰ δὲ τὴν προσῳδίαν) Abeſt τὴν a Cod. Guelph.

Τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ) Sic hemiſtichium hoc verſus Homerici legitur Il. Ψ, 328. Edd. Ald. Camot. Iunt. Iſingr. Pacc. Baſil. Pariſ. Hilden. οὐ καταπύθεται. Arbitrati ſunt editores, reſpexiſſe Ariſtotelem ad verſum Homericum Odyſſ. α', 161: Ἀνέρος, οὗ δήπου λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ· in quo tamen errarunt. Veram lectionem iam Sylburgius reſtituit. Conf. Ariſtot. Poëtic. cap. XXV, ubi ſolutio elenchi ab accentu ducti Hippiae Thaſio tribuitur. Non obliviſcendum eſt in his, veteres Graecos accentus & ſpiritus verbis non adſcripſiſſe. — Vetus interpres Latinus alia exempla habet.

Δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι) Locus de Somnio cum Iovis mandatis ad Agamemnonem miſſo exſtat Il. Β', 1-35. Verum verſus ab Ariſtotele laudatus ibi non occurrit, ne-

que alluſit philoſophus, uti ex huius verbis apparet, ad Il. φ', 297, ubi Homeri verba ſunt: *δίδομεν δέ τοι εὖχος ἀρέσθαι.* Igitur aut Ariſtoteles memoria lapſus eſt, quod vix putaverim, aut dicendum eſt, recenſionem eius Iliadis Homeri verſum illum agnoviſſe, qui poſtea exciderit. Digna eſt Pacii coniectura, (Comment. Analyt. p. 485,) quam ſubiiciam. »In verſu poſtremo a Iove prolato (Il. β', 15), ubi noſtrae editiones habent: *Ἥρη λισσομένη· Τρώεσσι δὲ κήδε' ἐφῆπται*, coniicio Ariſtotelem legiſſe, *Ἥρη λισσομένη· δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι.* Utut ſit, quidam legebant *δίδομεν*, i. e. *damus*, & reprehendebant Homerum, quaſi non ſervaret decorum faciens Iovem mentientem; nam Agamemnon erat inferior futurus, & agebat id Iuppiter, ut a Troianis ille ſuperaretur. Alii vero, ut Homerum defenderent, dixerunt, accentum non eſſe ponendum in prima ſyllaba, ſed in penultima, nec legendum *δίδομεν* (*damus*), ſed *διδόμεν* pro *δίδόμεναι διδόναι*, (*dare*). Ita non dicet Iuppiter, ſe victoriam concedere Agamemnoni; ſed mandat Somnio, ut renuntiet Agamemnoni, Iovem illi victoriam concedere, adeo ut non Iuppiter Somnio mentiatur, ſed Somnium Agamemnoni. Haec quoque ſolutio fuit Hippiae Thaſii, teſte Ariſtotele Poëtic. l. l. Ut hoc obiter moneam, mendo laborare videtur locus Alexandri Aphrodiſ. fol. 12, a. *Ἐπιδιορθοῦται δὲ τούτους ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς, ὡς αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ῥητορικῇ φησὶ, Ἱππίας ὁ Θάσιος κ. τ. λ.* Corrigendus eſt ita: *Ἐπιδ. δὲ τούτους, ὡς αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς φησὶ, Ἱππίας ὁ Θάσιος.* Nam in Rhetoricis Ariſtoteles huius rei non meminit, nec conſtat, Hippiam librum de poëtica quendam ſcripſiſſe.«

§. 9. *Τὸ ποσὸν ποιόν· ἢ τὸ ποιὸν ποσὸν*) Cod. Guelph. mutato ordine: *τὸ ποιὸν ποσόν· ἢ τὸ ποσὸν ποιόν.*

Τὸ διακείμενον ποιοῦν) Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. *τὸ διακείμενον ποιεῖν.* Non bene.

Ὡς διήρηται πρότερον) Topic. I, 8.

Ὁμοίῳ σχήματι) Cod. Guelph. *ὁμοίῳ τῷ σχήματι.* Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. *ὁμοίως σχήματι.* Neſcio an melius.

Τὸ μὲν ποιόν τι) Sic utique legendum eſt; nam ſpectat *τὸ μὲν* ad praecedens *ὑγιαίνειν*, ſicut ſequens *τὸ δὲ* ad *τῷ τέμνειν, ἢ οἰκοδομεῖν.* Edd. Baſil. Pariſ. Hilden. *τὸ μὲν ποιοῦν τι.*

§. 10. Ἐκ τούτων τῶν τρόπων) Cod. Guelph. ἐκ τούτων τῶν τόπων. Melius forsitan.

CAP. V.

§. 1. Τὸ παρὰ τὸ μὴ αἴτιον — τὸ παρὰ τὸ τὰ πλείω) In utroque commatio Cod. Guelph. non agnoscit verba τὸ παρά. Edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. τὸ παρὰ τὸ τὸ μὴ αἴτιον. Alterum τὸ expunxi, quod iam Sylburgius uncinis incuserat pro modestia sua.

§. 2. Ταῦτα πάντα ὑπάρχειν) Maluit Casaubonus: ταὐτὰ πάντα ὑπ. Sed non necesse est, ut ita emendes; nam respicit ταῦτα ad antecedens πολλά.

Ὥσπερ φασὶν οἱ σοφισταὶ) Cod. Guelph. οἷόν φασιν. Totum commation non expressit vetus interpres Latinus; quare uncinos adhibui.

Οὗ ἕτερον ἔφησεν) Cod. Guelph. οὗ ἔφησεν ἕτερον.

§. 3. Παρὰ τὸ ἁπλῶς τόδε) Sic dedi e Cod. Guelpherb. Vulgo: παρὰ τὸ, τὸ ἁπλῶς τόδε. Manifeste redundat alterum τό.

Καὶ τὸ μὴ εἶναί τι τοῦ μὴ εἶναι) Absunt haec a Cod. Guelpherb. Adscripsit autem ea in margine alia manus.

Ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τὸ πῆ) Cod. Guelph. & edd. Basil. Paris. Hilden. Sylb. Casaub. ὁμ. δ. κ. τὸ παρὰ τὸ πῆ. Codd. q. Pac. ὁμοίως τόδε καὶ παρὰ τὸ πῆ. Edd. Ald. Camot. Iunt. vitiose: ὁμοίως τὸ καὶ δὲ παρὰ τὸ πῆ. Equidem lectionem edd. Pacc. secutus sum.

Ὁ Ἰνδὸς ὅλος) Ita restitui e Cod. Guelph. quocum edd. omnes praeter Isingr. & Pacianas, quae habent ὁ Ἰνδὸς ὅλως, conspirant. Vetus interpres Latinus nec ὅλος nec ὅλως expressit.

Τὰ ἐναντία ὑπάρχει) Ita edd. Isingr. & Pacc. In aliis & Cod. Guelph. ὑπάρξει.

Μέλανα εἶναι τὸν Αἰθίοπα) Cod. Guelph. mutato verborum ordine: τὸν Αἰθίοπα εἶναι μέλανα.

Ἐν ὅσοις) Ibidem: ἐν οἷς.

§. 4. Τοῦ λόγου γίνονται) Ibidem: γίνονται τοῦ λ.

§. 6. Ὑπολαμβάνομεν εἶναι) Ibidem: ὑπέλαβον, omisso εἶναι. Nescio an melius.

§. 8. Ὁ Μελίσσου λόγος) Conf. Commentat. *de origine & progressu Pantheismi inde a Xenophane Colophonio usque ad*

Spinozam, in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gotting. Vol. X, pag. 168.

Ἄπειρον τὸ ἅπαν) Abeſt τὸ a Cod. Guelpherb.

Ἀγένητον) Edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. *ἀγένητον.*

Ἀνάγκη καὶ τὸν θερμὸν πυρέττειν) Cod. Guelph. mutato verborum ordine: *καὶ τὸν θερμὸν ἀνάγκη πυρέττειν.*

§. 9. Ὁ δὲ παρὰ) Cod. Guelph. & edd. Ald. Camot. Iunt. *οἱ δὲ παρά.*

Γενομένου τοῦ ἐλέγχου) Cod. Guelph. *γινομένου.*

Ὅτι οὐκ ἔστι ψυχὴ καὶ ζωὴ ταὐτὸν) Abſunt verba *οὐκ ἔστι* ab edd. Ald. Camot. Iunt. Pac. pr. Baſil. Pariſ. Hild. Tuentur autem ea Cod. Guelph. vetus interpres Latinus, Boëthius, Codd. q. Pac. & edd. Iſingr. & Pacc. ſeriores cum Duvalliana. Patet ex ipſa argumentatione ſophiſtica, theſin eſſe negative proponendam: *Animam & vitam* non eſſe *idem.* Igitur verba *οὐκ ἔστι* uncinis, quibus ea Sylburgius & Caſaubonus incluſere, liberavi.

Τῇ ψυχῇ τὴν ζωὴν) Cod. Guelph. *τὴν ζωὴν τῇ ψυχῇ.*

Τὰ κείμενον) Ibidem: *τὸ προκείμενον.*

§. 11. Ῥᾴδιον ἰδεῖν) Sic dedit Pacius in ſerioribus edd. Idem habet Cod. Guelph. In aliis edd. *εἰδεῖν.* Non bene.

Πότερον ἡ γῆ θάλαττά ἐστιν, ἢ οὐρανὸς) Haec eſt vulgata lectio, quacum & Cod. Guelpherb. conſentit. Senſus eſt: *Nonnunquam multiplicitas interrogationis patet, ut, ſi interroges, utrum terra ſit mare, an terra ſit coelum.* Monuit Pacius (Comment. Anal. p. 488), in quodam MSto legi cum articulo: ἢ ὁ οὐρανὸς, ita ut duae interrogationes efficiantur: una, *utrum terra ſit mare*, altera, *utrum coelum ſit mare.* Quam quidem poſteriorem lectionem antiquiſſimi Codd. agnoviſſe videntur. Nam Alex. Aphrodiſ. Comment. fol. 18, b. haec habet: ἐπ' ἐνίων μὲν οὖν φησὶ (Ariſtoteles) ῥᾴδιον ἐστὶν ἰδεῖν, ὅτι δύο συγχάνει τὰ ἐρωτήματα· ἔδει γὰρ οὕτως ἐρωτῆσαι, πότερον ἡ γῆ θάλαττά ἐστιν· εἶτ' αὖθις, πότερον ὁ οὐρανὸς θάλαττά ἐστιν. Utrovis modo legas, aut interpreteris, ad ſenſum parum intereſt; ſemper enim exeunt duae interrogationes, & utriuſque exempli eadem eſt ratio.

Καὶ, ὡς ἑνὸς ὄντος, [διδάσιν ἀπόκρισιν, καὶ ἐλέγχονται,] ἢ ὁμολογοῦσι τῷ μὴ ἀποκρίνεσθαι τὸ ἐρωτώμενον, ἢ ἐλέγχεσθαι φαίνονται) Ita recepit hunc locum haud du-

bie interpolatum ex edit. Iſingr. Pacius. Verum Cod. Guelpherb. & edd. Ald. Camot. Iunt. Baſil. Pariſ. Hilden. Sylb. Caſaub. non legunt verba διδόασιν ἀπόκρισιν, καὶ ἐλεγχονται, & in ſequentibus pro καὶ ἐλέγχεσθαι φαίνονται habent ἢ ἐλέγχεσθαι φαίνονται. Vetus interpres Latinus: *&, quaſi ſit una, aut concedunt in eo, quod non reſpondere audent ad interrogationem, aut redargui videntur.* Nec aliter Boëthius. Igitur verba διδόασιν ἀπόκρισιν, καὶ ἐλέγχονται, uncinis ſecluſi, & καὶ ἐλέγχεσθαι φαίνονται mutavi in ἢ ἐλέγχεσθαι φαίνονται.

Δόξειεν ἂν εἰπεῖν) Cod. Guelpherb. & marg. ed. Iſingr. ποιεῖν pro εἰπεῖν.

Τὰ μὴ ἔχοντα) Cod. Guelph. addit ὄψιν.

CAP. VI.

§. 1. Ἡ δὴ οὕτως διαιρετέον) Vetus interpres Latinus vertit: *aut ergo ſic dicendum.* Igitur legit forſitan: ἢ δὴ οὕτως διοριστέον.

§. 2. Πρῶτον μὲν, εἰ ἀσυλλόγιστοι) Cod. Guelpherb. & marg. ed. Iſingr. πρῶτον μὲν οἱ ἀσυλλόγιστοι, omiſſa in duo commatia diſtinctione. At vulgatum ſequuntur omnes edd. Vetus quoque interpres Latinus: *primum quidem, ſive modificati ſunt.*

§. 3. Ἡ διαίρεσις, καὶ ἡ προσῳδία) Abeſt utrobique articulus a Cod. Guelph.

Ἡ τοὔνομα διαφέρον) Cod. Guelph. τὸ διαφέρον. Agnoſcunt τὸ edd. quoque Ald. Camot. Iunt.

§. 4. Ὁ γὰρ ἔλεγχος συλλογισμὸς ἀντιφάσεως. εἰ οὖν μή ἐστι) Verba συλλ. ἀντ. εἰ οὖν μή ἐστι exciderunt in Cod. Guelph. ſed adſcripſit ea ſerior manus.

Τοιοῦτόν ἐστιν) Abeſt ἐστιν a Cod. Guelph.

Εἰ ὁ ἔλεγχος) Abeſt articulus ὁ ab edd. Baſil. Pariſ. Hild.

